¶ Secūda ꝯclō hꝰ affōi est. secūdo ꝯsistētes faciliꝰ tollerāt ieiunia aliis post senes: pbatur vt pcedēs. Primo nota p secūdo ꝯsistentes duo intelligere possumus: pmo illos q̄ sūt in principio pme senectu tis: ⁊ hec expō nō placet. Scđo iuuenes in fine iu uētutis: ⁊ incipit hec etas a. xxx. anno vel a. xxxv āno ⁊ terminatur ad. xl. vel ad. xlv. In pncipio eni sunt pmo ꝯsistentes: in fine vero secūdo: ⁊ de his veꝝ est: ꝙ post senes facilius tollerant ieiuniū ¶ Aliter aūt pōt exponi vt li secūdo nō cadat super hoc ꝯsistentes: sed sup li ferūt: vt sit sensus: senes facillime ferūt ieiunium primo. scđo post hos con sistētes: ⁊ istū intellectū puto veriorē. Scđo no ta hos facilius tollerare pueris ieiuniū: quia humi dū eoꝝ est densius ⁊ irresolubiliꝰ: habēt etiā de ca lore minus in ꝙto vt infra videbitur. Est etiā pue ris magis necessaria nutricatio ppter augmentum igitur ⁊ cetera patet conclusio.

minime uero.

Tertia ꝯclō pueri his iam dictis minus faciliter tollerāt ieiunium: pbatur vt alia. ¶ Primo nota p pueritiā in pposito intelligendū esse totā etatem a pncipio natiuitatis vsqꝫ ad initium iuuētutis: qñ. s desinit crescentia que ab Auicē. adolescētia noiat: licet eni frequēter ab auctoribus aliter sumatur. ¶ Secūdo nota ꝙ in talibus calidū est multū in ꝙ to ⁊ in quali: humidū subtile est resolubile ⁊ inflā mabile magis ꝙ in aliis. est etiā necessitas nutrimē ti nō solum p nutricatione sed etiā pro augmento: igitur facilius ⁊ maiora incurrūt nocumēta ex fa is ⁊ ieiunii tollerātia: ⁊ p ꝯñs quarta ꝯclō vera.

horum uero ipsorum

¶ Quarta ꝯclō iter ceteros pueros infantes diffici lius tollerāt ieiunium: pbatur sic: talibus citius ad uenit fames: ⁊ maiora etiā incurrunt nocūmēta ex famis ⁊ ieiunii tollerātia: igitur ⁊c. pꝫ ꝯñā ⁊ aſſm circa litterā declarabitur. Primo nota p ifantiā totā etatem vite primā intelligere debemus a prin cipio natiuitatis vsqꝫ quo puer recte ⁊ decenter sci at loqui: vnde infantia quasi nō fantia nominatur a nō fando vel debite nō fando. ¶ Secūdo nota cāꝫ quare isti difficiliꝰ tollerant sicut in aliis dcm ē

horum uero ipsorum.

¶ Quinta ꝯclō infantes quicūqꝫ sunt animosiores aliis difficilius ferūt ieiuniū: pbatur vt pcedens. Primo nota p animosiores possumus intelligere calidiores ⁊ audatiores vt i ꝯmēto. animositai eni ⁊ audatia insequunt caloris multitudinē vt scđo te gni d discrasiis cordis: ⁊ pmo can sen. scđa sūma d pulsibus: vbi ponitur ꝙ ꝙto est in calore magis augmētatio: tāto est in animo maior fortitudo ⁊ au datia. ¶ Secūdo p animosiores intelligere possumꝰ audiores in capiendo cibū. pma expō est melior: licet vtraqꝫ teneri possit. Scđo nota cām q̄re hij difficiliꝰ tollerant ieiuniū ⁊c: quia in eis aduenit re solutio maior cum cā resoluens sit maior. s. calor ¶ Tertio nota oēs istas ꝯclusiones necessarias aliȷs positis paribꝰ: nisi eni in aliis esset paritas: nō opor terꝫ affōm esse veꝝ. Similis snia colligitur quarto pma caº de cibatione febricitantiū: ⁊ est vtilis taꝫ in actu curatiuo ꝙ ꝯseruatiuo ꝙ etiaꝫ pseruatiuo. Etiā ampliatur tam ad corpa egra sana ꝙ neutra vt patet intelligenti.

Utrum primi senes facillime

tollerant ieiunium. Arguitur multipli citer ꝙ nō pmo auc̄te Auic. 4º prima de cibatione febricitantiū. vbi dicit ꝙ senes debiles ⁊ ifantes sūt ex his q̄ nō possūt tollera re ieiuniū. Scđo ꝙ plus leditur senex ex ꝯsūpti one humidi ⁊ calidi resolutione ꝙ iuuenis puer ⁊ ꝯsistens: sed qualibet ieiunij tollerantiā sequitur hu midi ꝯsūptioꝰ ⁊ calidi resolutio: igitur plus leditur senex ex tollerantia ieiunij ꝙ iuuenis: igitur ⁊c. ⁊ per ꝯsequēs difficilius ⁊c. ꝯñā ⁊ aſſm patēt cū in se ne sit tam calidi ꝙ humidi mensura minor ꝙ in iu uene. ¶ Tertio stante equali tollerantia in sene et iuuene tāta vel maior fit in sene resolutio sicut in iuuene vel ꝙ in iuuene igitur ⁊c. aſſm arguitur quia ꝯtinue a pncipio vite vsqꝫ ad senectutē pcessit humidi ꝯsumptio calido in eadem seruato mēsura

vsqꝫ ad pncipium senectutis: igitur saltē in pncipio senectutis magis minoratū est humidū ꝙ calidū: sꝫ passo magis ⁊ velotius minorato ꝙ agens minoretur: crescit proportio agentis ad passum: igitur ⁊c̄. Quarto q̄to virtus est debilior: tanto indiget maiori restauratiōne: sed in senibus est virtus multo debilior ꝙ in iuuene: igitur indiget restauratione maiori ⁊ per ꝯsequēs difficilius abstinet vel tollerat ieiuniū: ꝯña tenet ⁊ minor pꝫ maior cum a virtute pncipaliter. s. ẜm eius debilitatē ⁊ fortitudinē sumatur indicatio de cibando. Quinto a nocumēto sequēte ieiunij tollerantiā difficilius releuantur senes ꝙ alij: igitur difficilius tollerant ieiuniū: patet ꝯña ⁊ assm: quia virtus resūptiua i ipis est debilior: igitur ⁊c̄. Sexto facilius incurrunt famē senes aliis: igitur ⁊c̄. patet ꝯña ⁊ assumptum pbatur quia stomac⁹ senū est frigidus ẜm naturaꝫ alioꝝ vero calidus: sed stomacus frigidus citius icurrit appetitū ꝙ calidus: igitur ⁊c̄. ꝯña ⁊ maior patēt: ⁊ minor ar̄ auctoritate Gali. 2° tegni. frigidus vero ratura venter. Ad oppositū est ypo. in affo. pme pticule senes facillime ferūt ieiunium

Respondendo ad hanc q̄oꝫ pmo ponā notabilia quedā sc̄do ponā ꝯclusiones rn̄siuas. Quantum ad pmum est sciendū pmo ꝙ nocumēta potissime sequentia ex ieiunij tollerantia sūt tria ⁊ possunt i aliquibus corporibus esse quatuor. s. tristitia sequens ex fame: humidi resolutio: mēbroꝝ humoꝝ ⁊ adhuc spirituū inflāmatio ⁊ ex ꝯsequēti spirituū resolutio: ⁊ attractio humoꝝ prauoꝝ ad stōm: qḋ totum pꝫ in ieiunantibus. Secūdo sciendū ꝙ difficultas tollerātie ieiunij pōt maxime penes tria attēdi. pmo penes facilē casū in famē: vt illud corpus dicatur difficilius tollerare ieiunium: qḋ famē citi⁹ incurrit: ⁊ ecōtra famē difficilius ⁊ tardius incurrēs dicitur ieiuniū penes hoc facilius tollerare. Secūdo pōt attendi difficultas tollerātie ieiunij penes nocumentū sequēs ex ieiunij tollerātia: vt dicatur illud corpus alio difficilius tollerare ieiunium: qḋ ceteris paribus ex ieiunio incurrit maius nocumētū ⁊ ecōtra facilius. Tertio penes facilitatē vel difficultatē releuationis a nocumēto sequēte ieiunium sic eni diceremus ꝙ corpus qḋ a nocumēto illo tardius releuatur facilius tollerat ieiuniū ⁊ ecōtra facili⁹. Tertio sciendū ꝙ ad famē naturalē ꝯcurrūt quinqꝫ motus: quos quarto de accidenti ca° sexto enumerat Gali. inter quos pmus ē qui ē oiūꝫ ca ad quā alij ꝯsequunt̄. s. mēbroꝝ inanitio ⁊ resolutio: sicut in aliquo corpore citius ⁊ facilius fit mēbroꝝ resol̄o ita citius incurrit illud corpus famē: ⁊ hoc ceteris paribus: posset eni dispō existens in ore stōi vt humor flaticus crudus esse cā ꝙtūcūqꝫ citius alicui corpori adueniret mēbroꝝ resol̄o: tardius tam̄ in eo insurgeret appetitus ad cibū. Prima ꝯcl̄o est hec: ꝙ rōne difficultatis casus in famē naturalē ceteris paribus ꝯplexio etatiua pmoꝝ senū in comparatione ad alias facillime tollerāt ieiuniū: pbat̄ pmo: quia tardius insurgūt cause necessario antecedentes famē naturalē in sene ꝙ in alijs. igitur ⁊c̄ patet ꝯña ⁊ assūptum pbatur: quia tardior est in sene mēbroꝝ resol̄o: cū calidū resoluens sit debile: ⁊ humidū grossum ⁊ densum difficile resolubile. Similiter eius attractio mēbroꝝ a venis est tarda. cū calidū attrahens sit debile: sensus eni oris stōi est ebes ⁊ obtusus: igitur ⁊c̄. ꝯña ⁊ assūptum satis patent. Ex ista ꝯclusione ⁊ eius pbatione sequitur ꝙ aliqua nocumēta sequētia tollerātiā famis puta tristem sensationē: sūt remissiora in sene ceteris paribu ꝙ in aliis puta iuuenibus ꝯsistentibus ⁊c̄. pꝫ quia talis tristis sēsatio in sene est minor ceteris paribus: igitur ad ipsam debēt sequi accidentia remissiora: patet ꝯña ⁊ assumptū ex dictis. Secunda ꝯcl̄o sequitur: ꝙ nocumēta sequentia ieiunij tollerātiam difficilius incurrit senex ꝙ iuuenis ⁊ tardius: pbatur sic: quia talia nocumēta sūt tristitia sequēs ex fame vel vehementia tristicie sequens ex tollerantia famis: humidi naturalis ꝯsumptio: ⁊ resol̄o spirituū mēbroꝝ: ⁊ humoꝝ inflāmatio: sed vt notum est: hec oīa difficilius ⁊ tardius incurrit senex ꝙ iuuenis vel puer: igitur ⁊c̄. pꝫ ꝯña ⁊ assumptuꝫ sil̄r. Tertia ꝯclusio pncipalis est: licet ita sit: ab equali tn̄ nocumēto sequēte ex ieiunij tollerantia in sene iuuene puero ⁊c̄. difficilius releuatur senex ꝙ iuuenis puer vel ꝯsistens pbatur quia talia nocumēta iam dcā corrigūtur p actionē nutritiue virtutis restaurantis resolutū: sed hec est in sene multo debilior ꝙ in iuuene: igitur ⁊c̄. patet ꝯña ⁊ assūptuꝫ satis ex dictis. Ex ista ꝯclusione sequitur ꝙ ex aliquo nocumēto sequēte ieiunij tollerantiā in sene in certa pportione minori ꝙ nocumentū sequēs ieiunii tollerantiā in iuuene vel puero: difficilius releuatur senex ꝙ iuuenis aut puer ⁊c̄. patet quia ab equali difficilius releuatur: ideo in certa pportiōe difficili⁹ ⁊ tardius: sit grā argumēti ꝙ in duplo: ⁊ sit illud nocumentū. a. ⁊ ar̄ sic: ab aliquo nocumento pueniente ex ieiunii tollerantia in sene posset senex pcise in sexquialtero facilius releuari ꝙ ab. a. vt satis patet: sed tale nocumentū esset minus. a. igitur ab aliquo nocumēto minori. a. pōt senex pcise in sexquialtero facilius releuari ꝙ ab. a. Et ar̄ vlterius sic: ab aliquo nocumēto minori. a. pcise i sexquialtero facilius ⁊ citius releuatur senex ꝙ ab a. sed in dubio facilius releuetur iuuenis ab. a. nocumēto ꝙ senex ergo ab aliquo certo dato minori a difficilius releuatur senex ꝙ iuuenis ab. a. ⁊ p ꝯsequēs ⁊c̄. Quarta ꝯcl̄o principalis est: ꝙ ab aliquo nocumēto sequēte ieiunii equalē tollerantiam citius ⁊ facilius releuatur senex ꝙ iuuenis puer vl̄ ꝯsistens: hec ꝯcl̄o pbatur: per equalē ieiunii tollerantiā citius ducitur vel aptius est duci ad lapsum incorrigibilē puer iuuenis vel ꝯsistens ꝙ senex: igitur ⁊c̄. patet ꝯña ⁊ assūptum docet experimētū.

Quinta ꝯcl̄o principalis est hec: ꝙ deducta caloris inflāmatione ac humoꝝ ⁊ mēbroꝝ ⁊ accidentib⁹ fameꝫ ꝯsequētibus tristitiā: pcedente in humido senis ⁊ iuuenis resol̄one merito solius actionis caloris naturalis in ipm: facilius releuat̄ iuuenis puer et ꝯsistēs ꝙ senex a resol̄one in quolibet tpoꝝ in eq̄li tpe ꝯtingente: hec ꝯcl̄o persuadet̄ sic: pmo facilius ⁊ citius restauratur resolutū in iuuene in equali tēpore merito solius actionis caloris naturalis ꝙ resolutuꝫ in sene: igitur ⁊c̄. pꝫ ꝯña ꝯ assūptū ar̄: q̄a maior est pportio restaurationis iuuenis ad restaurationē senis: ꝙ resolutionis ad resol̄oeꝫ: iō facili⁹ restaurat ⁊ citius restaurantia iuuenis respectu restauratiue senis: ⁊ per ꝯsequēs p virtutē restaura

Nocum̄ta sequentia ex tollerantia ieiunij sūt ns [handwritten margin note]

Difficultas tollerantie ieiunij penes tria maxime attēdi potest [handwritten margin note]

Ad famem naturalem concurrūt quinqꝫ motus [handwritten margin note]

tinam iuuenis citius restauratur resolutũ in iuue ne q̄ in sene restauretur resolutum in equali tpe: ꝯña est nota: ⁊ añs^m patz: quia in iuuene est restau ratio equalis resolutioni: in sene vero minor. igitur ⁊ ce: ¶ Itē scd̄o: maior est ꝓportio restaura tionis ad resolutionē in iuuene q̄ in sene: eo q̄ i iu uene est restauratio equalis resolutioni: in sene vo minor: igitur citius ⁊ facilius restaurat restaurati ua in iuuene resolutum in eodē: q̄ in sene restaurat restauratiua resolutum: ⁊ p ꝯña tota ꝯña est nota cum añte: Item 3° resoluat resolutiua in sene p vnũ ⁊ in iuuene per duo: ⁊ patet q̄ resolutionis iu uenis ad resoľoem senis est ꝓportio p̄cise dupla: si igitur maior est ꝓportio restaurationis iuuenis ad restaurationē senis: q̄ resolutionis ad resolutionez sequitur q̄ est plus q̄ dupla: ⁊ p ꝯsequēs citius re stauratur in iuuene per duo q̄ in sene per vnuz: ⁊ p cōsequēs ⁊ ce. ¶ Ex ista ꝯc̄one pōt correlarie in ferri: q̄ nō ex quolibet nocumēto sequēte ieiunii tol lerantia equalē facilius releuatur senex q̄ iuuenis: patet quia ea que addūt nocumentũ vltra resoľoez factam merito solius actionis caloris naturalis ex tolleratia ieiunii in iuuene: pñt esse ita parua puta i p̄ncipio famis: q̄ pñt facere nocumentũ in minori ꝓportione difficilius remouibile q̄ erat ꝓportio qua erat nocumentũ prius causatũ in iuuene facili⁹ releuabile nocumento prius in sene causato: quia ista erat certa ꝓportio ⁊ quacũqꝫ dabili: in minori illa potest nocumentum sequens: igitur ⁊ cetera.

Ad argumēnta principalia. ¶ Ad pri mũ dr̄ q̄ Auicē. ibi intellexit p senes seniores siue decrepitos: de quibus nō erat sermo in q̄ōne p̄nci pali. Ad secūdũ dicendũ q̄ plus ledūtur senes ex ꝯsūptione ceteris paribus: vbi. s. ꝯsumptio facta i sene sit tanta sicut que fit in iuuene: vbi tamē sic ñ foret paritas: hoc nō oportet: sicut i ieiunĳ tollerā tia longa: inflāmatur enī multũ ex ieiunio calidũ iuuenis: vnde plus maioratur huiusmodi ꝯsump⁹ q̄ in sene. ¶ Ad tertiũ p̄ncipale dr̄ q̄ licet intensi ue maior sit ꝓportio calidi ad humidũ in sene q̄ in iuuene vel puero vt euidenter deducit argumentũ q̄tum tñ ad posse resoluere quia. s. subtiliare ⁊ in vaporem ꝯuertere: minor est ꝓportio calidi ad hu midũ in sene q̄ in iuuene: cũ humidũ senis sit iam valde terrestre ⁊ densũ: qualiter nō est de humi do iuuenis vel pueri: vnde multo magis resistit resolutiōi humidũ senis q̄ humidũ iuuenis vel pu eri. Ad quartũ dr̄ q̄ vez est vbi debilitas fue rit accidentalis vt ꝯsequēs multā resolutionē sp̄ũz ex febre vel exercitio: debet cũ aliis paribus plus restaurari: ⁊ indicat de multa restauratione: sed il la nō est accidentalis: imo merito decursus etatis ¶ Ad quintũ dicitur q̄ ꝓbat tertiā ꝯclusionem. Ad vltimũ dr̄ vno mō q̄ Hali. ꝓparauit ibi po tentiā appetitiuā stōi frigidi ad digestōz eiusdē. i. melior est eius actus appetendi q̄ digerendi: ⁊ iste ē melior modus aliquo alio: ⁊ vadit ad mētē Hal.

Utrum pueri facilius tollerāt ieiuniũ q̄ senes. Arguit mltipliciter q̄ q̄ nō: p̄mo sic: caliditas iuuenũ est ma gis resolutiua q̄ caliditas pueroꝝ. sed vbi maior est resolutio: maior est difficultas tolle rantie ieiunĳ. igitur ꝯña ⁊ minor satis patēt ex dcis in alia q̄ōne. Et arguitur maior p̄mo quia tanta ē intensiue caliditas iuuenũ sicut pueroꝝ: ⁊ cũ hoc est in subiecto densiori q̄ caliditas pueroꝝ: igitur ⁊c̄. ¶ Scd̄o quia in tactũ fortius imp̄mit: ideo est ma gis actiua sed oē calidũ magis actiuũ magis est reso lutiuũ. igitur ⁊c̄. Scd̄o p̄ncipaliter sic: fortitu do caloris est cā difficultatis tollerantie ieiunĳ: sed calor iuuenũ est fortior q̄ calor pueroꝝ: igitur dif ficilius tollerant iuuenes ieiuniũ q̄ pueri: ꝯña nota ⁊ añtis p̄ma pars est de mēte Auicē. 4° p̄ma ca° d̄ cibatione febricitantiũ dicentis: quoꝝ calor innat⁹ fortis: sūt ex his qui nō possūt tollerare ieiuniũ: ⁊ scd̄a pars añtis satis pꝫ ad sensũ. fortius enī impri mit caliditas iuuenis q̄ pueri: ab eo enī ꝓueniunt fortiores opationes. ¶ Tertio p̄ncipaliter sic: ma ior est ꝓportio calidi ad humidũ in iuuene q̄ in pu ero: sed ex maiori ꝓportione ꝓueit velocior ⁊ for tior actio: igitur veloci⁹ ⁊ fortius agit calidũ iuue nis in humidũ eiusdē q̄ calidũ pueri in humidum eius: ⁊ per ꝯñs ⁊c̄. ꝯña satis patet ⁊ minor: sed ar̄ maior: quia ꝯtinue post primũ instans generatiōis ꝓcedit humidũ minorando: calido vsqꝫ ad iuuētu tem in eadē mensura ꝯseruato: sed minorato humi do stante calido in mensura eadem: necessario cre scit ꝓportio calidi ad humidũ: igitur ⁊c̄. Similiter humidiora sunt corpora pueroꝝ corpibus iuuenuz ⁊ p̄cise equaliter calida ceteris paribus: igitur ē ma ior ꝓportio calidi ad humidũ in iuuene q̄ in puero p ꝯñs ⁊c̄. Quarto ad p̄ncipale. corpora puero rũ sūt respectu iuuenũ flatica ⁊ ecōtra colerica: sed multo difficilius tollerat ieiuniũ corpus colericum q̄ corpus flaticum: igitur ⁊c̄. ꝯña manifesta ⁊ ma ior: cũ plus abundet flegma in pueris q̄ in iuueni bus: minor etiā pꝫ p ypo. in illo affō p̄me pticule: Senes. i illa particula: hoꝝ vero ipoꝝ quicũqꝫ sūt animosiores existentes. ¶ Quinto ad p̄ncipale ar̄ sic: maior fit resolutio in equali tēpore p actionem caloris naturalis i humidũ i iuuene q̄ in puero: iō difficilius feret ieiunium iuuenis ⁊c̄. pꝫ ꝯña ⁊ añs^m ar̄. resolutio in puero est minor q̄ restauratio i eo dem: ⁊ resoľo in iuuene est equalis restaurationi i eodē: sed maior est restauratio que fit in iuuene q̄ restauratio que fit in puero. igitur maior fit resoľo in iuuene q̄ in puero: ꝯña manifesta: ⁊ maior ⁊ mi nor arguitur. p̄mo enī nō apparet verisimile q̄ in puero pedalis q̄titatis restauratio p nutricationez sit tanta q̄ta in iuuene. Scd̄o quia experimento videmus q̄ ad ꝯseruandā virtutē iuuenis ⁊ habi tudinē eius naturalē. maior ꝯcurrit q̄titatis nutri menti q̄ ad saluandũ nutricationē ⁊ adhuc augmē tũ in puero q̄d nō foret nisi maior in iuuene fieret restauratio q̄ in puero. Similiter p actionē virtu tis nutritiue plus generatur de san. ⁊ humoribus i iuuene q̄ in puero. ideo vr̄ q̄ in eo fiat maior nu tricatio q̄ in puero: ⁊ p ꝯsequēs resoľo maior. Si militer maior est q̄titas que p actionē nutricatiōis conseruatur in iuuene: q̄ sit totum aggregatuz ex q̄titate que acquiritur ⁊ ex q̄titate que ꝯseruatur in puero. Similiter nullatenus apparet verisimile q̄ ab embrione cum p̄mo formatur: tanta fiat ib equali tēpore resolutio q̄to in iuuene igitur ⁊ cete.

Ultimo ad principale ar̄ sic: facilius inflāmatur
calor in iuuene ex quacūq; cā apta calidū inflāmare
q̄ in puero. sed sicut calidū magis inflāmatur: sic
velotius ꝯsumit humidū: igitur ꝛc̄. ꝯsequētia tenꝫ
cū ex tollerantia ieiunij calidū tam in puero q̄ i iu
uene sit aptum inflāmari: ꝛ assumptū ꝓbatur: quia
tale est acutius. Similiter videmus febres multe ī
flāmationis in iuuenibus maxime habūdare: ꝑ his
etiā que arguta sunt vr̄ auctoritas Auic. in loco p̄/
allegato: vbi post senes ordinat adolescentes in fa
ciliter tollerātie ieiunij. In oppositum est ypo
in illo affō. Senes facillime ꝛc̄. Respondendo ad
hanc qōꝫ. p̄mo oꝫ p̄mittere quedā p̄ambula. scd̄o
respondebitur ad quesitū. Quantū ad p̄mū ē p̄ᵒ
p̄mittendū ex supi⁹ dictis: que sunt potissima nocu
ta que sequunt̄ vel apta sūt sequi ex ieiunij tollerā
tia: quia. s. tristitia famis: humidi resolō: ꝛ calidi
ꝛ spirituū ꝛ membroꝝ inflāmatio. Secūdo est p̄
mittendū difficultatē tollerantie ieiunij attendi pe/
nes facilē casū in famē: vel penes facilē casū in nocu
menta potissime ieiunij tollerantiā ꝯsequentia: vel
penes difficultatē releuationis a nocumētis iā dictis
que oīa declarata sunt in p̄cedenti qōne. Tertio
p̄mittendū est: q̄ inter cetera nocumēta sequētia ie
iunij tollerantiā deterius est, ceteris parib⁹ humidi
resolutio: quia talis fit per depditionē partiū sub/
stantialiū mēbroꝝ vt pꝫ: ad illā seq̄r etiā calidi re/
solutio ꝛ extinctio: imo nec alia nocumēta ledūt no
tabiliter: nisi ꝑ q̄to terminant̄ ad illud nocumētuꝫ

Ex quo statim pꝫ: q̄ in illo corpe difficilior est
ieiunij tollerantia ceteris paribus in quo velotior
ꝛ facilior fit humidi naturalis resolō. Quarto p̄
mittendū humidū pueri ceteris paribus parati⁹ esse
ad resolutionē q̄ humidū iuuenis: cū sit multo sub
tilius ꝛ magis aereū. Quinto principaliter est p̄
mittendū q̄ resolutionē que fit in iuuene possumus
ꝯpare ad eam que fit in puero in magnitudine ꝛ p/
uitate dupliciter: p̄mo absolute: vt. s. illa resolutō
dicatur maior: quādo absolute maior ē q̄titas eius
qd̄ resoluitur scd̄o ꝓportionabiliter ꝛ respectiue. s.
ad molē suam siue q̄titateꝫ subiectā: vt. s. dicam⁹
in illo corpore resolōem fieri maiorem: in quo ma
ior fit resolutō respcū sue q̄titatis: sic eni dicerem⁹
q̄ si a bipedali resoluatur in hora. ʒ. 2. ꝛ a peda
pedali in eodē tēpore resolueretur. ʒ. 2. s. ꝑ actiōꝫ
caloris naturalis: q̄ velotior ꝛ maior esset resolō
que fieret in pedali: q̄ que fieret in bipedali; quia
quacūq; parte signata illius pedalis: in illa est reso
lutio maior q̄ in parte bipedali in equali tēpore ut
satis patet. Consimiliter per oīa dicere possumus
de restauratione. Istam distinctiōꝫ posuerūt iam
quidā sub his verbis: q̄ dupliciter possumus ima/
ginari vnius corporis resolutionē esse maiorē q̄ sit
resolutio alterius: vno mō extensiue: ꝛ sic illud, to
tale corp⁹ dr̄ pati resolutionē maiorē: in quo ꝑ ma
iores partes extenditur resolō. Secūdo modo inten
siue: ꝛ sic solum illius corporis resolutio est maior
q̄ alterius: a cuius ꝑtibus q̄titatiuis fit resolutio
maior q̄ a partibus quantitatiuis alterius illis eq̄
libus. Tunc sit prima ꝯclō ista: tam rōne casus
in famē q̄ rōne casus in nocumenta: difficilius tol/
lerant ieiunium pueri q̄ iuuenes ceteris parib⁹: ꝓ
batur sic: velotius incurri ūt pueri famē q̄ iuuenes
ꝛ nocumentū maximū sequēs ex tollerātia ieiunij.
igitur ꝛce. pꝫ ꝯn̄a ꝛ assūptuꝫ ꝓbatur: quia veloti⁹
resoluit̄ humidū substantificū eoꝝ: ad cui⁹ resolōeꝫ
sequitur fames. Similit̄ velotius fit illa resolutio
supflua in puero: cū illud humidū sit facilius resolu
bile: ꝛ sit calidū valde resolutiuū. igitur ꝛc̄. patet
ꝯn̄a ꝛ assumptū similiter. Et si ar̄ ꝯtra vt supra
quia calidū iuuenis est actiuius: igit̄ inflāmabilius
similiter est cōiūctū cū siccitate que acuit ꝛ reddit ca
liditatē aptam magis furere q̄ humiditas: igit̄ ꝛc̄.

Dicendū p̄mo ꝓbabiliter ꝯcedendo q̄ calidum
iuuenis est inflāmabilius: ꝛ ꝯceditur q̄ in hoc nocu
mentū: qd̄ est inflāmatio: facilius incurret iuuenis
ex ieiunij tollerantia q̄ puer: quia tamē inflāmatio
nō est nocumentū tm̄: sicut est resolō: eo q̄ inflāma
tio illa nō nocet nisi ꝑ q̄to auget resolōem vel sal
tē ꝓpter id maxime nocet: ideo ꝓpt̄ hoc difficili⁹ fe
rūt ieiunium pueri q̄ iuuenes. Aliter dr̄ ꝯcedendo
q̄ illa caliditas est magis acuta: ꝛ vlterius q̄ nō q̄
libet caliditas acutior inflāmatur facilius in suo sub
iecto q̄ alia: quia pōt caliditas minus acuta esse in
subiecto subtiliationi ꝛ inflāmationi magis disposi
to: ꝛ qd̄ plus faciet subtilitas ad faciliorē inflāma
tionē q̄ acuitas. Consilr̄ diceret̄ de caliditate sic
citati ꝯiuncta: verūtn̄ vniuersaliter ꝯcedit̄: q̄ vbi
caliditas est acutior ꝛ cetera sunt paria: ibi īflāma
tio est velotior. Secūda ꝯclō p̄ncipalis est hec:
q̄ absolute maior est resolō que fit in iuuene q̄ q̄
fit in puero ceteris paribus: ꝓbatur ꝑ ea que iacta
sūt in quinto p̄ncipali. Tertia ꝯclō ꝓbabilit̄ pōt
pōt: q̄ absolute maior fit restauratio in iuuene q̄ ī
puero: ꝓbatur vt p̄cedens: ꝛ non plus volunt ille
ꝯclōes nisi q̄ extēsiue tam resolutio q̄ restauratio
est maior in iuuene q̄ in puero ceteris paribus. ꝑ
maius eni subiectū extenditur, ꝛ maioris q̄titatis ē
absolute. Ex hac ꝯclōne sequitur: q̄ maioritas
resolutionis extensiue siue absolute nō arguit diffi
cultatē maiorē tollerantie ieiunij. satis eni verisilr̄
apparet senē p̄mum magis extensiue vel absolute
resolui: quia. s. maior absolute est q̄titas que ab
eo ꝑ resolutionē euaporat q̄ in embrione vel pue
ro digitalis q̄titatis. Quarta ꝯclō est hec: q̄ ce
teris paribus maior est resolō que fit in puero q̄ q̄
in iuuene ꝓprie respcū sue q̄titatis: ꝓbatur quia q̄
cūq; ꝑte signata in puero a qua fit resolutio: plus ē
qd̄ ab ea in equali tēpore resoluitur q̄ sit illud qd̄
ab equali ꝑte illi ꝯsimili in iuuene resoluitur: igitur
ꝛc̄. pꝫ ꝯn̄a ꝛ assūptum: quia cuiuslꝫ ꝑtis pueri hu/
midū est aptius resolutioni q̄ sit humidū ꝯsimilis ꝑ
tis in iuuene: ꝛ calidū vtrobiq; est equale vel saltē
plus excedit subtilitas humidi pueri. igit̄ ꝛce.

Quinta ꝯclō pōt ꝯsimilit̄ poni. q̄ restauratio pu
eri est multo maior q̄ restauratio iuuenis respectu
sue quantitatis: ꝓbatur quia si resolutio est maior
in puero ad intellectū datum resolōne in iuuene: ꝛ
in iuuene equalis est restauratio resolutioni: igitur
maior est resolō in puero ad sensū datuꝫ q̄ restau
ratio in iuuene: sed multo maior est restauratō pu
eri q̄ resolutio eiusdem. igitur ꝛc̄. quia quibuscūꝫ
ꝑtibus signatis ꝯsimilibus vel correspondentibus
sibi in puero ꝛ iuuene ꝛ q̄titate eq̄lib⁹: maior est

quātitas ꝑ q̄ resolꝰ deperdit̄ ꝙ̄ ī puero ī iuuene
Similiter maior est quātitas eius qḋ per restaura
tionē apponitur vt satis pꝫ. Ex his sequitur: ꝙ
maioritas resolutionis intensiue arguit difficulta-
tē maiorem tolleratie ieiunij. His positis rn̄det
ad argumēta. Ad ṗmū ꝯcedēdo ꝙ absolute ma
gis resolutiua est caliditas iuuenū ꝙ̄ sit caliditas pu
eroꝝ. verūtamē est minus resolutiua sui humidi:
ꝙ̄ sit caliditas pueri sui humidi: cuiꝰ oppositū opor
teret esse: si valeret argumentū. Consimiliter ꝑ
oīa dr̄ ad ꝯfirmationē: ꝯceditur enī ꝙ oē calidum
magis actiuū est magis resolutiuū: nō tamē sequit̄
ꝙ qḋcūqꝫ subiectū magis resoluat: ꝙ̄ calidū minus
actiuū: nisi ponatur paritas ex parte subiecti: ḋ qᵒ
dꝫ fieri resolutio. Ad secūdū ṗncipale dr̄ ꝙ for
titudo caloris maior in vno corpore ꝙ̄ in alio: non
est cā maioris difficultatis tollerantie ieiunij: nisi v
bi sint cetera paria: qualiter nō est in puero ⁊ in iu
uene vt satis patet igit̄ ꝛc̄. Ad tertiū dr̄ ꝯceden
do: ꝙ quo ad intensionē calidi ⁊ humidi maior est
ꝓportio calidi ad humidū in iuuene ꝛc̄. nō tamē ē
maior sed minor ꝓportio actiuitatis calidi naturalꝭ
iuuenis ad resistentiā humidi: ꝙ̄ actiuitatis calidi
pueri ad humidū eiusdem igitur ꝛc̄. Ad quartū
dr̄ negando assᵐ iuxta coēm modū loquēdi corpa
pueroꝝ esse flātica ⁊ humida respcū iuuenū: ꝯcedit̄
tm̄: ꝙ plus habūdet de flāte ceteris paribus in pue-
ris ꝛc̄. ⁊ negetur ꝯn̄a: igitur facilius: quia non tm̄
ꝯfert frigiditas flātis in facilitate tollerantie ieiunij
ꝙ̄ᵐ ad difficultatē facit hūidi mēbralis r̄solubilitas
subtilitas. igit̄ ꝛc̄. Ad quintū quid sit dicendum
satis pꝫ in ꝯclōnibus in qōe positis. Ad vltimum
silr̄: dr̄ tm̄ ꝑ secūda ꝯfirmatiōe aātis ꝓbabiliter ꝙ
egritudines magis acutas magis ⁊ facilius cāri ī iu
uenibus ꝛc̄. nō arguit calidū de se esse inflāmabili-
bus: sed per accidens: ꝓ quāto in eo habūdat cole
ra que parata est faciliter inflāmari: ⁊ que inflāma
ta magis inflāmat subiectū. posset etiā concedi cali
dū iuuenis fore inflāmabilius vt tactum fuit supra:
nec tm̄ ex hoc sequitur: facilius eius humidū resolui
ꝙ̄ humidū pueri a suo calido minus inflāmabili vt
satis patet.

Utrum decrepiti difficilius
ferūt ieiunium ꝙ̄ ṗmi senes. Qḋ non
ṗmo: tardius ⁊ difficilius incurrūt de
crepiti nocumēta sequētia ieiunij tolle
rantiā ꝙ̄ ṗmi senes: igitur ꝛc̄. ꝯn̄a est manifesta: ⁊
assᵐ ꝓbatur: quia talia nocumēta sunt calidi ⁊ hu
midi resolutio: que oīa tardius ⁊ difficilius incurrit
decrepitus: ꝓpt̄ humidū terrestrius: ⁊ calidū remis
sius: igitur. Secūdo quia tardiꝰ incurrūt decre
piti famē igitur ꝛc̄. assumptū ꝓbatur: quia tardior
fit in eis mēbrorum inanitio: tardior attractio a
venis ꝛc̄. Et ꝯfirmatur 3ᵒ quia quātūcūqꝫ in eis
eque velox fieret resolꝰ ⁊ attractio ꝛc̄. virtus tm̄
sensitiuā oris stōi in eis est valde magis obtusa:
vnde adhuc ceteris paribus tardius ꝑcipiet suā ina
nitionē: igitur ꝛc̄. Quarto frigidior est ꝯplexio
decrepitoꝝ ꝙ̄ primoꝝ senū: sed sicut aliqua ꝯple-
xio est alia frigidior: ita eadem facilius tollerat ie-
iunium: igit̄ ꝛc̄. pꝫ ꝯn̄a ⁊ maior ⁊ minor est ypo. ī
affō. senes facillime ferūt ieiunium. Quinto q̇a
in ḋcrepitis maxime abūdat humor flāticus crudꝰ
qui est cā maxime tollerātie ieiunij. igitur ꝛc̄.

Sexto si esset hoc: maxime foret ꝓpter cām ta-
ctam a Gal. in ꝯmēto. quia: s. calidū eoꝝ est sicut
lucerna extinctioni parata. Sed ar̄: ꝙ nō: quia tūc
ꝑ idem difficilius tollerarent ieiuniū decrepiti ꝙ̄ iu
uenes vel ꝯsistētes. Quod si ꝯceditur: ꝯtra ex isto
sequitur fieri saltum de extremo ad extremū sine
medio: sit enī nūc instans in quo sor. incipit esse de
crepitus. Et ar̄ sic: vel sor. iam est decrepitus vel
nō sed īmediate post erit decrepitus. Si det̄ ṗmuꝫ
ar̄ sic. sor. est iam decrepitus: igitur difficilius fert
ieiuniū ꝙ̄ iuuenis. ⁊ īmediate ante hoc fuit ṗmus se
nex. igitur imediate ante hoc facilius tollerabat ie
iunium ꝙ̄ iuuenis: quia senes facillime ferūt: ⁊ per
ꝯsequēs factus est transitus de gradu facilitatis tol
lerantie ieiunij senis ṗmi ad gradū decrepiti: inter
quē mediat gradus facilitatis iuuenis: sine medio

Consilr̄ ar̄ si dicat̄: sor. nūc nō esse decrepitum
⁊ īmediate post hoc fore vt patet intelligenti. Ul
timo sic ar̄: sic se videtur habere ꝯplexio decrepi-
ti ad ꝯplexionē ṗmi senis: sicut secūdi ꝯsistētis ad
iuuenē: sed facilius tollerat ieiuniū secūdo ꝯsistens
ꝙ̄ iuuenis: igitur ꝛc̄. Ad oppositū est Gali. ī cō
mento illius affo. senes facillime ferūt ieiuniū ad fi
nem ꝯmēti. In ista qōne erūt duo articuli. in ṗᵒ
tangetur cōis modꝰ respondendi ad qōem. Secun
do tangam quosdā alios modos respōdendi preter
coēs qui forte erūt ꝓbabiles. Quantū ad ṗmuꝫ
ṗmittendū est ṗmo: vt habet̄ a Gal. in ꝯmēto pre
allegato: tam multitudo calidi scilicet naturalis ꝙ̄
eius extrema paucitas īdicat cibi oblationē. magna
enī multitudo magnā indicat appositionē. ꝓpt̄ mul
tū esse humidū qḋ a multo resoluitur calido: extre
ma vero paucitas sicut que in decrepitis reperitur
indicat oblationē ꝓpter calidū illud ꝯtinue extincti
oni paratū: ꝯtinue indiget refocillatione: iō oportꝫ
vt tale sit modicū qḋ offertur: ⁊ frequēter oblatuꝫ
ne forte aliquādo deficiens extinguatur: paucū aūt
vt a pauco calido excedatur ⁊ possit conuerti: quia
multū n̄ excederet̄ sꝫ excederet ⁊ suffocaret modicū
calidū. Secūdo ṗmittendū est vt supra pluries
dictum est: difficultatē tollerantie ieiunij posse sumi
vel ex parte casus facilis in famē: vel ex parte ca-
sus facilis in nocumēta sequētia ieiunij tollerantiaꝫ
vel ex difficultate releuationis a nocumentis: in q̄
corpus ꝓpter ieiunii tollerantiā incurrit. Tunc
sit ṗma ꝯclō ista: rōne velocis vel facilis incursus
in famē facilius ceteris paribus tollerant ieiuniū de
crepiti ꝙ̄ ṗmi senes: ꝓbatur: quia tardius ⁊ diffici
lius incurrūt famē: eo ꝙ ipoꝝ humidū est densius
⁊ difficilius resolubile: ⁊ calidū minus ⁊ tardius re
solutiuū: virtus etiā sensitiua stōi magis obtusa.

Sed ꝯtra istā ꝯclusionē ar̄ ṗmo: quia ex ista se
quitur ṗmo. ꝙ semꝑ corpora decrepitoꝝ forent ci
bāda anteꝙ̄ famē incurrerēt: ꝯsequēs est falsum. ⁊
ꝯtra Gal. 3ᵒ tegni. ⁊ ꝯn̄a ar̄. quia corpora ipoꝝ
ṗmoꝝ senū nō sūt cibāda nisi hora famis ipis rectis
regimine debito ⁊ sanis exn̄tibus: sed frequentius
sunt cibanda corpora decrepitoꝝ ꝙ̄ ṗmoꝝ senum
igit̄ frequētius sunt cibādi ḋcrepiti ꝙ̄ famē īcurrūt

ṗmi senes: sed minus famē incurrūt decrepiti q̄ se
nes ṗmi: ex ꝯc̄lone. igitur ⁊c̄; Uel arguatur sic fre
quentius cibandi sunt decrepiti q̄ ṗmi senes: sed ra
rius incurrunt famē q̄ primi senes: igitur cibandi
sunt decrepiti anteq̄ famē incurrāt. ¶ Secūdo quia
expimento videmus istos senes decrepitos quasi
tota die ꝯmedere. Ad hoc rn̄detur ⁊ ṗmo ad ṗ
mā negando ꝯn̄am ṗmam. Ad ꝓbationē ꝯceditur
ṗmo: ꝙ corpora ṗmoꝝ senū nō sunt cibanda nisi
hora famis. Et ꝯceditur vlterius ꝙ frequenti⁹ ip̄i
decrepiti cibandi sūt: anteq̄ ṗmi famē incurrāt.
Sed vlterius negatur ꝙ minus frequenẗ incurrant
famē decrepiti q̄ ṗmi senes: ⁊ ip̄is recto regimine
rectis: ⁊ cā est: quia q̄tūcūq̄ calidū decrepiti sit re
missius ⁊ debilius: ⁊ humidū densius ⁊ minus reso
lubile: ꝓpt̄ qd̄ ceteris paribus tardius famē incur
rit decrepitus: ip̄o tamē decrepito recto regimine
debito debetur nutrimentū qd̄ ei in vice vnica ap
proximatur tanto minoris q̄titatis: ⁊ cū hoc tanto
facilius transmutabile q̄ illud quod in vice vnica
exhibetur ṗmo seni: qd̄ multo citius transmutat̄ ⁊
assimilatur: ⁊ sic ex ꝯsequēti citius famē incurrūt.
Et notum est ꝙ nō aduersatur ꝯc̄loni: cum ibi po
nant̄ vtrobiq̄ cetera paria. igitur ⁊c̄. ⁊ p hoc patꝫ
solutio ad secundū. ¶ Et si arguatur ꝯtra quia tūc
p idem frequētius cibandi forent ṗmi senes q̄ iuue
nes: pōt dici primo ꝯcedendo ꝯn̄am ⁊ an̄s. Aliter
pōt dici negando ꝯn̄am: quia calidum senis primi
nō est paratū sic extinctioni sicut calidū decrepiti:
nec sic diminutū: quia adhuc magnā q̄titatē nutri-
mēti exhibiti possit īmutare. igitur. ¶ Secūda cō
clusio ṗncipalis est: ꝙ rōne nocumēti sequentis ieiu
nium difficilius tollerant ieiuniū decrepiti ⁊c̄. patꝫ
quia in eis est tanta caloris paucitas: ꝙ omnis sensi
bilis resoł̄o in eis fere ducit calidū ad extinctionē
igitur ⁊c̄. Tertia ꝯclusio sequitur ꝙ rōne diffi-
cultatis releuationis a nocumento: difficilius etiā
tollerāt ieiunium decrepiti patet sil̄r. ¶ Quarta
ꝯcl̄o nō in qualibet pte decrepite etatis difficili⁹ tol
lerat ieiunium decrepitus q̄ iuuenis vel cōsistens
pꝫ per sextum argumētū ṗncipale adductū ante op
positum. Quinta ꝯcl̄o est ꝙ in pte vltima extre
me decrepite etatis ꝓpinqua difficilius tollerat ieiu
nium decrepit⁹ q̄ corpus alterius etatis pꝫ ex dcis

¶ Quantum ad secundum articulum
premittit primus modus ꝙ fames naturalis cau
satur p ꝯsumptionē humidi substantifici oris stōi.
Secūdo ꝙ equalis diminutio vel resolutio facta in
re pauce q̄titatis multo magis pcipitur q̄ in re ma
gne q̄titatis. Ex quo patet ꝙ adhuc minor resoł̄o
in modico q̄to pōt esse magis sensibilis q̄ maior in
magno: hoc satis docet expimētū. si enī a magno
cumulo frumēti subtrahant̄ tria grana: nulla pcipit̄
minoratio ¶ Si autem a sex granis subtrahatur
granum vnum: multum percipitur minoratio
Tertio premittendum ꝙ humidum senis pri-
mi substantificū oris stōi multo est amplius q̄ de-
crepiti: hoc posito dr̄ ꝙ q̄tūcūq̄ in decrepito sit o-
ris stōi suctio ⁊ resolutio tardior ⁊ minoris quanti
tatis: ⁊ sit virtus sensibilis magis adhuc obtusa:
tamē humidū sugendū est quātitatis multo minoris
igitur magis pcipitur parua suctio q̄ altera magna
ideo citius adhuc ceteris paribus famē incurrit. Se
cūdus modus p̄mittit ꝙ virtus attractiua mēbroꝝ
⁊ nutritiua in decrepitis est multū defecta: vnde
multi humores: qui essent in ṗmo sene forent lau-
dabiles: sūt in decrepito illaudabiles ⁊ nō habiles
ad nutriendū. Secūdo p̄mittitur ꝙ virt⁹ nutritiua
tam in decrepitis q̄ in aliis respuit qd̄ nō est ꝯueni
ens: attrahendo p̄cise illud qd̄ sue ꝯuersioni est ꝓ
portionatum. hoc p̄misso ponit: ꝙ si tantus ⁊ talis
cibus offeratur decrepito: quātus ⁊ qualis ṗmo se
ni quia virtus nutritiua decrepiti senis ṗmo modi
cam quātitatē sufficit imutare ⁊ mēbris assimulare
p̄cise modicā quia. s. patissimā ꝯuersioni attrahet
in sene aūt ṗmo fiet multaꝝ ptium attractio ⁊ con
uersio: ⁊ hinc est ꝙ cogitur nutritiua mēbroꝝ de-
crepiti frequētius nouū a venis exquirere nutrimē
tum: vnde attractio fiet a venis ⁊ venaꝝ ab epa
te ⁊c̄. Et patet ꝙ iste modus est valde ꝓprius: ex
quibus diligenter attendens faciliter formabit con
clusiones oppositas ṗmis ⁊ soluentur argumēta.

Et qui crescunt plurimum ha
bent innatum calorem. plu
rimo ergo indigent nutri
to: si uero non: corpus consumitur:
senibus uero paucus calor inest pro
pter hoc igitur paucis fomitibus in
digent a multis enim cibis calor ex
tiguitur: propter hoc et senibus non
similiter febres acute fiunt: frigidum
enim habent corpus.

¶ Prima ꝯcl̄o corpora crescentiū vel adolescētiuꝫ
indigent plurimo nutrimēto: ꝓbatur tales habent
plurimū calorem innatū: igitur ⁊ ce. Consequētia ꝓ
batur: quia nō exhibito plurimo nutrimēto corpi
habēti plurimū calorem: corpus ꝯsumitur ⁊ assūp^m
ꝓbatur: quia sine calore huiusmodi corpa nō au-
gmētātur: igitur ⁊ce. Primo nota p corpora cre
scentia intelligit oīa corpa in etate adolescentie exi
stentia. ¶ Secūdo nota per calorē intelligi posse q̄li
tatem ip̄am que est caliditas ⁊ ip̄m corp⁹ calidum
s. sp̄ūm: ⁊ sic maxime vr̄ inteligere ꝯmentator in
ꝯmēto. Per innatum aūt calorē intelligūt calorem
a ṗncipio generationis ꝯtractum: quidā vero ꝯtra
ctum ex tpe. Ego aūt dico per calorē innatū in-
telligi debere oēm calorē naturalē: siue sit influens
ꝯtra innatū ac appropriatū distinctus: siue a gene-
rationis ṗncipio ꝯtractus: qn̄q̄ intelligūt innatum
a generatione ꝯtractum: quādoq̄ per innatum in-
telligūt intrinsecū mēbro ⁊ intus natū: quia. s. suis
opationibus appropriatū. quādoq̄ aūt intelligunt
innatū oē naturale ⁊ nature ꝯueniens ⁊ sic credo in
ꝓposito. ¶ Tertio nota calorē innatū siue spiritum
in talibus corporibus esse plurimū: respcū corundē
vel alioꝝ in aliis etatibus existentiū cū aliis parib⁹
quod dupliciter intelligere possumus vel absolute
⁊ sic nō est veꝝ: absolute enī maior est q̄titas sp̄ūs
in iuuene q̄ in puero aliis paribus. Secūdo ꝓporti
onabiliter. s. respcū sue molis: ⁊ sic intellexit ypo.
Aliȷ̄ vero intelligūt calorē plurimū innatū maxime

innatum: quia. s. maxie naturalē: sicut videtur calor puerorum: vt aliqualiter tāgit ɔmētator ī ɔm̄to ɔpa. iōc caloris aliorum corporum. Quarto nota aiali cibū vel alimentū esse necessariū ꝓpter duo. p° vt fiat recōpensatō eius qđ a corpore dissoluit̄. 2° cū viuens in ṗncipio sui sub parua valde extensione generet̄: ⁊ nō possit sub ista debitas pficere operationes: oꝫ ip̄m crescere ⁊ debitam q̄titatē attingere: quā sine alimēto attingere nō posset: iō necessarium fuit alimentū: ⁊ colligitur hoc notatū ꝑ pte ṗma 3° cano. fen. xiij. tractatu 2° ca°. de cāis debilitatis appetitus: ꝑ ambab⁹ sc̄do de aia: ⁊ aliq̄liter ṗmo de generatione. ⁊ 3° cano. fen. xxi. ca° 2° de generatione embrionis: ⁊ ṗmo canticorum ɔmēto quinto. Ad ꝓpositum hārum necessitatū vtraq; repit̄ in crescentibus: solum ṗma in aliis. iō rationabilr̄ plurimo indigēt nutrimēto. Quinto nota hoc nutrimentū pluimū esse possumus intelligere vel s^m q̄titatem ɔtinuā vel discretā. Ad sensū medicoruꝫ ⁊ vtroq; modo vel absolute vel respcū eius qđ ab eo dissoluitur: ⁊ hoc modo credo intellexisse ypoc. in affō. Sexto nota q̄ si nō exhibetur istis corporibus nutrimentū: ɔsumitur corp⁹. ṗmo quia debitam quantitatē nō attingūt. Sc̄do q̄a deficiēte nutrimentali humido dissolutioni a calido ꝓueniente resistente: calidū naturale valde amplius ɔsumit naturale humidū: sicut licinium ɔsumit̄ oleo deficiente in lampade: quare tunc ɔsumitur corpus sicut dcm̄ est: ⁊ ex eo patet ṗma conclusio.

senibus uero paruus.

Secūda ɔclo senes paucis nutrimētis siue fomentis indigent: ꝓbatur: in senibus est calor naturalis puus ⁊ modicus. igitur ⁊c̄. pꝫ ɔn̄a: quia multo nutrimēto calor naturalis paruus extinguitur. vt in ɔmēto p̄cedentis affōi declaratū est. Primo nota per senes vtrosq; senes intelligere posse. vtriq; eni pauco indigent nutrimēto: ṗmi eni pauco respectu puerorum ⁊ rara exhibitio: decrepi vero valde pauco sed frequenter exhibito. Secundo nota multū nutrimentū extinguit calorē debilē: ṗmo p viam suffocationis vt dcm̄ est. secūdo p via simplicis alterationis: cum alimentū sit contrariū alito ut alias fuit declaratum.

propter hoc et senibus:

Correlarium in senibus nō dicūtur esse febres sic acute sicut in pueris vel in iuuenibus: ꝓbat̄: q̄a senes habēt frigidū corpus. ergo ⁊c̄. pꝫ ɔn̄a ⁊ aſſ^m similiter ex dictis. Primo nota acuitatē febris maxime argui ex eius intensione cū sceuitate accidentiū ⁊ velocitate sue terminationis: he autem febres maxime ꝓueniunt ex materia calida: que q̄a multum in pueris ⁊ iuuenibus: parum vero repitur ī senibus. igit̄ ⁊c̄. Secūda cā pōt esse quia ⁊ si eque calida foret materia peccans: subiecto tn̄ frigido existente nō tantā caliditatē p̄ter naturā in senibus sicut in iuuenibus imprimeret: vnde nō essꝫ febris similiter acuta saltem merito intensionis. Ex q° colligitur dci Aueroys intellectus: vij. col. ca° 2° dicētis: q̄ calor accidentalis siue preter naturā ramificatur siue mensuratur mēsura naturalis: in corpore eni caloris pauci remissior inducitur preter naturalis calor. in corpore uero multi mult⁹ aliis parib⁹ vel aliter calor p̄ter naturā mensurat̄ etiā: quia cognita mensura caloris naturalis cognoscitur saltim ɔfusa notitia mensura caloris p̄ter naturā. vt q̄rta ṗmi ca° p°. ⁊ 3° tegni colligi pōt. Ulterius nota q̄ p acutas egritudines nō intelligit oēs que cuꝫ velocitate ⁊ seuitate accidentiū sunt velocis terminationis: quia multe in eis repiunt̄ acute sic spasmus catarr⁹ fortis: sed intelligit febres multe inflāmationis: que cū sceuitate accidentiū sūt breuis terminationis. Ulteri⁹ nota nō intelligendū nūq̄ in senibus fieri has febres: sed vult q̄ nō facile. pn̄t enim dici fieri equaliter acute ⁊ quo ad accidentia ⁊ quo ad intensionē absolute ⁊ respcū ꝓpriorum tēperamentorum: vt patet. Similis sn̄ia huic colligitur ṗmo cōplexionū ca° ṗmo. ⁊ ṗmo canticorum ɔmento allegato. ⁊ ṗma ṗmi doctrina tertia ca° de etatib⁹: ⁊ q̄tum ad correlariū q̄rto ṗma ca° de causonide: ⁊ ca°. 3°. ad ṗncipiū ⁊ ampliatur vt p̄cedens ⁊ ē vtilis in actu practico: quia per ip̄m docemur ordinare dietam indicatione sumpta ab etate.

ubitatur utrum calor pueri

⁊ iuuenis sint equales. ar̄ q̄ nō multipliciter: ṗmo: calor pueri est maior q̄ iuuenis: ergo ⁊c̄. aſſ^m ꝓbatur multipliciter primo: post primum instans esse pueri cōtinue agit calor in nutrimentū in sp̄ūs ⁊ mēbra: igit̄ repatitur: sed ip̄m repati ⁊ ip̄m remitti. Secūdo calor radicalium ɔtinuo remittendo ꝓcedit: igitur assūptū ꝓbatur: quia in senectute maior est humiditas carniformiū q̄ radicaliū in tpe pueritie: ⁊ ad eorum resolōꝫ seq̄t caloris remissio: sꝫ hūiditas carniformiū nō sufficit manu tenere in senectute suū calidū: igitur nec in iuuētute humiditas radicaliū. igit̄

Tertio in colerico decedente p suas etates debite decurrēte ⁊ pmutato ad melancolicū: nō solum respectu dispositionū ṗus habitarum: sed etiā respcū senis tēperati facto melancolico: est calor in senectute remissior: quia in ṗncipio est melancolicus iā multum distans a ɔplexione colerici. igitur prius minus distabat: ⁊ tamē ṗus erat colericus: sed an̄ hoc erat ɔsistens: igitur in ɔsistentia erat frigidior

Quarto possibile est calorē pueri ɔtinue ꝓcedere remittendo: ergo in iuuentute erit frigidior: cōsequentia bona ⁊ aſſ^m patet in casu: quo dispōnes oīno cōsimiles: quales inueniunt̄ in corde senis: inducantur vel iprimātur in corde pueri in principio generationis. In ꝓposito ar̄ sic: senex a ṗncipio senectutis merito ꝓportiōis calidi naturalis supra humidū ɔtinue remittendo ꝓcedit in calore: cū g° similis ꝓportio inueniatur in puero in ṗncipio generationis vt ponit casus: ergo puer ꝓcedit ɔtinue diminuendo in calore: ɔn̄a est bona ⁊ assumptum ē casus. Forte diceretur ad illud negando casum quia est īpossibile q̄ sub dispōne oīno ɔsimili dispositioni senis inducatur forma pueri. Contra istud ar̄ sic: quia data ista responsiōe sequitur q̄ ī modo equalitatis ɔuenienti forme humane posset alia forma coīcare: ɔsequēs falsū est ⁊ ɔtra Auicē. ṗma ṗmi ⁊ ɔn̄a ꝓbatur quia postq̄ in tali dispōne

n̄ pōt itroduci forma hūana: ⁊ cū in eadē al' q̄ forma itroducat̄ siue possit introduci: que necessario est diuerse speciei ab ista humana: sequit̄ ⁊c̄.

Quinto in p̄mo īstanti senectutis est caliditas notabiliter minor q̄ in pueritia: igitur p̄us p medietatē minor: ⁊ ꝯtinue prius fuit iuuētus. igitur ⁊c̄. Ultimo est auctoritas Hali. in ꝯmēto. Scd̄o ad p̄ncipale: caliditas iuuentutis est maior: igitur ⁊c̄. assumptum arguitur p̄mo: quia ꝯtinue vsq; ad iuuentutē remittit̄ frigiditas in corpore humano: eo q̄ ꝯtinue caliditas mēbroꝝ excedit frigiditatē: ⁊ elemēta calida excedūt frigida sibi debite applicata.

Secūdo sicut aliqđ agens diutius agit in passum dispositum: ita intensiorem effectum ꝓducit in fine illius tēporis: sed calor naturalis in iuuētute diuti⁹ egit. igitur ⁊c̄. Preterea calor naturalis iuuenis ꝯtinue egit in humidū remittendo frigus ⁊ assimilādo contrariū: ergo ꝯtinue erit intēsior: ⁊ p ꝯsequēs tēpore iuuentutis ⁊ce: Confirmatur quilibet sp̄us assistens mēbro calefacit: quia alterat ⁊ nō nisi calore. Tertio in iuuētute sunt humores calidiores: igitur generati a maiori calore erūt ⁊ magis calefaciētes.

Quarto in iuuene sunt opationes intensiores ⁊ fortiores vt pulsus: igitur ⁊c̄. Quīto humoris flegmatici vel humoris infrigidātis euacuatio calefacit corpus secūda p̄mi de ca' retentiōis ⁊ euacuationis: sed iuuenis est sicut euacuatus a flegmate ⁊ sicut repletus humore calefaciēte. igit̄ ⁊c̄.

Sexto ad tactum apparet calidior iuuenis: forte dr̄ q̄ solum acutior. Contra sicut se habet visibile ad visū: ita se hʒ tangibile ad tactum: sed visus melius iudicat de visibili q̄ de alio sensibili: igitur tactus iudicat melius de tangibili. Etiā si sic sequeretur tunc: q̄ nulla differentia appareret īter aliqđ esse intensius calidū ⁊ acutius. Septīo calor iuuenis est sicut calor febrientis vt in ꝯmēto.

Ultimo variatis passiuis variant̄ actiue: igitur saltē nō eq̄les erūt: assp̄m patet. ij. col. p̄mo ca°. q̄a ꝓprie materie dū variantur: fit variatio ī ꝓpriis formis: sed cum passiue sint materie actiuaꝝ: sequitur actiuas esse variatas.

ad oppo. est galie. in commento ibi q̄ si secūdū quartū elementū: ⁊ secūdo ꝯplexionum ⁊ Auicē. ca. de etatibus p̄ma p̄mo:

In ista q̄ōne erunt tres articuli. in p̄mo videbitur quis calor est maior extensiue. secūdo intensiue. tertio tangēt quidā ꝓbabiles modi defensandi q̄ sit maior in iuuene q̄ in puero aliis paribus. In p̄mo p̄mittā notabilia ⁊ distinctiones. secūdo ꝯcl'ones. Quantū ad primum articulū sit p̄ma distinctio. calor in nobis est duplex. s. innatus ⁊ influens ⁊ de vtroq; est sermo.

Secunda distinctio est hec: humidū ē duplex innatū ⁊ influens. Innatū est duplex: quoddaʒ ꝯtractum a generatione ⁊ istud est radicale humidū quoddā ex nutrimēto. ⁊ dr̄ nutrimentale. exēpluʒ p̄mi vt est radicale. exemplū secūdi vt est ex tp̄e acquisitū. Tertia distinctio: calor sumitur qn̄q; p qualitate quādoq; p corpore calido. ⁊c̄. hic capitur vtroq; modo:

Quarta distinctio subiectū caloris est duplex. s. quoddā simplex ⁊ quoddam ꝯpositum: Aliter ꝓprium extraneū et ꝯmixtū vel ꝯfusū: ⁊ tūc est triplex vt patet.

Prima suppositio quid per pueritiā quid p iuuentutē debemus intelligere notū est. Secūda suppositio est q̄ dum ꝯparant̄ calor iuuenis ⁊ pueri in extensione ꝯpant̄ in ꝯpatione suoꝝ subiectoꝝ.

Tertia suppositio calor in materia mixta nō ꝯseruatur nisi in materia humida subtili ⁊ in vaporem ꝯuertibili: humidū aereū methaphorice dicit̄ subiectum quo substentatur ⁊ pabulatur calor naturalis: Ex quo sequitur humidū aereū esse subiectū maxime ꝓpriuʒ caloris naturalis: ⁊ quanto purius a terrestri tāto cōuenientius.

Ex quo sequit̄ q̄ quia humidū radicale purius est: pōt illud appellari subiectū ꝓpuʒ caloris. Contractum vero ex nutrimēto extraneū ⁊ aggregatū appellari pōt subiectū ꝯmixtum siue ꝯfusū vel cōe: vt dr̄ in cōmento. Prima ꝯcl'o: rōne subiecti extranei calor est maior in iuuene: q̄a subiectū extraneū in iuuene est multo ampli⁹ ⁊ magis extensū.

Secūda ꝯcl'o: rōne subiecti ꝯmixti est maior in iuuene: quia magis est aggregatū ī iuuene q̄ in puero. Tertia ꝯcl'o rōne ꝓprii siue simplicis est maior in puero. vt patet: quia multo amplius est humidū aereū in puero ꝓportionabiliter respectu sue molis: q̄ in iuuene: etiā pʒ p Hali.

primum dubium quodlibet humiduʒ

aiatum est subiectū ꝓprium caloris: sed ꝯtractum ex nutrimento est huiusmodi. igit̄ ⁊c̄. Secundū dubiū reducatur melancolic⁹ ad sanguineū ⁊ habebit tunc humidū purius: ⁊ per ꝯsequēs ⁊c̄. Silr̄ de ip̄o ethico curato in iuuētute.

Tertiū dubiū tūc etiā senes plus haberēt de calore rōe subiecti extranei vel ꝯmixti ⁊c̄. Ad hoc respōdet̄: ad p̄mum dr̄ q̄ ꝓbat veritatē. s. q̄ aliquod ꝯtractū ex tēpore est subiectum ꝓpriū: sed ip̄m tn̄ ex nutrimento ꝯtractum ꝯpatum illi ex generatione est extraneuʒ nō simpliciter tn̄: sed in ꝯpatione.

Ad secūdū dubiū sit sor. p̄mo melancolicus puer ⁊ fiat tēperatus tūc humidū eius extraneū dcm̄ erit magis ꝓprium substentaculū caloris: qm̄ est tēperatū: ⁊ p̄muʒ sit distemperamētū. Dr̄ q̄ nō oē tēperatū humiduʒ est melius subiectū: licet habeat melius pro vita q̄ haberʒ si sor. nō fuisset reductus.

Ad tertiuʒ de senibus dr̄ q̄ senes rōne subiecti ꝯmixti plus habēt de calore extensiue: licet itensiue nō ceteris parib⁹

Quantum ad secundum articulum

primo premitto cum ꝯparantur iuuenis ⁊ puer ⁊c̄ q̄ alia debēt esse paria in naturali ꝯplexiōe ⁊ aliis circūstantiis accidentalibus variantibus caloris mēsuram. nō eni dubiū est iuuenē colericū calidiorem esse puero flegmatico: pueꝝ exercitatū iuuene otioso. Aliter dic sic: ꝯtingit tam pueꝝ q̄ iuuenē intra latitudinē sue ꝯplexionis multū variari: vt q̄escēs iuuenis minus calidus est se excercitato: etiā qn̄q; extra latitudinē sue ꝯplexionis: vt de puero tēperato qui efficitur melancolicus respcū tēperati pueri.

Secūdo p̄mitto q̄ calor naturalis multiplicit̄ pōt extingui. vt p̄ma primi. cuiuslibet tn̄ extinctō reducitur ad eam que est p simplicē alterationē.

Pro notabili tertio nota: stat aliquid alio esse acutius: quia. s. magis imp̄ssiuuʒ: qđ tn̄ nō ē itēsi⁹

21

vt de ferro calefcō respcū stupe ardētis: hec diuersi tas qnqꝫ ↄtingit rōne multitudinis forme. secundo rōne dispōnis ↄiuncte caliditati: vt siccitas est lima caloris: ⁊ non est cā effectiua licet dispositiua.

Quarto nota licet ad alicuius humidi naturalis resolutionē sequatur caloris remissio: nō tñ ad quā libet minorationē humidi minoratur calor: patꝫ in lignis inflāmatis. Item patet ꝙ ex varia ipressiōe caloris in materiā: vario modo ↄseruetur calor in illa: vt in rebus exterioribus pꝫ: Quinto nota aliud ē aliquā caliditatē esse intensiorē: ⁊ aliud ipam esse acutiorem ⁊ fortius ipressiuam: ex tertio premisso patet hoc. Prima ↄclō nō seruata paritate in aliis: possibile est calidiorē iuuenē esse puero: similiter ecōuerso: imo adhuc senē: patet ↄclusio variata ↄplexione naturali ⁊ alus circūstantiis.

Secūda ↄclusio est hec: ꝙ ceteris paribus: caliditas iuuenis nō est gradualiter remissior ꝙ̄ caliditas pueri: ꝓbatur quia nō esset: nisi ꝓpter resoloꝫ humidi: sed non est per q̄d nois iuuētutis. Item nō aduenit extinguēs extrinsecū: vt pono: nec intrisecū: quia huc usqꝫ augendo ꝓcessit. Itē in aliquo tēpore sufficit se ↄseruare ⁊ augmentū facere: ⁊ in aliquo neutꝝ: igitur in aliquo alteꝝ tm̄: ⁊ nō suffi in augmentū: igitur tūc se in eodē gradu ↄseruat calor ⁊c̄. hoc argumēto vtitur Auicē. Tertia ↄclō in iuuene ceteris paribus ex pte ↄplexionis ⁊ aliaꝝ circūstantiaꝝ caloris mensurā variare potentiū nō est calor itensior: ꝓbatur pmo: quia nō aduēit extrinsecū augens vt pono: nec remittēs: quia nō est facta tanta exicatio: quin hec mensura hūidi hūc calorem ↄseruet nec intrinsecū: quia idem nō mouꝫ se. Item quia datur temp⁹ in quo duo potest: ⁊ qnqꝫ neutꝝ: igitur qnqꝫ vnum. s. se ↄseruare ī illo gradu ⁊c̄. vt supra. Quarta ↄclusio isti calores sūt equales in radice ⁊ in gradu intensiue: quia nec intensior nec remissior. Quinta ↄclō calor iuuenis est acutior ⁊ magis imp̄ssiuus: quia est in subiecto magis denso.

cetur negando aſſ^m: quia īmediate p⁹. a. erit sor.
senex. igitur. Cōtra īmediante ante. a. erit vir
tus in sor. in certa ꝓportōe potētior ad restaurandū
q̄ꝫ in tēporē estatis: sed in nulla ꝓportione minus po
tens erit virtus sor. īmediate post. a. q̄ꝫ īmediate
ante fuerit. igitur ⁊c̄. pz ꝯn̄a: ⁊ totū assūptum satis
notum est intelligenti. Quinto sequit̄ ꝙ alicuius
indiuidui totalis vite ꝑduratio esset maior ꝑdurati
one alterius: cuius tn̄ etas adolescētie nō foret ma
ior etate adolescētie eiusdē: ꝯn̄s falsū: eo ꝙ eadem
dz esse ꝓportio partis ad ptē ⁊ totius ad totum. Et
ar̄ ꝯn̄a: ponendo sor. debere esse longioris vite q̄ꝫ
plō. per annū. ita ꝙ etas adolescentie sor. dz exce-
dere etatē adolescentie plō. per tres menses: ⁊ con
sidera ꝯsistentiam ⁊c̄. ⁊ terminet̄ adolescentia pla
tonis in fine veris. ⁊ fuerint orti in eodem instanti
So. ⁊ Pla. ⁊ ar̄ sic: in eodem instanti terminabat̄
augmentū Sor. ⁊ platonis. igitur ⁊c̄. assūptum ar̄
quia nūq̄ꝫ post finē veris augebitur: eo ꝙ post finē
veris succedit etas in qua minus restaurabitur ⁊c̄
sed elapsa estate erit etas crescentie Sor. elapsa
igitur ⁊c̄. pz ꝯsequētia cū ãnte.

ad oppositum eorum que arguta sūt
vr̄ sn̄ia ypo. in illo aſſo. p̄me pticule. Uentres hy
eme ⁊ vere. s. aſſo. xv. ⁊ Galie. expressius in cōme
to. Respondendo ad hanc qōez talē seruabo ꝓcessū
p̄mo p̄mittā quedā p̄ambula Secūdo ponā ꝯclones
responsiuas ad quesitū. Quantum ad p̄mū pre
mitto p̄mo ꝙ per etatē pueritie in ꝓposito intelli-
gere debemus etatē illā: in qua merito ꝓportionis
vel habitudinis calidi naturalis ad humidū: potēs
est calor in subiecto in eadē mēsura ꝯseruari: ⁊ sub
iectum suū est ad maiores dimensiones extensibile
ecōtra per etatē senectutis: etatē ī qua nec subiectū
sub equalibus dimensionibus: nec calor sub equali
mensura aptus est ꝯseruari merito ꝓportionis cali
di naturalis ad humidū naturale: p etatē vero iu-
uētutis debemus intelligere etatē in qua merito ꝓ-
portionis calidi ⁊c̄. aptus est calor sub eadē gradu
ali mensura ꝯseruari: licet nō sit aptum subiectum
extendi. Secūdo p̄mittendum p̄ncipaliter est: ꝙ
ceteris paribus in corporibus robustis: stante regi-
mine ꝯuenienti ⁊c̄. calor naturalis potentior est in
hyeme ad transmutandū nutrimentū in substantiā
nutriti ⁊ per ꝯsequens ad restaurandū et nutriēdū
q̄ꝫ tpe estatis vel alio tpe: pz ex p̄cedentibus qōib⁹
ecōtra aūt tpe estatis ⁊ autūni. Ex quo sequitur
ꝙ ceteris paribus maior sit resolō in tpe hyemis in
corporibus iam dcis q̄ꝫ in tpe estatis vel autūni. ⁊
est ꝯclo responsiua ad quesitum ⁊ dixi notanter ce
teris paribus: quia q̄ꝫtūcūq; deterius tempus anni
sit autūnus vel estas q̄ꝫ hyems: nulli tn̄ dubium in
estate p̄cedente aut autūno melius restaurari hūi-
dū in sor. ⁊ quocūq; q̄ꝫ in hyeme sequēte: cū ꝯtinue
restauretur terrestrius: licet sor. in estate ⁊ autūno
deterius restauret: q̄ꝫ restauraret si p tūc in tali pū
cto. s. sue etatis ip̄e esset in hyeme. Ex isto sequi
tur p̄mo: in casu aliquod corpus in aliqua etate esse
situandū in aliquo tēpore anni: in quo si aliud esset
tēpus anni nō foret situandū: sed forte in vlteriori
vel anteriori: vt sit sor. in fine sue pueritie existēs
vel iuxta per mensē: si supueniat hyems in hoc mē
se: p totum hunc mensē durabit sua pueritia ꝙ si
supueniret estas minus durabit q̄ꝫ tunc ceteris pari
bus: eo ꝙ restauretur humidū deterius: ⁊ per ꝯn̄s
minori tēpore pmaneret ꝓportio calidi ad humidū
in pueritia requisita. igitur ⁊c̄. pz ꝯn̄a cum ãnte.
Similit̄ vice versa: supueniente estate debeat sor
iuuētus durare per mensem p̄mū estatis. Et ar̄ si-
militer si superueniret hyems duraret iuuētus in
sor. p maius tēpus q̄ꝫ nunc durabit cū istis circūstan
tijs: sed nunc per mensē. igitur sit ꝙ per duos dura
ret: ⁊ pz ꝙ in secūdo mense erit sor. ꝯsistens: ī quo
tn̄ ip̄e esset puer si superuenisset hyems: ⁊ nō supue
nisset estas. Et ex hoc taq̄ꝫ ex fūdamento vlteri
us sequitur in casu hanc ꝯcloem fore ꝯcedendā: cum
eque bono humido a p̄ncipio generationis ꝯtracto
generatus est sor. sicut pla. ⁊ vterq; est in regione
tēperata: ⁊ nihil extrinsecū accidentale supueniet:
⁊ decurret vterq; naturaliter p oīa anni tempora
⁊ p suas etates: ⁊ tn̄ diutius durabit pueritia ī sor
q̄ꝫ in pla. ponatur enī sor. nasci in p̄ncipio hyemis
⁊ pla. ī p̄ncipio estatis: ⁊ debeat pla. pueritie etas
durare per. xx. ānos ⁊ mensē vnū: ⁊ sor. pueritia

ꝑ aduersarium similiter: ⁊ sit. a. instans iniciatiuū
vltime estatis pueritie pla; ⁊. b. instans iniciatiuū
vltime hyemis pueritie sor. ¶ Et queritur vtruꝫ
equalis erit virtus restauratiua pla. i. a. sicut sor
in. b. vel nō. Si dr̄ ꝙ nō: ⁊ ꝯtinue pla. deterius
restaurabit q̄ sor. igitur citius ⁊c̄. si dicit̄ ꝙ sic. ar̄
tunc vltra: ꝯtinue fiet ī sor. melior restauratio hu
midi q̄ in pla. ⁊ cetera sunt paria. igitur longiori
tēpore ꝑmanebit ꝓportio calidi ad humidū ⁊c̄:
Forte dicet̄ virtutē esse fortiorē in pla. qm̄ imedia
te p̄cessit ver ⁊ in sor. estas ⁊ autūnus. Contra
ponatur casus qui est de medio instanti heymis esta
tis vel adhuc autūni. ¶ Item ꝑ plures estates trā
siuit in fine pueritie sue pla. q̄ sor. si fiat argumen
tū de medio instanti autūni ⁊ medio hyemis vt pꝫ
Ex quo vlterius sequitur ꝙ longiori tēpore du
rabit vita sor. q̄ pla. igitur pueritia erit maior pu
eritia: ⁊ ꝙ nō vr̄ eadem est ꝓportio totius etatis
ad q̄libet eidem in sua denoīatione correspondētē
⁊ infinita his similia possunt ꝯcludi vt pꝫ intelligētī
¶ Tertio ꝑmittendū: ꝙ nō ad quodlibet restaura
ri plus deperdito sequitur corpus augeri: nisi pona
tur hoc fieri ꝓportionabiliter s̄m tres dyametros
⁊ ꝯcurrente motu extensionis: puta rarefactionis
ipoꝝ mēbroꝝ: vbi enī hoc nō fiat: nō erit augmen
ti motus. Alias ꝯplebo q̄ōem istā nunc nō habeo
animuꝫ ꝯuenienter aduertentē ¶ Nunc tn̄ mihi oc-
currit probabiliter posse sustineri: ꝙ per totaꝫ eta-
tem ꝯsistentie possibile est fieri augmentū in hyeme
veꝝ: ⁊ in estate verā diminutionē: ⁊ adhuc forte
tollerabile foret in p̄ncipio p̄ncipij senectutis: si ipā
inciperet in hyeme: ⁊ esset corpꝰ robustū. Et cō
sequent̄ diceretur etatē pueritie taliter ꝯtra etateꝫ
ꝯsistentie esse distinguendā: quia in pueria pōt fieri
augmentū ⁊c̄. vltra vel p̄ter illud qd̄ in corpe est
ꝯtingens merito tēporis anni: in ꝯsistentia vero nō
ꝓpter quod in pueritia dicimus esse possibilē motū
augmēti. s. deducto iuuamēto tpis anni ⁊ merito
solius ꝓportionis calidi naturalis ad humidū natu
rale. Et ꝯsequēter apparet: qualiter esset r̄ndend̄
ad multa supius tacta: ⁊ ꝙ illa ꝯsequētia nō valet
hec est etas ꝯsistentie: igitur in illa nō pōt esse au-
gmentum: similiter ecōtra nō sequitur: similiter d̄
senectute est dicendū: licet enī cōtingat in ea plꝰ re
staurari ⁊c̄. nō tn̄ est nisi senectus: quia adhuc non
est apta ꝯseruari talis mēsura caloris in eo merito
ꝓportionis ⁊c̄. alias ordinabo istaꝫ q̄ōem. ¶ Pro
nunc sufficiat: quia p̄ncipium est plus q̄ dimidium
facti: vnde in metro dr̄. dimidium facti qui bene
cepit hꝫ. licet mihi frequent̄ oppositum accidat: ad
huc quedā innata ignauia ⁊ crassa desidia me forte
impellente: plura naq̄ inchoans plurima impfecta
relinquo. Ar̄ vt supra ꝙ in etate ꝯsistentie fiat
veꝝ augmentū: quia sit sor. in p̄nciᵒ ꝯsistentie ī hy
eme tēperata robustus. Et ar̄ sic: fortior est virtꝰ
restauratiua in p̄nti hyeme in sor. q̄ erit in ipō in
estate sequēte: sed in estate sequēte s̄m oēm dyame
tꝝ restaurabitur sicut resoluetur: igitur nunc am-
plius q̄ resoluatur: ⁊ ꝑ ꝯsequēs ⁊c̄. ¶ Pro isto dic
p̄mo iuxta positionē tuā ꝯcedendo ꝙ in hyeme pre
senti plus restauratur q̄ in estate futura. ⁊ cōcedit̄
ꝙ tunc tm̄ restaurabitur sicut tunc resoluetur: tam̄
minus resoluetur q̄ nūc resoluatur: eo ꝙ sicut tēpo
re hyemis maior fit humidi substātifici restauratio
ita tūc fit eiusdem maior resolutio. ¶ Aliter ꝯcedē
dū: ꝙ intra latitudinē quātitatis d̄bite huic corpori
in etate ꝯsistentie variatur hoc corpus: sicut intra
latitudinē sue ꝯplexionis etatiue variatur hoc cor-
pus in diuersis tēporibus anni. Et ꝯsequenter cōce
ditur intra hanc latitudinē fieri augmentū ⁊ dimi-
nutionē in hac etate: ⁊ ex hoc tamē nō sequitur hāc
nō esse etatē ꝯsistentie: ⁊ ꝯsequenter patet: ꝙ etas
cōsistentie nō est intelligenda: in qua solum absolu
te sub eadem quantitate remanet: quia hoc potest
esse in pueritia: sed in qua merito ꝓportionis calidi
naturalis ad humidū aptum est corpus sub tanta q̄
titate manere: licet merito temporis anni: aut alte
rius coadiuuantis: aut impedientis oppositū potest
accidere: vel dic ꝙ ad augmentū necessario reqrit̄
rarefactio: que in hac etate nō adueuit mēbris ra-
dicalibus merito naturalis actionis calidi in humi
dum. Quidā doctor mouet istam q̄ōem quam
infra. s. ego Jacobus de Forliuio meo modo deter
minabo alias ⁊c̄.

trum nutricatio et carnifica
tio fit pfectior in hyeme q̄ estate. Ar̄
ꝙ nō. p̄mo quia tunc in etate senectu-
tis fieret veꝝ augmentū: ⁊ in etate pu
eritie vel iuuentutis vera diminutio: ꝯn̄s falsum:
ꝯn̄am deducas. secūdo tunc restauratio ⁊ resolutō
nō ꝓportionarentur. ¶ Tertio tunc minus mīmo
daret: pbatur signato minimo qd̄ nutriatur. s. pte
formali minima. Queritur vtꝝ minimū adueni
ens ī estate sit minꝰ q̄ in hyeme vel equale: si p̄mū
habetur ꝯclo. si secundū equaliter nutritur corpus
in estate sicut in hyeme.

¶ ad oppositum est galie. in commento
Prima ꝯclo aliquod corpꝰ in aliqua etate ꝯstitu
tum mutat etatē: ꝓpter tempꝰ anni succedens: in
qua ꝑmaneret alio tpe āni succedente: ꝓbatur sup-
posito ꝙ talis ꝯsūptio humidi faciat talē etatē ⁊c̄.
vt videt̄ innuere Auicē. p̄mo p̄mi caᵒ de etatibus
⁊ pꝫ ꝙ si sor. sit in fine veris ⁊ in fine pueritie īgre
ditur iuuentutē: ⁊ sic mutat etatē pueritie: in q̄ tn̄
ꝑmanet si succederet hyems: fortificaretur enī ca-
lor naturalis nec tm̄ exiccaret̄ humidū naturale.
¶ Ex quo sequitur: ꝙ aliquāto tpe remanet aliqd̄
corpꝰ in aliqua etate succedente aliquo tpe anni.
quāto in eadem nō permaneret: si tempus anni ali
ud succederet. pꝫ vt precedens intelligenti. Se
quitur similiter aliquod corpus in aliqua etate mīo
ri tēpore ꝑmanere q̄ si aliud tēpus anni succederet
q̄ tunc succedat. ¶ Secūda ꝯclo in etate pueritie
pōt fieri vera diminutio: pōt enī s̄m omēs dyame
tros fieri minor restauratio q̄ fuerit resolo vt pau
cificata cibatione. Tertia ꝯclo licet ita sit. nō tn̄
tūc dicendū est corpꝰ mutare etatē vel esse extra e
tatē pueritie: pꝫ quia adhuc in eo est mensura hu-
midi: cū qua potest fieri augmentū stante regimine
debito. igitur. ¶ Quarta ꝯclo in etate iuuētutis ⁊
p̄mi senij pōt fieri vera diminutio: ⁊ plus restaura
ri q̄ fuit deperditum: ꝓbatur quia pōt corpus per
egritudinē aut cibi subtractionē minui: deinde ad
naturalē dispositionē reduci cū debita admīstratōe

cibi ꝛc̄. ¶ Quinta ꝯclusio in etate iuuētutis ꝛ sene
ctutis non potest absolute plus restaurari q̄ sit re
solutum: cū tm̄ sit humiditas exiccata: qđ nō suffi
ciat ad augmentū. Sexta ꝯclo virtus restaurati
ua nō est absolute dicenda fortior hyeme q̄ estate
p̄cedente: patet: quia corpe transeūte a iuuētute ad
senectutem plus poterit debilitari virtus ex ꝓcessu
etatiuo: q̄ ex frigiditate hyemis fortificetur. ¶ Se
ptima ꝯclo in nulla hyeme pōt fortificari virtꝰ nu
tritiua vt sit absolute fortior q̄ in estate p̄cedente
patet quia posset restaurari humidū melius deꝑdito
Octaua ꝯclusio licet ita sit: ceteris tamē paribus
fortior est ꝛ ꝑfectior virtus nutritiua hyeme q̄ e-
state: patet cū tunc erit calor fortior. ¶ Nona con
clusio virtus nutritiua restaurat melius in autūno
q̄ hyeme ꝛ vere sequētibus: pꝫ vt octaua. De
cima cōclusio est: ceteris paribus virtꝰ nutriua ꝑes
sime nutrit in autūno. ¶ Ex dictis sequitur vn-de
cima ꝯclo: ceteris paribus licet in hyeme restaura-
tio sit maior q̄ i estate: stat tamē corpus in eadem
etate ꝑmanere.

ad argumenta. ad primum dicitur

negando illam ꝯñam: virtus restaurat in hyeme
plus q̄ in estate: ꝛ ipa restaurat tunc tm̄ q̄tū ē deꝑ
ditum in iuuētute. igitur in estate minus: ꝯcedo: ꝛ
nego ꝯñam: igitur tunc nō erit iuuentus: ꝛ ꝓbabili
ter ꝯcedo in sene plus posse restaurari q̄ est deꝑdi
tum: ꝛ nō sequitur ex hoc tunc nō esse senectutē pri
mā: quia licet plus restauretur ꝛc̄. restauratur hu
midū nō sufficiens ad calidi ꝯseruationē. ¶ Ad aliā
dr̄ q̄ ista ꝓpositio restauratio ꝓportionatur reso-
lutioni est sic exponenda: maiori resolutioni corre
spōdet maior restauratio: minori minor. Ad vl
timū dr̄ q̄ distinctaꝝ speciеꝝ vnum nutrimentum
est alio minus: uel minus ꝛ minimū qđ est vno tꝑe
ñ ē alio tempore minimū vt alias declarabo.

Queritur utrum melius perfi

ciatur digestio in somno q̄ in vigilia.
Ar̄ q̄ nō: ꝑmo plures habundāt su
ꝑfluitates tēpore somni q̄ tempore vi
gilie. igitur ꝛc̄. ꝯña nota: ꝛ assūptum expimēto pꝫ
Catarri eni ꝛ huiusmodi magis habūdāt in somno
Secūdo quia somnus similatur quieti: sed quies est
cā infrigidationis: ergo somnus infrigidat corpus
igitur somnus est cā indigestionis: ꝯña nota: aūs ē
Auic. secūda ꝑmi caᵒ de his que ꝓueniunt ex sōno
ꝛ vigilia. ¶ Tertio digestio que fit in mēbris imꝑ
fectior est in somno q̄ in vigilia: quia nō vlr ꝑfici
tur quelibet digestio in somno: ꝯña nota: ꝛ assūptū
pꝫ: quia tunc nō est ad mēbra calor expansus: sed
ad interiora reuocatus. Quarto digestio in no-
citiuo impꝑficitur in somno. igitur ꝛc̄. ꝯsequētia no
ta: ꝛ assūptum ꝓbatur in apoplia ꝛ catarris ꝓhibe
tur somnus q̄tum est possibile: quod non foret si iu
uaret ad digestionem.

¶ Ad oppositum est afforismus presens

Pro solutione qōnis nota ꝑmo q̄ somnus ē tri-
plex. s. naturalis nō naturalis ꝛ p̄ternaturā. natu-
ralis qui fit a re naturali. cuius cā efficiens est virtꝰ
mediante calore naturali eleuante vapores: qui fri
giditate cerebri ꝯdensati ꝛ ingrossati descendentes
ꝑ venas arterias ꝛ neruos reꝑcutiunt spūm ꝛ calo
rem naturalē ad suum ꝑncipium: puta cor ꝛ interi
ora mēbra. ¶ Cā aūt materialis seu subiectiua est
cerebꝝ vel cor: ꝑ q̄to est ꝑncipiū vigilie siue opa
tionum sensuū: a quibus per somnū impediunt̄.
Sed cā finalis est ꝑfectio operationū naturaliū
vt. s. melius ꝑficiatur digestio ꝛ restauratio spiritꝰ
animalis: qui fuit per vigiliā resolutus: de formali
nō oꝫ petere. Quid sit nō naturalis ꝛ p̄ter naturam
quere in qōne ꝑma ꝑticule secūde. qm̄ somnus nō
naturalis est somnus ꝓueniens a cā nō naturali nō
tñ egritudinali: vt factus ab aere frigido cibo fri-
gido ꝛ humido vt papauer̄ vel lactuca. ¶ Somnꝰ
vero p̄ter naturā est somnus factus a re ꝑter natu
ram vt subet. In ꝓposito est sermo de somno na-
turali. Nota vlterius q̄ in somno possumus cō
siderare ꝑncipium ꝛ ꝓcessum. ¶ Tunc sit ꝑma con
clusio: nō quelibet digestio ꝑficitur in ꝑncipio sōni
naturalis magis q̄ in vigilia: pꝫ quia digestio mē-
broꝝ nō magis ꝑficitur saltem in quolibet mēbroꝝ
In sōno eni mēbra exteriora a spū ꝛ calore depau
perātur. ideo ꝛc̄. Secūda ꝯclo: aliqua digestio
magis ꝑficitur in ꝑncipio somni q̄ in vigilia: patet
de digestione que fit in stō ꝛ epate. ¶ Tertia ꝯclo
quelibet digestio plus perficitur in ꝓcessu somni q̄
tēpore vigilie ceteris paribus: patet quia digestio
stōi ꝛ epatis ꝛ venaꝝ magis ꝑficitur: patet similit̄
de digestione mēbroꝝ: tunc eni expanditur spiritꝰ
ꝛ san. generatus ad oīa membra in maiori q̄tita-
te q̄ ꝑus erat tempore vigilie. ideo ꝛc̄. Quar
ta ꝯclusio: minus de nutrimento vel cibo relinquit̄
in ꝯuersum in humorem laudabilē ꝑ digestionem
que fit in somno: q̄ ꝑ digestionē que fit in vigilia.
¶ Quinta ꝯclusio: ꝛ si ꝑ accidēs somnus in aliqua
egritudine possit obesse: quelibet tñ digestio tam in
nocitiuo q̄ in iuuatiuo nata est ꝑfici magis i somno
q̄ in vigilia: saltem quo ad ꝓcessū eius. ꝑma pars
pꝫ: in egritudinibus enim materialibus cerebri aut
apoplia nocet somnus: ꝑ quanto ꝓhibet actualem
resolutionē materiei que fit in vigilia. secūda pars
patet: quia q̄to calor est fortior tanto magis apta
est digestio perfici. Ex quo sequitur: q̄ stoma-
co inanito vel vacuo: somnus est valde nociuus:
patet quia in somno vigoratur calidū interius: sed
q̄to plus vigoratur calidū stante inanitione: stat
maior resolutio. ideo ꝛc̄. ¶ Ex quo sequitur vl-
terius: q̄ inter somnum ꝛ quietem nō est ꝑfecta cō
uenientia: quia tempore inanitionis iuuatiua est q̄es
ꝛ ꝓ tunc nō iuuatiuus est somnus. Ad argumēta
ex dictis patet quid sit dicendum ꝛc̄.

Humide diete omnibus febri citantibus conferunt maxie uero pueris: et aliis sic as suetis refici.

¶ Cōclusio affōi est hec: q̄ febricitantibus ꝯpetūt
humide diete: quia per humidas dietas remouet̄
siccitas p̄ter naturā inducta a febre. igitur similes
ꝯpetunt ꝛc̄. ꝯña manifesta: ꝛ assūptum satis patet
quia per febrem inducitur siccitas p̄ter naturam q̄
remouetur ꝑ suū ꝯtrariū puta ꝑ dietā humectatiuā

Circa istā partē p̄mo nota: dieta potest dici hu mida tripliciter. Primo mō formaliter tm̄. Scdō modo effectiue tm̄. Tertio mō simł formaliter siue virtualiter ⁊ effectiue. Exemplū p̄mi vt aqua de coctionis piperis esset dieta humida formaliter solum: eo q̄ actu est fluida ⁊ humida: nō tamē effectiue humida: eius enī effectus in corpe humano nō ē humectatio sed exiccatio. Exemplū secūdi sicut lactuca semē psilij. Exemplū tertij sicut lac. Ad p̄positum intelligitur secūdo ⁊ tertio mō dietam humidā ꝯuenire febricitantibus. Secūdo nota: q̄ dieta humida virtualiter ⁊ effectiue dr̄ dupliciter vno mō substantifice: quia apta est vt ex ea generentur p̄tes substantifice humide: ⁊ sic pulli caro ē humida virtualiter. secūdo modo virtualit̄ ⁊ qualitatiue: quia h̄ʒ virtutē reponendi: ⁊ cū hoc augendi humiditatē: ⁊ sic lactuca humectat substantifice quia augmentū facit in san. ⁊ humectat qualitatiue que dr̄ humiditas ⁊c̄. Et de hūida qualitatiue itelligit: quia humida p̄mo mō nō remouerent febreʒ sed humida secūdo modo. Tertio nota q̄ per dietam in p̄posito nō solum intelligere debemus de bitam cibi ⁊ potus administrationē: sed etiā omniū aliaꝝ sex reꝝ nō naturalium: ⁊ sic sumitur hic.

Quarto nota q̄ hoc debet intelligi de dieta humida n̄ humiditate supflua ⁊ mala qualis est humiditas fungoꝝ. Quinto nota q̄ p̄pter tria ponit ypo. tacuisse dietas frigidas. p̄mo: quia hoc est p̄ se notum: cū dieta frigida per se ⁊ imediate ꝯtrariet febri: que est calor. secūda cā potest esse: quia periculosius est frigida approximare q̄ humida: q̄a talia nō solum febri sed etiā calori naturali sūt contraria: ne nimis audaces fieremus in infrigidando

Tertia cā potest esse: quia simul hic voluit tāgere ypo. dietas que ꝯueniunt febricitantibus ⁊ pueris sanis: ⁊ quia tales sūt humide ⁊ nō frigide. igit̄ de frigidis nō fecit mentionē. Sexto nota q̄ in dietatione qn̄q̄ sumitur indicatio a morbo: ⁊ qn̄q̄ a cā. Ad p̄positum hic intelligitur ꝯclusio: indicationem sumēdo a morbo. i. s̄ʒ q̄m febricitāt vt quarto terapentice.

maxime uero pueris

Secūda ꝯclusio affōi est hec: pueris maxime cōpetunt diete humide: p̄batur: quia p̄ humidas dietas ꝯseruatur ⁊ restauratur quale a puero resoluit̄ igitur ⁊c̄. ꝯn̄a nota ⁊ assūptum patet: quia etas pueritie est etas humida. Primo nota q̄ hec ꝯclō: pōt habere duplicē intellectum. p̄mus est q̄ maxie pueroꝝ febricitantiū. s. diete debent esse humide scʒ in ꝯpatione ad dietas alioꝝ febricitantiū: quia p̄ dietam nō solum est intentio in remouēdo dispositionē p̄ter naturā: sed etiā in custodiendo naturalē Similiter quia plus resoluunt̄ pueri a febre: ⁊ iste intellectus nō est ad mentē Hali. Secund⁹ intellectus est: q̄ pueroꝝ sanoꝝ diete debent esse maxie humide in ꝯpatione ad dietas que ꝯpetunt aliis: tales enī ꝯformantur etati pueroꝝ. Cōseruatio auteʒ fit per ꝯformia vel similia. Secundo nota q̄ li maxime pōt ꝯstrui cū li ꝯferunt. ⁊ est sensus: q̄ diete humide maxime. i. sūme ꝯferunt pueris. secundo cū li pueris: ⁊ est sensus ꝯferūt maxime pueris: respectu aliaꝝ etatum: p̄ma expositio iplicat multum ꝯferre. secūda specificat etatē. Tertio nota q̄ p̄ veritate ꝯclusionis oʒ ponere cetera esse paria in aliis puta naturali cōplexione ⁊ huiusmodi ⁊c̄.

et aliis sic assuetis

Tertia ꝯclō affōi est hec: oibus ꝯsuetis vti regimine humido ꝯpetunt diete humide: p̄batur sic. quia ꝯsuetudo est altera natura: q̄d aūt naturale ē ꝯseruandū est per similia. igitur ⁊c̄. Et nota q̄ sicut cōclusio p̄cedens potest habere duplicē intellectum ita ⁊ ista. Et similē sn̄iam huic totali habemus ab Auic. p̄ma quarti ca° de cibatione febrici. ⁊ a Hali. 8° terapentice ⁊ tertio tractatu tegni. Et similē ponit Rasis. 16° ꝯtinentis. ⁊ est vtilis i actu practico: quia docet recte dietare corpora sumpta indicatione a re p̄ter naturā ⁊ etate ⁊ ꝯsuetudine. Et ampliatur ad oēm egritudinē ꝯplexionalē quia cuilibet competit dieta ꝯtraria.

precedens sermo

Cōtinuatio affōi est q̄ ypo. supra determinauit de cibi quantitate. nūc determinat de qualitate. ⁊ ostendit p̄mo quō nutriuntur febricitantes. secūdo quō sani ibi. Res extra naturā. Nota q̄ cā dicti est quia oīs res p̄ter naturā indicat de sui remotiōe hec aūt remotio nō fit nisi per ꝯtraria. igitur ⁊c̄.

Secūdo nota q̄ dupliciter pōt dici aliquid alteri ꝯtrariū. p̄mo formaliter vt calidū frigido ⁊ siccum humido. secūdo virtualiter vt in effectu: ⁊ de his habet veꝝ dictū. Hali. s. q̄ oīs res p̄ternaturā est remouenda p̄ ꝯtrariū p̄mo vel secūdo mō dcm̄

Tertio nota talia ꝯtraria debēt esse equalis in gradu lapsui in effectu: vt tm̄ de lapsu remoueant vel sufficiant remouere q̄tum de eo induxit causa cōtraria. Ex quo soluitur cōe argumētū quo cōsueuit argui: q̄ nō fiat per equalia nisi ad intellectum dictum: licet alij dicant q̄ ex ꝯtrario approximato ⁊ virtute fit vnū quod est excedens.

econtrario naturalia

Nota q̄ oīs res naturalis indicat de sui ꝯseruatione. ꝯseruatio aūt nō fit nisi per similia. igitur ⁊c̄

Secūdo nota q̄ sicut ꝯtraria quedā sūt talia formaliter ⁊c̄. ita similia sunt quedā talia actualiter vel formaliter ⁊ quedā virtualiter: ⁊ sic est sermo hic sicut ibi. Tertio nota q̄ hic capit ꝯseruatiōʒ coīter p̄ut se extendit ad ꝯseruationē coēʒ ⁊ ad preseruationē p̄prie dictam.

in febribus

Probatur p̄ma ꝯclō illius affōi. febris est morbus calidus ⁊ siccus: ergo febri ꝯpetit dieta humida: ꝯn̄a tenet: ⁊ an̄s p̄batur: quia febris nihil aliud est q̄ calor naturalis factus igneus. Primo nota q̄ febris nō est morbus calidus ⁊ siccus formaliter sed p̄cise est morbus formaliter calidus: quia tamē calor febris natus est assotiare siccitatē p̄ter naturā ideō dr̄ morbus calidus ⁊ siccus: calidus. s. formaliter: siccus effectiue. Secūdo nota s̄m quosdam licet febris dicatur morbus siccus: nō tn̄ cuilibet febri associatur sicitas egritudinalis: quia in primo instanti sequēte neutralitatē est febris: nō tn̄ tunc ē siccitas egritudinalis: dicūt tn̄ q̄ etiam p̄babiliter

Dieta potest dici humida triplr̄

Dieta humida virtualiter effectiue tr̄ dupliciter

Hic assignat rationes quare ypo nō fecit mentionē de dietis frigidis

teneri potest ꝙ ad oēm febrilē calorē sequitur egritudinalis siccitas: ponendo. s. ꝙ sicut ad calorem febrilem nata est egritudinalis siccitas: ita ad neutrā neutra. vnde sicut erit inducta caliditas neutra: ita ⁊ siccitas neutra. Et simul incipiet egritudinalis caliditas ⁊ egritudinalis siccitas. ¶ Cōtra quā tamē imaginationē occurrūt plurima motiua. pmum ꝙ sor. sit lapsus in humido lapsu naturali in extremo intensiori latitudinis humiditatis sue naturalis: ita ꝙ si vlterius in eo intendatur humiditas: erit in eo preť naturam: ⁊ cuȝ hoc sit in extremo intensiori caliditatis sibi naturalis: vltra quā si transeat erit pter naturam calidus: ⁊ occurrat sibi cā calefaciēs ⁊ patet ꝙ ipē immediate post hoc erit preter naturā calidus: ⁊ nō imediate post hoc ipē erit preter naturā siccus sed intra latitudinē sue humiditatis.

Secundū est ꝙ sor. sit lapsus in humido tantum humiditate preter naturā: ⁊ adueniat sibi caliditas preter naturā: ⁊ patet ꝙ prius erit sor. febriens ꝙ̄ egritudinaliter siccus. ¶ Tertium similiter cū calore pter naturā occurrente sor. occurrat ei humiditas: ⁊ patet ꝙ tardius iducetur siccitas ꝙ̄ caliditas igitur ceteris paribus citius adueniet sor. ad caliditatem egritudinalē ꝙ̄ ad siccitatem. ideo transeat hec responsio tāꝙ̄ nō vera: dicēdo ꝙ nō necessario cuilibet calori naturali associatur siccitas egritudinalis. Et si arͣ. igitur nō cuilibet febrienti competit dieta humida: dicendū ꝙ hoc est ꝯcedendū: tamen semp febris in eo ꝙ febris est indicat humectātib⁹ eo ꝙ secūdū ꝙ febris resolutiua ⁊ exiccatiua est: ꝙ̄uis tñ aliqua cā ipediente nō necessario preter naturaliter exiccet.

In natura autem

¶ Nota naturalis dispō nō est remouenda: totum patet: ⁊ est pbatio secunde ꝯclusionis ⁊ tertie conclusionis vt patet assori. huius.

Quoniam uero in ydropicis

¶ Nota per morbos simplices intelligo oēm morbum nō ꝯiunctum alteri morbo cāe vel accidenti trahenti ad se curam: ⁊ ecōuerso per morbū esse cōpositum. Secūdo nota ꝙ pleuretici indigent medicinā exiccante: ⁊ ptisici humectante: sed ydropico febrienti debetur medicina ꝯposita ex his ⁊ sm̄ dominium morbi vel equalitatē dȝ medicina esse composita ex equalibus vel inequalibus. ¶ Tertio nota ꝙ quando plures morbi cōplicantur simul quoꝝ vnus est causa alterius: tunc vt plurimū incipitur cura a morbo qui est cā: licet in pluribus casib⁹ fallat: vt quādo morbus sequens esset molestior: aut quando ipediret cura precedentis: vt in ruptura si phac prius incipimus ad reducendū intestina intus postea suimus siphac ⁊c̄. Quarto nota ꝙ vnus morb⁹ pōt dici alio maior tripliciter. primo quia in se ⁊ essentia sui. secundo rōne dignitatis lese actiōis tertio rōne virtutis totum dispensantis: vt est vir tus cordis.

Dubitatur utrum humide diete ⁊ frigide ꝯpetant oibus febricitantibus. ¶ Arͣ multipliciter ꝙ non. pmo sic: febrientibus flātice nō competunt diete humide igitur ⁊c̄. ꝯña manifesta: ⁊ assumptum pbatur. pmo quia diete humide augent materiā morbi: ⁊ ex ꝯsequenti morbum. ¶ Secūdo quia Auic. in pma quarti in cura flātice phibet approximare quecūqȝ infrigidant ⁊ humectant: ⁊ precipit exhiberi vinuȝ cum cimino ⁊ origano: ⁊ in cura emitritbei precipit exhiberi piper cum ptisana. ideo ⁊c̄. Tertio in cura effimere facte per obstructionē poroꝝ nō competit hūectare: eo ꝙ talia augent oppilationem: ⁊ ex ꝯsequenti morbum: ergo ⁊c̄. ꝯña manifesta: ⁊ antecedens est Auic. pma quarti ca° de effimera facta a frigiditate aeris oppilantis. ¶ Quarto in febribus sincopalibus approximantur aromata ⁊ pestilentialibus: quia sūma curationis eoꝝ est exiccatio: sed notum est ꝙ talia nō sunt humectantia sed exiccantia. igitur ⁊c̄. Quinto si hūide diete ⁊c̄ hoc maxime foret: quia res preter naturā indicat de eius remotione per suū ꝯtrarium. Sed videtur ꝙ nō: quia tunc in febre quartana ⁊ quotidiana deberet dieta esse frigida: quod est inconueniens: frigida eni dieta incrudat ⁊ ingrossat ⁊ phibet resolutionem ⁊ digestionem. item tunc puero febrienti ꝯpeterent frigida. ꝯñs falsum: quia per talia nō cōseruatur: sed remouetur dispositio naturalis pueri hoc est autem cōtra rectam intentionē medici: cui⁹ pricipalis intētio est ꝯseruare: ⁊ nō minuere qđ naturale est. ¶ Sexto tunc colerico febrienti deberent approximari frigida ⁊ humida: ꝯsequens falsum: quia talia non ꝯseruant naturalē dispositionē colerici ⁊ ꝯsequentia patet de se.

Ad oppositum est prima ꝯclusio asso.

¶ In qōne premittam pmo aliquas distinctiones secūdo cōclusiones. Quantum ad primū. prima distinctio est ista. febrium quedā sūt materiales quedam sunt imateriales: que sunt vtreqȝ istaꝝ patet

Secūda distinctio est: ꝙ qñqȝ febris materialis ⁊ eius materia cōueniunt in qualitate: qñqȝ contrariatur. Exemplū primi vt febris tertiana cui⁹ materia est calida: coicat in denominatione cum febre quia vtraqȝ calida est. s. febris ⁊ materia. Exemplum secundi sicut quartana ⁊ flātica quaꝝ materia est frigida. ¶ Tertia distictio: ꝙ in cura febriū qñqȝ sumitur indicatio a causa: qñqȝ a virtute: ⁊ qñqȝ ab accidente. Exemplum primi vt in flātica ⁊ quartana: in cura eni istaꝝ intentio sumitur a materia: pter quod intendimus cum digestiuis flātis vel melancolie. Exemplum secūdi vt in ethica febre in febre incensiua quandoqȝ solum intendimus ad extinctionē caloris preter naturā qui est febris. Exemplum tertij. vt in sincopalibus ⁊ pestilentialibus: in quibus virtus multum psternitur. Relinquimus enim qñqȝ morbum ⁊ intendimus virtuti. Exemplum quarti: vt in febriente colerice: cui tanꝙ̄ accidens associatur instantia vigiliaꝝ nimia: intendimus enim cum opiatis ⁊ sōniferis. ¶ Prima conclusio: sumendo indicationē a virtute in febribus imaterialibus nō necessario competūt humida neqȝ frigida: patet quia stante virtutis pstratione intēdimus cum confortantibus cor ⁊ virtutē: puta cum vino vernacino ⁊ huiusmōi: que nō necessario sūt

frigida vel humida. ideo ꝛc̄. Secūda conclusio est hec: ꝙ semper in p̄dictis febribus capiendo indicationē a morbo: competunt frigida ⁊ humida: pꝫ quia cum talis morbus sit febris que est morbꝰ calidus assotians vel natus secum assotiare siccitatem egritudinalem: competunt frigida ⁊ humida. Ex quo sequitur ꝙ in cura talium semꝑ oportet primo respicere vtrum virtus sit constans vel nō: que si nō constet: intendendū est virtuti etiam cū his que nata sunt augere egritudinē. Si autem virtus constet: intendendum est cū contrariis egritudini.

Tertia cōclusio est: ꝙ in febribus materialibus in quibus cā ⁊ febris in qualitatibus cōueniunt: sumendo indicationē a morbi causa: competunt humida ⁊ frigida: patꝫ: quia cā talium est causa calida ⁊ sicca: que digeritur per frigida ⁊ humida. igit̄ ꝛc̄.

Ex quo sequitur: ꝙ eedem cōpetunt diete ī istis sumēdo indicationem a morbo ⁊ cā morbi ꝛc̄.

Quarta cōclusio est hec: ꝙ in febribus materialibus: in quibus nō cōueniunt cā ⁊ febris in qualitatibus: nō necessario sumendo indicationē a materia morbi cōpetunt frigida vel humida: patet: quia talia sunt similia cause egritudinis. igitur sumēdo indicationē a cā: talia nō competunt ꝯn̄a tenet: quia cum cā sit res preter naturā: indicat de sui remotione per ꝯtraria: ⁊ antecedens satis patet ex dictis.

Ex quibus collige: ꝙ in huiusmodi febribus vel intentio ad cām est maior q̄ intentio ad febrem: ⁊ sic est intendēdū cause cum cōtrariis ⁊ nō necessario morbo. vel intentio ad morbum vel febrem ē maior: ⁊ sic intendendum est febri: ⁊ nō necessario cause siue materie. Sed contra hoc insurgunt duo dubia. p̄mo quia intentio ad cām ex quo pōt esse maior q̄ ad febrē ⁊ potest esse minor: ergo potest esse equalis. ponatur ergo ꝙ intentio sit equal̄ Et queritur qualiter sit intendendū in cura: quia si cum contrariis: tunc augetur morbus. si ecōtra augetur causa. Secundū dubium est hoc: ꝙ nō apparet ꝙ aliquando possit esse ꝯtrarietas cāe ad morbum vel febrem: tunc enī idem foret per se cā sui ꝯtrarij. Item quelibet caliditas febris material̄ imediate dependet a caliditate humoris. ergo humor faciens febrem est calidus. ⁊ per ꝯsequens nō ꝯtrarius febri. Ad hec duo respondetur: ⁊ p̄mo ad primū dr̄ a quibusdam: ꝙ casus est impossibilis sed oppositum videtur deducere argumentū: quia potest esse minor ⁊ potest esse maior ideo equalis: forte diceretur ꝙ nō potest esse equalis in opere: quia nō simul potest medicus intendere vtriqꝫ.

Cōtra primo idem adducitur argumentū qd̄ pꝰ quia potest esse intentio in opere maior ad causā q̄ ad febrē ⁊ potest esse in opere minor. igitur vtriqꝫ potest esse equalis in opere. Item nō minus pōt medicus simul intendere morbo ⁊ causis contrariis q̄ duobus morbis cōtrariis: sed secundū potest vt Hali. in cōmento. ergo ⁊ primū: Ideo ad istud primū ꝓbabiliter respondebitur aliter: dicendo. s. ꝙ simul in isto casu intendetur vtriqꝫ. s. morbo ⁊ cāe ⁊ hoc cum medicina media. mediū enī habet ꝯtrarietatem ad vtrūqꝫ extremoꝝ: igitur simul digeret materiā: remittet morbum. Cōtra tunc quandocūqꝫ intentiones forent inequales intendendum foret cū medicina media. Item tunc nō omnis cura fieret per ꝯtraria equalia in gradu. Hic respondetur ad primum ꝯcedendo illud: nisi tm̄ causa ad se trahat curam: ꝙ ex toto dimittatur intentio ad morbum ⁊ ecōtra. Quid aūt sit dicendū ad aliud patet ex his que dicta sunt circa ꝯmentū: cū exponebatur ista ꝓpositio: ꝙ omnis cura fit ꝑ ꝯtraria equalia in gradu. Pro secūdo dubio nota ꝙ febri flātice correspondet duplex cā. s. ꝯiuncta ⁊ an̄s nō putes ꝙ hora febris oīs pars flegātis putrescat sed sola ꝯiuncta est putrescens ⁊ sub actu putredinis: antecedens aūt cā non: ⁊ ex hoc modo intelligitur cū dicitur ꝙ causa alicuiꝰ certe febris nō coīcat cū febre intelligitur de antecedente ⁊ nō de cōiuncta: quia ip̄a coīcat cum febre in denominatione: quia calefit materia ⁊ febris etiam est calor. Ad secundū dicitur ꝙ licet necessario ꝯiuncta causa febris sit similis febri puta materia que est sub actu putredinis: nō tamē necessario antecedens cui maxime debetur digestio. Quinta ꝯclusio est hec. ꝙ sumendo indicationē ab accidente consequente febrem: nō necessario cōpetunt frigida ⁊ humida: pꝫ de febriente flātice cū somno ꝓfundo: licet etiā quandoqꝫ intendamus cū frigidis ⁊ humidis: sumpta indicatione ab accidente: vt in febriente colerice cuꝫ instantia vigiliaꝝ intendimus cū somniferis q̄ sunt ꝯtraria febri. Sexta ꝯclusio est ista: ꝙ sumendo indicationē ab ip̄a virtute: nō necessario intendimꝰ cum ip̄is frigidis ⁊ humidis: patet quia intendimus cum calefacientibus ⁊ cū restaurantibus. Ex quibus collige: ꝙ in huiusmodi febribus vel intentio ad virtuteꝫ est maior q̄ intentio ad febreꝫ vel ecōuerso. Si primū: intendimus virtuti: ⁊ relinq̇mus ip̄m morbum. Si secundū: est ecōtrario. Et si ponatur ꝙ intentiones sint equales: dicendum est sicut supius dictum est.

tunc est respondendum ad argumēta adducta ante oppositum. Ad primū argumentum dicitur ꝙ nō cōpetunt indicatione sumpta ab ipsa materia: sed bene vt febres sunt: sed īdicatio a materia nō preualet ꝛc̄. Ad secundū non intelligit substātificā nec q̄litatiuā huectationē sed indicat de euacuatione. Ad tertium negatur: imo cōpetūt indicatione sumpta a morbo. morbus enim indicat subtractionē cibi vt nutriens est: sed nō vt alteratiuus est. ideo cōpetit vt alteratiuus est rōne febris

Ad quartum intelligit de illis quibus debet̄ ꝛc̄ Ad alia patet.

ubitatur utrum contrariis morbis cōplicatis ꝯpetant medicine ex ꝯtrariis ꝯposite qualitatibus: vel pōt sic ꝓponi ista questio: vtrum in cura egritudinū cōtrariaꝝ cōplicataꝝ ꝯpetat medicina ex ꝯtrariis cōposita. Ad partem negatiuā arguitur p̄mo: quia dū ꝯponuntur ꝯtrarie medicine: tūc sue qualitates refrangūtur ⁊ ad mediū reducūtur: que sic refracte nō possunt corrūpere extrema contraria vt videtur. Confirmatur quia curatio debet fieri per ꝯtraria equalia in gradu tertio tegni. sed ipse sic refracte nō sunt equales. Secundo arguitur nec reducte nec nō reducte ad vnam formā ꝯpetunt ergo ꝛc̄. assūptum arguitur: nō reducte quia tunc

idem esset per se ɔtrariorum corruptiuum: et simul productiuū: quod nō apparet rōnabile. Nec secundum quia tunc discrasie calide occurreret medicina calida et frigide frigida: et sic de aliis. Forte dices nō occurrere: quia virtus nō attrahit nisi sibi ɔuenientē et proportionatam medicinā. ¶ Contra: tunc calida nō obessent epi calido: quia ipsam nō attrahit virtus. Itē sit mala ɔplexio in fundo stomaci calida: in ore stomaci frigida: et detur medicina ɔposita ex calido et frigido: et patet primā ita occurrere fundo stomaci sicut secūda et forte diutius. Et si ponatur medicinam calidā cito et facilem esse euaporabilem sequitur magnū nocumentum ori stōi. ¶ Tertio vel iste medicine essent eque potentes vel ineque potentes. Si primū vtraque alterā impediet. Si secundū potentior debiliorem impediet.

¶ Ad oppositum est galie. in commento et 8° terapeutice. In qōne primo premittā pambula. Secūdo ɔclusiones de quesito. Quantum ad primū sit hoc primum notabile: quod morbi dicuntur cōplicari: vt quia vnus cā sit alterius: vt apā epatis est causa febris. Alio modo: quia morbi diuersi in eodē corpore simul reperiuntur: vt quod ydrops aquosa reperitur cum febre. ¶ Pro secūdo notabili sit hec prima distinctio: medicinarum cōpositarum quedā sunt reducte ad vnam formā et quedam nō. Exemplum primi sicut tyriaca fermētata. Exemplū secundi sicut tyriaca nō fermentata et plures medicine que coīter fiunt. Ex qua distintōne insurgit alia: medium est duplex inter extrema. s. quoddā per participationē: quoddā vero per abnegationem primū est formaliter participans ɔtrariis. secundū vero nō participans formaliter sed virtualiter. ¶ Exemplum primi: sicut cōplexio medicine cōposite nō reducte. Exemplum secūdi sicut ɔplexio medicine reducte ad alteram formā: in qua remanet virtus extremorum. Et nota quod tepidum dr̄ medium per participationē: quia participat de extremis vt nō sit ita calidum vt res actu calida: nec ita frigidū vt res actu frigida. ¶ Prima suppositio tam medij per abnegationē quam medij per pticipationē ad vtrum extremorum est ɔtrarietas: patet quia medium p participationē vtroque extremorum formaliter participat per abnegationē autem virtualiter. ergo etc. ɔña videt nota cum antecedente. Secūda suppositio ɔplexio tam per negationē media quam per pticipationē: est alteratiua et corruptiua vtriusque extremorum patet quia ad vtrum iporum habet contrarietatē: g° etc. licet enim nō formaliter ɔplexio media per abnegationē includat ɔtraria extrema: quia tamē in ea relinquitur virtus vtriusque iporum. igitur ipa ē etc. ¶ Ex quo sequitur pmo eandem qualitatē esse vtriusque extremorum ɔtrariorum per se corruptiuam. Similiter vtriusque ipsorum per se productiuam: apud tenētem omnē ɔplexionem humanā aut mixti esse qualitatem simplicē etc. patet hoc. ¶ Et ex hoc vlterius patet hanc ɔñam nō valere. a. est per se productiuū caliditatis. ergo nō est ipsius corruptiuum: vel ecōtra: et plura alia sequuntur ex his. Tertia suppositio est: quod non est possibile idem membrum adequate labi a tēperamento pprio lapsibus contrariis. s. per vtriusque contrariorum simul intensionem vel remissionē vltra vel citra temperamentum: patet quia sicut vnum contrariorum intenditur: ita remittitur aliud: patet hoc in phia etc. ¶ Quarta suppositio: quod quam naturale est mēbro inanito nutrimentum sibi pportionatum attrahere: disconueniens autem siue disproportionatū relinquere vel expellere: tam naturale est eodem a suo naturali tēperamento remoto: sibi pportionatam medicinā pro remotione lapsus attrahere: sibi vero disconuenientē relinquere vel expellere: patet hec suppositio: quia quam naturale est membro naturaliter se habenti in sua naturali dispositione se conseruare: tam naturale est eidem alterato ad eandem reduci. ergo etc. Et colligitur hec suppositio a serapione septimo breuiarij sui ca° quinto vbi ponit appetitum membri alterati esse ad contraria illorum ad que erat ante alterationem. et auic. quinto cano. ad pncipiū et mesue vbi supra. et secundo tegni de stō: determinatur autem hic fm quod consimilia vel contraria concupiscunt.

Tunc sit hec prima cōclusio: p medicinam cōpositam ex ɔtrariis resultantē nō ad vnam formam reductis: possibile est ɔtrarios morbos cōplicatos remoueri: pbatur sic: huius ad quēlibet illorum ē contrarietas. ergo ipa debite approximata poterit vtrumque illorum remouere: ɔsequentia videt nota: et patet maior ex dictis per primā suppositionē: et tu exemplifica de mala ɔplexione frigida siue calida epatis et ostende quō fiat hoc. ¶ Et si arguitur contra: quia si i attractione virt⁹ est agens mere naturale: et eque attrahibilis est vna medicina sicut alia et approximatio equalis: ergo nō plus vnam quam reliquam attrahet. Item tunc videret virtutem agere cū cognitione. attrahere eni hoc et illud relinquere et ecōuerso stante approximatione eadem: vr̄ pprium virtutis cognoscentis. ¶ Ad primū istorum dicitur: quod nō ita attrahibilis a virtute est vna istarum medicinarum sicut alia: sicut sanguine laudabili et nociuo mēbro equaliter approximato: nō equaliter attrahibilis est nociuus rōne disconuenientie: sicut laudabilis rōne conuenientie: et tota cā est tacta quia sic inclinatur mēbrum attrahere tunc istud quod nō illud: et sic est hoc tunc attrahibile qd nō illud: sicut inter os et san. ipsū grossū maior cadit cōuenientia. Ex quo patet quod cuilibet tali actioni oportet cōiungi actionē a forma specifica. hanc eni attractiōem sic huius quod nō illius nō possumus in solas qualitates reducere manifestas vt patet intelligenti. ¶ Pro secūdo vero dicendū: quod membrum nunc attrahere hoc modo illud: et illud relinquere. nō arguit ipsū ex debliberatione suā pducere actionem hoc eni in mere naturaliter agentibus videmus cōtingere: aer enim substās graui naturaliter nititur ascendere: supereminens aūt leuiori descēdere etc. et tepidum calidū infrigidat: et frigidū calefacit: et sic de aliis: que nō cōtingunt nisi ppter agens mere naturale cum aliis et aliis circunstantiis aliter et aliter inclinari: et sic de membro est dicēdū. Si tū mēbrum intrinsece nullo modo variatum: et obō approximato nullo modo variato: pmoueretur ad attrahendum nunc hoc nunc illud. diceret bene arguens istā attractionē esse deliberatiuā. ¶ Secunda cōclusio per medicinam ɔpositā ex contrariis et ad formam vnam reductis possibile est morbos contrarios

remoueri: ꝓbatur auctoritate Auero. quinto col.

Item quia ad vtrunqꝫ habet contrarietatem: quia in ea viget virtus contrarioꝝ. ergo ⁊c.

Correlariū: nō quicquid est vnius contrarioꝝ corruptiuum: est alterius ꝯseruatiuū. Corelarium secundū: nō quecūqꝫ sunt contraria vni tertio: sunt inter se similia: ⁊ plura alia sequuntur ex his

Tertia ꝯclusio responsiua: egritudinibus contrariis applicatis ꝯpetit medicina cōposita ex contrariis medicinis tam reducta ꝙ̄ nō reducta: patet: q̇a aliqua ⁊ nulla extremaꝝ. ergo ⁊c. Itē quelibet istaꝝ determinate a virtute regulata potest remouere morbum. ergo ⁊c. patet ꝯsequentia cuꝫ añte

ad argumenta principalia ad primuꝫ

dr̄ ꝙ ille cōtrarie qualitates refracte adhuc possūt corrūpere extremas contrarias excellentias. virtute dirigente: ⁊ ip̄is velut instrumentis agentibus

Ad confirmationē dicitur ꝙ nō oportet oēm curam fieri per ꝯtrariuꝫ equale in gradu formaliter sed sufficit virtualiter vel in effectu. Et si arguitur ꝙ semp deberemus medicinam mixtā approximare etiam in egritudine existente simplici: negatur ꝯsequentia: quia nō eque bene fit cum medicina mixta vel media nec sic cito. Ad secūdū dicitur negando assumptum: ⁊ cum arguitur de reductis: patuit in q̄ōne. Et cum arguitur de nō reductis: quia tunc calida nō nocerent epati calido: negatur ꝯñā. Et dr̄ ꝙ epar illud calidum forte nō attraheret: illud tamē ex se moueretur ad epar: sicut venenum ad cor: ⁊ ysopus ad pectus: ⁊ endiuia ad epar: sticados macis nux muscate nenufar ad capud. vn̄ medici docent medicinas ad mēbra respectus habētes in cura interioꝝ permiscere: mouet etiam: quia miscetur san. ⁊ humoribus euntibus ad epar. Et ꝑ idem ad ꝯfirmationē: licet eni fundo stōi occurrerꝫ medicina calida sicut frigida: ad partes tamē intrisecas attrahetur calida sic ꝙ nō frigida: vel saltēꝫ nō equaliter: vt supra de nutrimento dictum est.

Ad tertium patet: ꝙ siue potentie sint adequate siue nō: possūt effectum suū ꝓducere: nec vna impedit alterius op̄ationē: cum nō habeant agere in eādem partē adequate. Et si arguitur contra: quia in asclitico intense vel acute febricitanti: simł intenditur mala complexio calida in epate ⁊ similit̄ frigida: vt patet: quia generatur per illam sang. crudus aquosus. Responsionē vide super prima p̄mi in q̄ōnibus: nam ibi ample habetur. Sꝫ per vnum argumentum tactum post oppositum videbatur ꝯcludi: ꝙ ab eadem medicina in eodem tempore ⁊ parte eadem mēbri adequate possunt adduci lapsus contrarij siue qualitates contrarie: puta a tyriaca nō fermentata stupefactio ⁊ calefactio.

Notandū ꝙ stupor inductus a tyriaca nō ē aliud ꝙ̄ quedā diminuta sensatio vel sensibilitas mēbri sentientis. potest autē diminui sensibilitas membri tam a frigido ꝙ̄ a calido disproportionato ad sensationē sicut coīter ꝯceditur. Et ponitur ab Auicē. secūdo cano. ꝙ folia pireti stupefaciunt: q̄tūcunqꝫ ip̄m sit calidū. Et experimento patet: ꝙ piper zinziber cinamomū positum sub lingua stupefacit tactū lingue: ⁊ hoc nō facit nisi alterādo linguā qualitate disproportionata sensatiōi tactiue: que qualitas vt tactum est frigiditas nō est: sed potius caliditas

Sic est in ꝓposito imaginandū de tyriaca nō fermentata: que nō reducta est ad vnā complexioneꝫ mediā nobis quouis modo conuenientem. alterat mēbra cui occurrit qualitates que nō est frigiditas sed caliditas disproportionata tactui: vnde diminuit operationē sensus tactus ⁊ sic dicitur stupefacere. De filonio aūt qualiter somnū inducat posset eodem modo dici: sicut enim tactus requirit debitam mensurā ⁊c. ita sensus alii: quoꝝ sp̄ūs ⁊ organa cōtingunt alterari a filonio qualitate disproportionata vigilie ⁊ sensationi sensuum exterioꝝ. vnde inducitur somnus. sed de hoc plus alibi continet̄ ⁊c. Pro ea a quibus sumitur indicatio nō solum sufficiat scire de cibatione: sed etiā oportet scire quotiēs cibandum: quare ⁊c.

Circa commentū istius affo.

Hūide diete. Queritur vtꝝ in ordinādo dietā in febricitantibus sit aliqua indicatio sumenda a dispositione naturali. Ar̄ ꝙ nō: quia tunc colerico febrienti essent exhibenda calida: ꝯsequēs falsum ⁊ contra sententiaꝫ affo. ⁊ ꝯsequentia probatur sic: quia in ordinando dietam colerico febricitanti sumitur indicatio a dispositione naturali: sed naturalis dispositio indicās de sui ꝯseruatione est calida. igitur ⁊c. Secūdo flegmatico febrienti deberent semper exhiberi frigida ⁊ humida: ꝯsequens falsum: ⁊ ꝯñā ꝓbatur sicut de colerico: quia sua naturalis dispositio indicans de sui ꝯseruatione est frigida ⁊ humida.

Tertio: tunc eque frigida vel calida deberentur puero ⁊ iuueni equaliter febrientibus ceteris paribus: ꝯsequens est falsum ⁊ contra coēm moduꝫ operationis. frigida enim debentur vtrisqꝫ: ⁊ ꝯñā ꝓbatur: quia naturalis dispositio pueri est eque calida cum naturali dispositione iuuenis: ergo eque calida requiruntur ꝓ sui ꝯseruatione. Quarto tūc colerico ⁊ flegātico equaliter febrientibus calidiora competerent colerico ⁊ flegātico frigidiora: ꝯñs falsum ⁊ ꝯsequentia tenet vt supra: ex quo sumit̄ indicatio a disposiione naturali. sed falsitas ꝯsequētis: patet: quia fortius resistit colericus infrigidantibus cāis ꝙ̄ flegmaticus: ergo ad ipsum infrigidandū ⁊ ad temperamentū primū reducendū: requirūtur frigidiora seu fortiora infrigidātia: quare ⁊c

ad oppositūꝫ uidetur galie. in ꝯmēto

Ponit enim naturalē rem conseruādā fore ꝑ similia

Itē cuiuscūqꝫ corporis q̄tūcunqꝫ febricitantis dispositio naturalis indicat de sui ꝯseruatiōe: sed hꝰ modi ꝯseruatio nō fit nisi per similia. ergo ⁊c.

In q̄ōne sic ꝓcedā. nam primo p̄mittā quedam p̄ambula. Secūdo ponā ꝯclusiones responsales de quesito. Quātum ad primū p̄mitto primo: ꝙ oīs res naturalis ꝯseruatur ꝑ similia. Secūdo p̄mitto: ꝙ in curatione cuiuscūqꝫ febris: duplex reꝑitur medici intentio. p̄ma est virtutē ⁊ naturalē dispositionē custodire. Alia est dispositionē p̄ter naturam remouere. Tertio p̄mitto ꝙ dispositio p̄ter naturā febrientis indicat de alterātibus ꝯtrariis. Sꝫ dispō naturalis indicat de nutrientibus illi dispōni ꝓportionalibus: puta calida calidis ⁊ fria frigidis

per cibum eni calidū exhibitum dispositioni calide restauratur calidū quale fuit resolutum: ⁊ per frigidū frigidum vt pꝫ. ❡ Quarto premitto q̄ colericum flegmaticum ⁊ quoscūqꝫ alios diuersaꝝ complexionum possumus imaginari equaliter febrire vel absolute quo ad tactum: quia. s. in vtroqꝫ quo ad tactum caliditas percipit̄ equalis: vel quo ad recessum siue lapsum a ꝓprio tēperamento. Exemplum p̄mi: vt si imaginamur flaticum ad tm̄ gradū caliditatis deuenire sicut deuenerit coleric⁹. Exemplū secundi: vt si vterqꝫ a ꝓprio tēperamento remoueatur per vnum gradū. Quinto p̄mitto: q̄ cum dr̄ dispositionē p̄ter naturā remoueri p contrariuꝫ equale in gradu: debet intelligi equale in effectu siue in potentia: quia. s. de lapsu tm̄ sufficit remouere: quantus est lapsus a cōtraria cā inductus.

❡ Quantum ad secundum articulum sit hec prima cōclusio: q̄ in ordinando dietas in febricitantibus: debet sumi indicatio a dispositione naturali siue re naturali febricitantis: patet q̄a illa indicat de sui ꝯseruatione. igitur ⁊c̄. Secūda cōclusio sequitur: stante ꝯplexione naturali febricitātis calida: calidiora: ⁊ frigida: frigidiora sibi debētur ⁊c̄. ꝓbatur: quia talia debent esse nutrientia ī latitudine nutrientium: qualis est dispositio naturalis conseruanda per illa: in latitudine dispositionuꝫ ❡ Ex ista cōclusione sequitur p̄mo. q̄ colerico ⁊ flegmatico febrientibus siue equaliter siue inequaliter: calidiora ⁊ sicciora nutrientia debentur colerico: humidiora ⁊ frigidiora debentur flegmatico patet ex ꝯclusione. Sequitur secūdo: q̄ puero ⁊ iuueni febricitātib⁹: humidiora debentur puero: ⁊ sicciora debentur iuueni: patet ex dictis. ❡ Tertia cōclusio ꝯtigens est in eligendo debitā qualitatem diete in corporibus febrientibus paruaꝫ aut quasi nullam a virtute. magnam aūt a re p̄ter naturam indicationē esse sumendā: quia possibile est indicationem sumptā a re p̄ter naturam esse fortiorē sūptā a re naturali existente valde debili. igitur ⁊c̄. pꝫ ꝯñā ⁊ assūptum similiter in cāu: quo sor. colericus febricitet fe. colerica icensiua: ita q̄ si nō stati dares aquā frigidā ad potandū: timor esset de nimia ⁊ excessiua inflāmatione caloris ⁊ de eius resolōne totali: tunc in isto cāu exhibenda sunt frigida scilicet sumpta indicatione a morbo que indicatio valde fortis est: relicta indicatōne a naturali dispositione: quia debilis est: p talē enim exhibitionem aque frigide calor refrigeratur ⁊ virtus ꝯfortatur ⁊ multa sceua accidentia remittunt̄. Nota tamē q̄ licet in hoc cāu imediate maior sit intentio ad reꝫ p̄ter naturā: mediate tm̄ maior est intentio ad rem naturalē: nō enim intenditur res p̄ter naturā: nisi vt virtus sustentur. ❡ Ex quo sequitur q̄ mediate vel imediate semp maior intentio est ad virtutem quia ad eam termiātur intentio quam habemus ad morbum. Quarta ꝯclō contingens est in eligendo debitam qualitatē diete maiorem esse indicationem ad custodiendā rem naturalē q̄ p̄ternaturam abiiciendā: ista cōclusio potest ꝓbari per argumētuꝫ simile precedenti: quia ꝯtingens est indicationē sūptam a re naturali esse valde fortē ⁊c̄. ❡ aliter ar̄ cōclusio sic. Non minor pōt esse intentio ad rem naturalē ex generatōe ꝯtractā conseruandaꝫ q̄ ad dispositionē ex longa solum consuetudine ꝯtractā conseruandam: sed quandoqꝫ maior est intentio ad cōseruandā dispōeꝫ cōtractam ex consuetudine q̄ ad abiiciendā egritudinem. igitur ⁊c̄. ꝯñā pꝫ ⁊ assumptum ar̄. quia consuetudo est altera natura: maior ꝓbatur exemplo de Dionisio tiranno: qui cuꝫ ab incunalibus vsqꝫ ita se imoderato potui assuescerit vt etiā in senectute se abstineri nō posset: sed sepissime ebrietates incurreret. Redargutus tādiu a quodam suo familiari statuit amplius nō tm̄ sacra bachiche exercere: qui cū aliquādiu id ꝑegisset: ī multas incidit egritudines ita vt medici adminiculis indigeret. Cūqꝫ adductus esset medicus cognouit eius consuetudinē: p̄cepit vt ad pristinos mores bibēdi rediret: qui illico eo facto liberatus est. Idem ꝓbari posset exemplo cuiusdam bibuli forliuiensis.

❡ Quinta cōclusio: quibuscūqꝫ corporibus inequaliter calidis naturalit̄ equaliter lapsis a ꝓpriis temperamentis per calorem febrilē intensiue: eque infrigidantia debentur respectu ꝓprioꝝ temperamētoꝝ. Ista cōclusio arguitur sic: quia posito gratia exempli q̄ colericus ⁊ flegmaticus febriant equaliter respectu ꝓprioꝝ temperamentoꝝ ita q̄ coleric⁹ recedat a ꝓprio tēperamēto vt duo: ⁊ flatic⁹ silr̄ a naturali suo tēperamento p duo. Et arguitur sic: tm̄ frigida p̄cise debentur flegmatico q̄tum ipe calefactus est supra ꝓprium tēperamentum: ⁊ hoc sumendo indicationē a dispositione nō naturali: ⁊ similit̄ tm̄ frigida debentur colerico q̄tum est calefactus vltra ꝓprium tēperamentū: sed equaliter sunt calefacti supra sua tēperamenta igitur taliter frigida eis debentur respcū suoꝝ temperamentoꝝ q̄d erat arguendū. Sexta cōclusio licet ita sit vt ponit p̄cedens cōclusio corpori tñ calidiori fortiori debent̄ infrigidantia q̄ corpori frigidiori: ꝓbatur quia difficilius est infrigidāre corpus naturaliter calidius q̄ corpus naturaliter frigidius: igitur in cura vtriusqꝫ potentius requiritur infrigidās ad infrigidandū calidius q̄ ad infrigidandū minus calidū. Et exemplariter declaratur hoc: posito q̄ sor. naturaliter colericus sit calidus vt sex: ⁊ plato flegmaticus sit calidus vt quatuor. Remoueatur vterqꝫ eoꝝ a ꝓprio temperamento vt duo ⁊ hoc calore febrili: ita q̄ sor. sit calidus vt octo: plato vero vt sex. ⁊ est certum q̄ difficilius est reducere ad ꝓprium tēperamentuꝫ sor. qui est calidus vt octo q̄ platonem qui est calidus vt sex. igitur ⁊c̄. Et debet intelligi ad remouendum illos lapsus in equali tēpore. ❡ Sed ꝯtra istam ꝯclusionē arguitur. p̄mo per p̄cedentē ꝯclōeꝫ eque infrigidantia debentur illis colerico. s. ⁊ flegmatico respecu ꝓprioꝝ tēperamentoꝝ: ergo approximanda flegmatico sunt eque frigida respectu ei⁹ sicut approximata colerico respcū colerici: sed q̄dlibet frigidum respcū flegmatici est frigidius respcū colerici q̄ flegmatici: ⁊ adhuc absolute: ergo absolute fregidiora debentur flegmatico q̄ colerico: ⁊ p ꝯsequens fortius infrigidantia: ꝯñā nota ⁊ assūptū satis patet. Item medicina media vel alterans medium inter cōplexionē colerici vel flegmatici. vel gradus caliditatis ⁊ frigiditatis repertos in eis: sufficit infrigidare colericum ⁊ non flegmaticuꝫ: ergo fortiora infrigidantia debentur ⁊ requiruntur ad

remouendū hanc caliditatē in flegmatico q̄ in colerico. Itē quia lapsus colerici est lapsus ad simile ⁊ lapsus flegmatici ad contrariū: sed deterior ⁊ lapsus ad ꝯtrarium ⁊ difficiliꝰ remouibilis q̄ lapsus ad simile. ergo ⁊c̄. Pro responsione ad hec nota q̄ nō repugnat aliquid fore minus frigidū ⁊ tñ illud esse potentius ad infrigidandū. intensio enim forme maior: nō ē dequata causa potentie actiue maioris. Notum enī est q̄ plus infrigidatur colericꝰ febriens a multis papauerībꝰ: q̄ infrigidaretur a millesima parte vnius grani opij. Et plus a magna q̄titate aque tepide: q̄ ab vna gutta aque frigidissime. Ex quo sequitur q̄ vna medicina aliqua remisse frigiditatis potest dici equalis in gradu respectu dispositionis remouende ad intellectum superius datum: vbi tñ medicina intensior ⁊ minꝰ ē q̄ equalis. quare ⁊c̄. Ad argumenta ad primū cū dicitur eque frigida alterantia respectu ꝓprij tēperamenti debentur colerico ⁊ flegmatico equalit̄ ⁊c̄. dr̄ q̄ hoc est verū intensiue: sed non effectiue: quia nō quodlibet tale frigidū sufficit tantū vel plꝰ infrigidare colericum q̄ flegmaticū imo minus.

Ad secundū cum dr̄ q̄ medicina media vel mediū ⁊c̄. dicitur q̄ est verū: sed illud alterans medium est potentius ad infrigidandū colericum ⁊ frius effectiue: licet nō intensiue respectu eius quod natuꝫ est infrigidari ab ipo q̄ equaliter alterans flaticum ⁊ ideo dr̄ fortius infrigidans. Ad tertium dicit̄ q̄ lapsus ad contrariū est facilius remouibilis q̄ ad simile: quō aūt sit peior videbitur infra. Ultia ꝯclusio colerico ⁊ flegmatico quo ad tactuꝫ equalit̄ febrientibus sūpta indicatione a morbo: frigidiora debentur flegmatico q̄ colerico: pꝫ: quia ipis equalite febrientibus quo ad tactualē apparentiā magis euersus est flegāticus a sua naturali dispositione q̄ colericus: igitur ad ipm reducendū ad naturalē dispositionē in equali tempore cum colerico fortiori agenti opus est q̄ ad reducendū colericū: quia maiorē latitudinē caloris remouere oportet. verbi grā posito q̄ flegmaticus in sua naturali dispositione habeat quatuor gradus caliditatis colericus vero octo ad hoc vt equaliter febriant ad apparentiam sensualē requiritur q̄ equali gradu: sit igitur vt. x Et patet q̄ a naturali dispōne magis remouet̄ flaticus: quia. s. per sex gradus: colericus vero p duos gradus: si ergo ī equali tēpore depdi debēt huiusmodi latitudines oꝫ q̄ fortius agens occurrat flatico q̄ colerico. Sed diceret aliquis practicantes cōmuniter faciunt oppositum qm̄ temperato febriēti aut colerico ꝯcedūt aquā frigidā nō aūt flegmatico Dicendū q̄ verū est: sed tunc sumit̄ indicatio a dispositione natural ⁊ nō a preter naturali. Et etiam sanguineus aut tēperatus plus habet de spū ad tollerandū alterationē quā induceret aq̄ fria q̄ flaticꝰ

ad argumenta in oppositū. ad primum dr̄ q̄ si indicatio in colerico colerice febriente sumpta a dispositione naturali sit maior ⁊ fortior q̄ sumpta a morbo: debentur calida: nec hoc est cōtra dicta. Si autem ecōtra sit. ecōtra faciendū.

Ad secundū dr̄ q̄ cōcludit argumentū sumpta indicatione a virtute: nec est ꝯtra Auic. qm̄ ibi loquitur sumpta indicatione a materia faciente febrem. Et per idem respondetur ad tertium. Ad quartū dr̄ q̄ puero ⁊ iuueni sumpta indicatione a lapsu febrili equaliter cōpeterent ⁊c̄: sed quia nō tm̄ ab illo sumitur indicatio sed etiam a virtute. ideo ⁊c̄.

Ad quintum patet ⁊c̄.

t quibus semel aut bis aut amplius aut minus aut secūdum partem dandum uero est aliquid et regioni et etati et tempori et consuetudini.

Prima ꝯclusio huius afo. est: q̄ ab illis a quibꝰ sumitur indicatio de ordinanda dieta: debet sumi indicatio de cibando semel aut bis aut amplius aut minus: vt sit sensus ꝯclusionis: q̄ a predictis etiam debet sumi indicatio de numero cibationū maiori aut minori: ꝓbatur ꝯclusio sic: nō sufficit a predcis sumere indicationē de q̄titate ⁊ qualitate cibi: nisi sciatur quotiens talis aut tantus cibus sit offerendꝰ ergo ⁊c̄. ꝯsequentia manifesta: ⁊ assūptum patet d̄ se: stante enī virtute debili: necesse est cibum sepiꝰ offerre q̄ ipa existente forti ceteris paribus: ⁊ econuerso: stante virtute forti oporteret plus ⁊ rarius offerre. ergo ⁊c̄. Circa istam ꝯclusionē notandū primo: q̄ ea a quibus sumitur indicatio ordinis diete: quedā sunt a quibus principaliter sumitur indicatio ordinis diete: quedam sunt a quibus sumitur secundario. Exemplum pmi vt virtus ⁊ morbus. Exemplum secūdi vt regio etas ⁊ ꝯsuetudo. ⁊ dicūt pᵒ due principaliter indicare: quia ab ipis sumitur imediate indicatio predicta. Alia vero secundario: quia nō indicant nisi mediate: quia. s. mediate virtute ⁊ morbo: verbi gratia etas pueritie nō indicat super frequenti exhibitione cibi: nisi ꝑ q̄to īdicat virtutem nō posse tollerare diu ⁊ longo tempore dissolutionē que fit: nisi exhibeatur nutrimentum. Similiter regio ⁊ tempus anni ⁊ ꝯsuetudo etiam arguunt morbū longū vel breuem multoꝝ vel paucoꝝ accidentiū: hoc aūt mediante morbo indicant. Secūdo nota: q̄ licet virtus ⁊ morbus dicantur magis principaliter indicare: principalius tñ indicat virtus q̄ morbus vt patet intelligenti.

Tertio nota q̄ illa pars aut amplius aut minus dupliciter ꝯsueuit introduci. primo vt sit sensus āplius aut minus. i. pluries q̄ semel aut bis: ita vt hoc solum tangat numeꝝ cibationum. Aliter aut amplius. i. ampliori q̄titate: aut minus. i. minori vt simul tangat tam q̄titatē cōtinuam q̄ discretaꝫ cibationum. Et secundū hunc sensū secundū discussit cōmentator afo. Quarto nota q̄ presens afo. in hoc differt a precedentibus vbi loquebatur etiā de dietaꝝ ordine in corporibꝰ egris: quia docebat ibi ordinare dietas sumpta indicatione a morbo: secundū q̄ cronicus aut acutus. hic autē docet ipas ordinare sumpta indicatione ab eo: vt a quātitate ⁊ qualitate sue cāe ⁊ accidentibus ꝯsequentibus eū vt patebit in cōmento: ⁊ a fortitudine virtutis et debilitate in cōparatione ad morbū sic consideratū secundū suas cās ⁊ accidentia ⁊c̄.

dandum uero est

Secūda ɔclusio est q̄ ab etate regione tempore anni ⁊ ɔsuetudine pticulariter sumitur indicatio ∂ dieta afferenda: ꝓbatur sic: secundū vniuscuiusq; istoꝝ varietatē variatur ordo diete: ergo ab ipis sumenda est indicatio: ɔña nota. ⁊ assūptum patet discurrenti. Aliter eni sumitur dieta in estate: ⁊ aliter in hyeme: ⁊ aliter in regione septentriona li: ⁊ aliter in meridionali: ⁊ aliter in pueritia: ⁊ ali ter in iuuentute: ⁊ sic de aliis vt pꝫ ex illo affō. Ue tres hyeme. Et ex illo. Senes facillime. Et similē sniam huic totali snie affo. ponit Auicē. prima q̄rti de cibatione febrici. Et est vtilis: quia docet ordi nare dietam modo iam dicto: ⁊ potest ampliari tā ad dispositiones naturales q̄ ad p̄ter naturales.

Primo nota q̄ ista littera. aut secundū partem consueuit tripliciter introduci. primo sic: vt sit sen sus: q̄ secundū partē. i. secundū particulare temp⁹ morbi oportet sumere indicationē ⁊c̄. ⁊ nō solum secundū tempora vniuersalia. Aliter ⁊ melius ꝓ pter quod nota: q̄ per virtutē ad morbum indicat̄ de numero cibationū: vt virtute debili plures est dandus cibus q̄ forti: nō tñ per hoc idicatur deter minatus numerus cibationū: deinde si medicus cō sideret etatem tempus ⁊ regionē: magis distincte ⁊ determinate cognoscit numeꝝ cibationū. Tertiō exponitur secundū partē quia talia. s. temp⁹ regio ⁊c̄. sunt partialia indicantia ⁊ nō totalia sicut vir tus ⁊ morbus. Quelibet potest transire.

sed contra affo. sententiam arguitur

a morbo nō sumitur indicatio de cibo offerendo sꝫ solum subtrahendo: ergo ⁊c̄. ɔsequētia manifesta ⁊ assūptum patet: quia morbus indicat ∂ sui remo tione: oblatio aūt cibi augmentat morbū: quia. s. materia morbi. Secūdo ar̄: quia nō a virtute: quia vel a virtute forti vel debili: nō primū: quia tunc esset semper raro exhibendus: nec secundū: q̄a tunc semper frequenter foret exhibendus. Ad p mum dicitur q̄ nec morbus q̄ᵐ est de se indicat de subtractione secundū tm̄ magis ⁊ minus quia ɔside ratur in comparatione ad virtutē. Ad secunduꝫ dicitur: nec semp a virtutis fortitudine nec semper ab eius debilitate sumitur indicatio: sed quādꜫ a fortitudine qnꜫ a debilitate. In cōmento patet expositio vsq; ibi. Si virtus infirmi sit debilis.

Ponit conclusiones. prima ɔclusio si virtus in firmi sit debilis: ⁊ qualitas corporis corrupta ⁊ mu tata paꝝ ⁊ sepe est exhibendū de cibo. Correla riū: humoꝝ ⁊ corpoꝝ restauratio debet fieri cum tēperamento: ɔclusio ꝓbatur sic: quia virtute exi stente debili ipa modicuꝫ sufficit imutare. ergo pa rum. sed corpore extenuato indiget magna refecti one: ⁊ per ɔseqnens sepe: correlarium patet: quia humores corrupti indigent reduci ad benignuꝫ aut euacuari: ergo oportet incedere cum alterantibus sed virtus est debilis que excessus tolleraret: ergo oportet fieri cuꝫ his que mediocriter euacuāt aut al terant. Contra istam cōclusionē arguitur. p̄mo hec corpora nō sunt pura: sed nō pura corpora q̄n to magis nutries magis ledes. igitur ⁊c̄. Sc̄do tunc cōpetit euacuatio: ergo nō refectio. Ad pri mū dr̄ q̄ nō pura corpora quanto magis nutrics vl tra ɔuenientē ⁊ regularē nutricationē: magis ledes

⁊ nō aliter. Ad secundū negatur ɔsequentia: q̄a aliter competit euacuatio ⁊ aliter refectio.

similiter si uirtus defecta

Secūda ɔclusio: virtute existenti debili: habun dantibus etiā humoribus nō corruptis ⁊ corpore n̄ extenuato: paruꝫ ⁊ raꝝ est exhibendū de cibo.

Nota q̄ debilitas in isto casu est alia a debilita te ɔtingente in cāu precedentis ɔclusionis: quia illa erat debilitas per manitionē: ⁊ ista per aggrauatōꝫ Et ex hoc ꝓbatur cōclusio: in isto cāu virtus ē gra uata humoribus multis nō corruptis potentib⁹ re staurare: ergo paꝝ ⁊c̄. ɔña manifesta ⁊ assūptū pꝫ quia per multā aut frequentē cibi exhibitionē⁹ ma gis debilitatur ⁊ grauatur virtus. Contra istaꝫ ɔclusionē arguitur sic. primo nō stat virtus debilis cum quantitate multoꝝ humoꝝ laudabiliū g° ⁊c̄. ɔsequentia manifesta ⁊ assumptū ꝓbatur: quia de bilis virtus nō sufficit ipos regulare. ergo ⁊c̄. Secundo stante virtutis debilitate: calor innatus ē debilis: ergo impficitur digestio ⁊ humoꝝ genera° ergo nō sunt laudabiles. Tertio in tali casu nihil est exhibendū: ergo ⁊c̄. añs ꝓbatur: quia p exhibi tionem augetur humoꝝ q̄titas. Ad primum dr̄ q̄ est veꝝ: q̄ nō stat humoꝝ perfecta laudabilitas cum virtute debili: nec illud voluit ypo. neq; gali. tñ cum virtute debili stat dispositio humoꝝ p quaꝫ sunt ad benignū reducibiles: ⁊ hoc sufficit: Ad se cundū dicitur similiter. Ad tertium patuit quid sit dicendū in illo affo. In excitantibus ad summū

similiter uirtute existente forti

Tertia ɔclusio: virtute existente forti ⁊ humori bus multis ⁊ bonis competit raro ⁊ paꝝ: ꝓbat̄ vt precedens. Contra tunc eodem modo foret ordi nanda dieta virtute forti: sicut debili existente. Conceditur illud.

uirtute existente forti

Quarta cōclusio: virtute forti ⁊ corpore corru pto ⁊ extenuato: multum ⁊ multotiens est exhiben dū de cibo: ꝓbatur primū q̄ multum: quia virtus sufficit multū imutare: ⁊ multotiens: quia indiget frequenti refectione. Et intelligitur ɔclō nisi sit for tior indicatio ad oppositum puta poxismos vel ali quid huiusmodi. Contra istam ɔclonem arguit̄ primo nō stat fortitudo virtutis cum extenuatiōe corporis. ergo ⁊c̄. ɔsequētia manifesta: ⁊ assūptuꝫ patꝫ: quia extenuatio significat impotentiā ⁊ debi litatem virtutis. Itē humoꝝ corruptio hoc ideꝫ significat: Item extenuatio est ꝓpter diminutio nem humidi membralis. Ad hoc dr̄: q̄ nō dicit̄ fortitudo virtutis absolute: sed vel respectu mor bi super quē obtinuit: vel respcū cibi transmutādi

si uero uirtus foret fortis

Quinta ɔclusio est: virtute forti ⁊ peccato in so la habundantia existente paꝝ ⁊ raro est exhibendū quia licet virtus sit fortis potens multum imutare repletio tñ indicat vt nō multū offeratur. Corre larium cibus ē dandus multus vel paucus sepe vel raro ſᵐ q̄titatē ⁊ q̄litatē morbi ⁊ v̄tutis: Dubiū in quo differt ista ɔclō a tertia: dici potest q̄ differt

quia hic nō ponitur esse humoris corruptionē: sꝫ ibi mediocrem totum sequēs patet ꝛc̄.

E state et autumno cibos grauissime ferunt: hyeme uero facile: uere autem secundo.

Prima cōclusio: in estate ꝛ autumno modicū de cibo exhibendū est corporibus egrotantibus in comparatione ad alia tempora. ꝓbatur sic: tēpore estatis ꝛ tpe autumni corpora difficillime ferunt cibos ergo tunc de cibo minus est exhibendū: ꝯña manifesta ꝛ antecedens patet: quia tunc calor innatus est valde debilis. ideo ꝛc̄. ¶ Primo nota cām quare difficillime ferūt ꝛc̄. nam quia tunc calor naturalis est debilior: quia magis resolutus ꝛ minus vnitus circa ptem interiorem. ꝛ p ꝯsequens circa partes in quibus pficitur digestio: ideo minorem q̄ntitatē sufficit cibi transmutare. ¶ Secūdo nota ꝙ in autūno ꝛ estate virtus ꝛ calor naturalis est valde debilis primo quia tota resolutio fcā in estate p̄cessit: a q̄ n̄ est corpus releuatum: imo debilitatū. secūdo quia ꝛ si q̄litates istius temporis nō sint in gradu nimis excessiue nobis: tn̄ corporibus egroꝝ valde disproportionate occurrūt: cum sit magna differentia inter partes diei autūnalis ſᵐ calorem ꝛ frigus: vt docet experimentū: quia modo mouetur ad forte frigus vt in matutinis: ꝛ meridies est estiualis ꝛc̄. vnde natura nō tollerat huiusmodi mutatiōes sub itas sine nocumento: ꝛ hoc accidit ꝓpter aeris raritatem recipientē varias imp̄ssiones: vt secunda p̄mi: ꝛ ideo tantum ꝛ plus virtus ꝛ calor debilitat ex hoc disproportionato occursu: sicut ex vniforma intensa caliditate estatis. ¶ Tertio nota ꝙ difficultas tollerantie ciboꝝ pōt sumi aut ex difficili transmutatione ipoꝝ ꝛ ꝯuersione in nutrimentum laudabile: aut ex nocumento sequente q̄ntitatem nimiā cibi exhibiti ꝛc̄. ¶ Ad ꝓpositum vtroqꝫ mō corpora egrotantium difficillime ferunt cibos estate ꝛ autumno: primo quia difficillime pmutantur. secundo quia male pmutati ꝯuertuntur in superfluitates: que postea fiunt materie egritudinū. Quarto nota: ꝙ minus esse dandū in estate ꝛ autumno debet intelligi ſᵐ q̄ntitatem ꝯtinuam tantum.

¶ hyeme uero melius

Secunda ꝯclusio afforismi. ꝙ tempore hyemis plus ē de cibo egrotantibus exhibendum q̄ aliis tēporibꝰ ꝓbatur: quia illo tēpore facillime ferūt cibos corpora. ergo ꝛc̄. ꝯña manifesta: ꝛ assūptum patet: quia tunc est calor fortior ꝛ magis multiplicatus interiꝰ circa mēbra in quibus fit nutrimenti digestio: virtus ergo tunc pfectius sufficit nutrimentū immutare: ꝛ maiorem q̄ntitatē eius. ¶ Primo nota facilitas tollerantie ciboꝝ sumitur aut ex facili transmutatione ciboꝝ: aut ex paruitate nocumenti sequētis q̄ntitatem cibi nimiā. Et vtroqꝫ modo corpora hyeme cibos facillime ferūt ꝛ tollerant: primo quia facillime tūc cibꝰ transmutatē ꝓpt̄ fortitudinē caloris secūdo quia nimia eius quantitas minus nocet.

Secūdo nota ꝙ hec ꝯclusio ꝛ precedens debent intelligi in corporibus habentibus fortiorem calorē qui nō debilitatur a frigiditate hyemis sed fortificatur potius: sicut declaratum fuit in illo afforismo. Uentres hyeme ꝛ vere. ¶ Tertio nota ꝙ etiā ad veritatem istius ꝯclusionis ꝛ precedentis: oꝫ ponere cetera paria in naturali ꝯplexione ꝛ egritudine ꝛ huiꝰ modi: alias eni foret cōclusio necessaria.

uere autem secundo

idest post hyemē: ¶ Nota ꝙ in tempore veris: calor cibum digerens medio mō se habet ad ipsūmet tēpore hyemis: tam in multitudine q̄ in fortitudine eius: tēpore eni hyemis calor est plurimus: ꝛ in estate minus. In vere aūt medio modo: quia nōdū aduenit sibi resolutio sensibilis. Item in hyeme calor est interius maxime vnitus: in estate maxime ad extra expansus: in vere aūt nō sic vnitus sicut in hyeme: nec sic expansus ꝛ resolutus sicut in estate.

Ex quo sequitur cōclusio: ꝙ in hyeme est fortissimus: secūdo in vere: tertio in estate: ꝛ tunc patet tertia ꝯclusio afforismi. s. ꝙ plus dandum est de cibo pꝰ hyemē in vere: ꝓbatur quia in vere post hyemem calor naturalis est fortior. ergo tunc plus de cibo exhibendus: ꝯsequentia tenet: quia si tunc calor est fortior: facilius transmutatur nutrimentū: ꝛ p consequens facilius ipm̄ ferūt corpora: ꝯña manifesta cū antecedente. Et debet ista ꝯclō cuꝫ aliis intelligi huiusmodi tēporibus seruantibus ꝓpriam naturaꝫ ꝛ ꝙ corpora sint robusta ꝛ ꝙ debitum sit regimen ¶ Et similē s̄niam huic totali ponit Auicē. prima q̄rti caº de cibatione febri. Et potest ampliari ad etates regiones sexꝰ artes ꝛ ꝯsuetudines vt pꝫ. ꝛ est vtil̄ in actu practico: quia docet nos regere corpora per dietam sumpta indicatione a tēporibus anni. Et ponitur aliqualiter eadē s̄nia secūda primi doctrina secūda caº sexto.

D ubitatur utrum in estate et autumno corpora grauissime ferant cibos.

Ad partē negatiuā arḡ sic. p̄mo in estate fit resolutio sepissima. ergo ꝛc̄. patet ꝯña: quia cibus datur ad dissoluta restauranda ꝯmento secundo ꝛ assūptum satis patet. Confirmatur quia simile simili ꝯseruatur ꝛ ꝯtrario debilitatur. ergo a calore estatis ꝯfortatur talis calor naturalis. Confirmatur nō minus extrinsecus est corport calor cathaplamatis empli vel ceroti: q̄ calor aeris nos circundantis: sed ille nos ꝯfortat: vt patet in vnctionibus stomacalibus emplis ꝛ cerotis. igitur ꝛc̄. Amplius amplexari infantē. ꝛ catulum stomaco applicare fortificat calorem ꝛ digestionem: vt patet. xiiȷ̄. tertiȷ̄. ꝛ de simplici medicina ꝛ tamē isti sunt calores extrīseci. ¶ Secundo: melius pficitur digestio in nocitiuo in tempore estatis ergo ꝛ in inuatiuo: ꝯña tenet: quia ab eodem fit: ꝛ assūptum patet: cū omnes materiales egritudīes citius in estate terminētur: vt supra cōmento. xiȷ̄.

Tertio: ꝯplexio autumni est temperatior. ergo ꝛc̄. ꝯña patet: quia media inter maximā caliditatē ꝛ siccitatem ex vna parte. s. estatis: ꝛ frigiditateꝫ ꝛ humiditatē ex alia pte. s. hyemis: ꝛ colligitur secunda primi doctrina secunda capitulo sexto.

¶ Ad oppositum est ypo. in afforismo. presenti

Primo p̄mittenda sūt notabilia. Secūdo ꝯclōes de quesito. ¶ Quantum ad primum: premitto

ꝯditiones requisitas ad veritatē affo. Quod tēpora seruent suas naturas: ꝛ ꝙ sint corpora fortis ꝛ non debilis caloris: ꝛ ꝙ alia sint paria ꝛ debito regie vtantur. Secundo: premitto que tacta sūt circa affo. de dispositione veris ꝛ autumni ꝛ alioꝝ tpoꝝ puta in hyeme calorem maxime vnitū: in estate dissolutum: in hyeme multiplicatū: in estate ꝛ autumno opposito modo se habentē: in vere autē medio modo. Tertio pmitto ꝙ in talibus corporibus qn̄q; sumitur indicatio quantitatis cibi exhibendi: a dispositiōe virtutis in fortitudine ꝛ debilitate sui caloris: qn̄q; vero ex dispositione annexa vel coniuncta virtuti: vt inanitio repletio ꝛ sic de aliis.

Prima conclusio: corpora fortis caloris natural' merito sue naturalis dispositionis: tēpore estatis ꝛ autūni difficillime ferūt cibos: ꝛ istam voluit ypo. in littera: probatur sic: illo tēpore est calor summe debilis. ergo ꝛc̄. Secunda ꝯclusio: corpora predicta tempore hyemis facillime tollerant cibos: ꝓbatur sic: tūc calor est fortissimus. ergo ꝛc̄. Tertia ꝯclo: tempore veris medio modo se habent: ad intellectum datum pꝫ similiter. Quarta conclo: licet ita sit: sumpta tn̄ indicatione a dispositiōe virtuti ꝯiuncta: vt plurimū min⁹ de cibo tempore veris est exhibendū ꝙ̄ aliis tēporibus: patet: quia vt plurimū coniungit' ver multe repletioni. ergo ꝛc̄. patet ꝯn̄a: ꝛ colligitur assūptum cōmento. xvij.

Quinta ꝯclo: licet ita sit: in corporibus debilib⁹ plus tēpore veris ꝛ estatis cōpetit de cibo: patet q̄a calore estatis ꝛ veris talia corpora fortificantur.

ad argumenta. ad primum dicitur: ꝙ illud ꝓbat in estate cibū esse frequenter exhibendū. Ad ꝯfirmationē dr̄: ꝙ licet per se simile sibi aptum sit ꝯfortari: ꝛ a contrario debilitari: per accidens ꝯtingit tn̄ oppositum: vt supra declaratum est. Ad aliaꝫ ꝯfirmationē: dr̄ ꝙ aliter operatur aer calidus balneū vel huiusmodi in corpore: ꝛ aliter emplā. Calor eni aeris attrahit calorem a cētro ad circūferentiā: ꝛ rarificando facit ipm̄ exalare. Cerotum aūt ꝛ emplm̄ poros sua corpulentia obstruūt: ꝛ cū hoc calorem naturalē ad intus reuerberant: ꝛ suo calore ipm̄ interius augent. quia est in re solida. Itē in emplastro ponis aliquod stipticum medicamē: ꝛ licet hoc medicamē calefaciat tn̄ stipticat etiā ꝛ inspissat poros illius partis. Similiter amplexatio infantis. Ista eni maxime ꝯferunt habentibus calorem debilē: reuerberando caloreꝫ similē: aut etiā ipm̄ spiritū iuuando ad talē actionē accidentali iuuamento. Credo tn̄ ꝙ si iste calor toti ꝛ longo tempore occurreret virtutē debilitaret: in parte vero ad partē attrahit calorem ꝛ spirituꝫ ꝛ san. ꝛ ibi existentē calefacit: quare melius opatur

Ad secundū dr̄: ꝙ licet calidū preter naturā possit aliquo° ad digestionē iuuare ī nocitiuo: puta subtilando materiā ꝛ digerendo: tn̄ in iuuatiuo semp debilitat. igitur negatur vniuersaliter esse ideꝫ digerens in nocitiuo ꝛ iuuatiuo. Ad vltimū: dicit' ꝙ licet autumnus videatur gradualiter temp⁹ tēperatum. ꝓpter tamē sui difformitatem blasphematur: sed de hoc videbitur magis infra in tertia particula huius libri affo. in qua agitur de temporibus anni ꝛc̄.

is qui in circuitibus exacerbantur nihil dare, neqꝫ cogere: sed auferre ex appositionibus ante crisim.

Prima ꝯclo: hora paroxismi vel ante paꝝ: nō est cibus exhibendus: ꝓbatur per exhibitionē cibi ista hora: sequitur maius nocumentum. ergo ꝛc̄. ꝯn̄a nota ꝛ an̄s ꝓbatur: tunc eni virtus diuertitur: ne pugnet ꝛ se defendat a materia faciente paroxismum per hoc etiā grauatur vt patet. Primo nota: ꝙ circuitus capitur qn̄q; ꝓ quocūq; reditu egritudinis siue cum ordine: siue absq; ordine: ꝛ sic nō capitur hic. Secūdo ꝓprie ꝓ reditu cum ordine ꝛ taliter sumitur in ꝓposito. Secūdo nota: ꝙ exacuitio sumitur qn̄q; ꝓ noua afflictione: qn̄q; pro intensione preexistentis morbi: vtroq; modo verificatur conclusio vt patet. Tertio nota: ꝙ dupliciter possūt apponi cibaria ante aduentū paroxismi vel exacerbationis. pmo per multum tempus ante: ita ꝙ talia ī aduentu paroxismi sint perfecte digesta: ꝛ sic dare cōuenit. Secūdo paꝝ ante: ita ꝙ adhuc sint digerenda: ꝛ sic dare nō ꝯuenit: ꝛ taliter intelligitur cōclusio affo. Quarto nota: ꝙ hec omnia debent intelligi in regulari cura siue cibatione nō coacta: in coacta eni ꝯpetit exhibere: vt in accidentibus ꝓsternentibus virtutem.

sed auferre ex appositionibus

Secunda ꝯclo affo. hora ꝛ paꝝ ante horā paroxismi ꝯuenit auferre vel subtrahere cibum: hec ꝯclo sequitur ex precedenti. Nota ꝙ hec ꝯclusio pōt ītelligi dupliciter. pmo auferre ex appositis. i. nutrimenti iam exibiti facere euacuationē: puta ante aduentum paroxismi. s. vomitum ꝓuocando vel aliquid taliū faciendo. vel aliter auferre ex appositis. i. consueta apponi nō apponere: ꝛ sic etiā verificatur ꝯclo. vel auferre ex appositis. i. apponendis. Secūdo nota: ꝙ hic nō capitur crisis ꝓprie sed sumitur ꝓ noua accessione: puta paroxismo vel exacerbatiōe. Tertio nota ꝙ iste affo. differt ab illo in paroxismis subtrahere oportet: quia in illo solum datur intelligi ꝙ tēpore paroxismoꝝ oꝫ ꝛc̄. hic aūt datur intelligi ꝙ oportet subtrahere tempore paroxismi: ꝛ per temp⁹ ante: potest tn̄ ꝓbabiliter dici: ꝙ repetit idem pluries: nec frustra: vt meli⁹ cōꝓhendatur: sicut de multis aliis patet fecisse. Et similē sniam ponit Auicē. prima quarti ca° de cura putridaꝝ in generali. Et docet regere corpa in pn̄cipiis paroxismoꝝ: ꝛ ampliatur ad omnes egritudies circuitiones ꝛ excrescentias ꝛc̄.

ubitatur utrum in ordine dietandi vel cibādi sint tm̄ tres ꝯditiones. s. q̄titas qualitas ꝛ tēpus. Primo ar̄ ꝙ nō: ꝯsideratio de quanto ꝛ q̄li sufficit: ergo nō est necessaria ꝯsideratio de qn̄. i. de tempore: ꝯn̄a manifesta: ꝛ an̄s patet per Hali. 3° tegni. Et ꝯfirmatur: quia qn̄cūq; cibus exhibetur vel approximatur quantus ꝛ qualis oportet approximatur quādo oportet. ergo ꝛc̄. ꝯn̄a manifesta: ꝛ assumptū ꝓbatur: quia si nō: detur ꝙ nunc

sor. approximetur. a. cibus q̄tus et qualis oportet Et aū sic. a. approximatur qñ nō oportet. ergo approximatur: et nō est ꝯueniens cibū approximare ergo tunc nō est ꝯueniens cibum tm̄ approximare nec talē. ergo nō est iste cibus q̄tus et qualis debet approximari et per ꝯsequens etc. ¶ Secūdo de cibo nō debet haberi consideratio quantum ad eius qualitatem. ergo etc: consequentia manifesta et assūptum ꝓbatur: quia cibus operatur a materia et non a q̄litate: sed solum de cibo debet cōsiderari illud secundū qđ operatur in corpore nostro. ergo etc. Tertio: plures sūt consideratiōes q̄ iā dicte ergo etc. ꝯña maīfesta: et añs probatur: qa d̄ cibo oportet cōsiderare preparatōes diuersas i coctōib⁹ similiter ordinē in ꝑponendo et postponendo quosdam cibos.

¶ Ad oppositum est commētator in commēto: vbi dicit: q̄ omnis dieta tripliciter est ordinanda. Primo nota q̄ qualitas cibi est duplex quedam est qualitas que dicitur dispō s̄m quam cibus est aptus corp⁹ nostꝝ alterare: et in ꝯplexione vel gradu sue ꝯplexionis ꝑmutare: vt frigiditas lactuce et papaueris. Et generaliter q̄litas oīs s̄m quā aliquis cibus dicitur medicinalis cibus. Quedā aūt dr̄ qualitas: que est cibi dispō: s̄m quam aliquis cibus natus est faciliter transmutari in corpus nostꝝ deducta alteratione qua possit nostꝝ corpus immutare: s̄m quam qualitatē dicimus oua sorbilia nutrimentum bone qualitatis: eo q̄ faciliter ꝯuertunt et reponunt partē dissolutam: et oua cocta dura dicimus esse cibum male qualitatis ꝓpter causam oppositam. ¶ Secundo nota: q̄ intentio in nutriēdo est restaurare q̄tum et quale est ꝯueniens: et h° variatur s̄m varias medici intentiones. intentio enim ꝯseruandi corpus in sua sanitate et sua naturali dispositione: est restaurare q̄tum ꝯuenit secundū q̄ etas indicat: et quale ab eo resolutum est: q̄tum est possibile. intentio autem in ꝑmutando ꝯplexionē naturalē ad melius vel remouendo ab egritudine: esset ab hac intentione varia. Tertio ꝑmitto q̄ q̄titas aut qualitas cibi nō dr̄ ꝯueniens et discōueniens corpori: nisi cum certis circunstantiis. eadē ei quantitas vel qualitas: que corpori famelico esset ꝯueniens: foret eidem disconueniens repleto vt patet. ¶ Tunc sit prima cōclusio: ad recte dietandū corpora egrotantia: necesse est quandoq̄ habere ꝯsiderationē tam de qualitate primo mō dcā q̄ secūdo modo dcā. ꝓbatur: quia intentio in ordinando dietam in talibus corporibus: est exhibere cibum similē habentem dispositionē: que in corporis substantiā ꝯuertatur: restaurādo quale resolutū est: et cum hoc remouere qualitatē ꝑter naturā siue egritudinē. sed primū opatur per qualitatē secūdo mō dcām. et secundū per qualitatē primo modo dictam. ergo etc. Secūda conclo: q̄ qñq̄ dietādo recte corpora sana: necesse est ꝯsiderare qualitatē ꝑmo modo et secūdo dcām. patet quia medicus intēdens corporis reductionē ad melius: ꝯsiderat exhibere cibum aptum alterare corp⁹ versus terminū reductionis: et cum hoc etiā in corporis substantiā faciliter ꝯuertibilē. ergo etc. ¶ Tertia ꝯclusio: q̄ qñq̄ nō cōsideratur in ordine dietandi qualitas cibi primo modo dcā: patet quia in actu ꝯseruatiōis corporis tēperati hoc nō intenditur. ¶ Quarta ꝯclo in quolibet casu necesse est ꝯsiderare q̄titatē et qualitatē: p3 de qualitate et q̄titate similiter: quia aliī nō ꝯseruaret corp⁹. Quinta ꝯclo: q̄uis tēporis ꝯsideratio sit vtilis in ordinando dietam: ipa tamē reducitur ad ꝯsiderationē de q̄titate et qualitate: patet quia cibus non approximatur q̄tus et qualis oz: nisi approximetur quando oportet. igitur etc. ¶ Quod aūt hec consideratio sit vtilis. patet quia ꝑ ipam melius cognoscimus q̄litatē et qualitatem cōuenientē. Sexta ꝯclusio. omnes ꝯsiderationes q̄ haberi possunt in ordinādo dietas: sunt reducibiles ad illā de q̄titate: vel ad illā de qualitate. ¶ Ad argumenta p3 solutio faciliter.

Ea quorum crisis fit et quorū facta est equaliter: non mouere: neq3 aliquid nouum facere: neq3 farmatiis neq3 aliis prouocationibus uti: sed sinere.

Istius affo. ꝯclusio est ista: q̄ medicus recte operans nō debet mouere nec nouum quid facere: nec farmaciis nec ꝓuocationibus vti in corporibus: q° rū fit vel facta est crisis equaliter. sed deb3 illa nature dimittere. ꝓbatur sic: talia corpora euacuando vel mouendo etc. nec nature dimittendo: potest grāde sequi nature impedimentū vel nocumentu3 ergo etc. patet ꝯsequentia et assūptum circa littera3 declarabitur. ¶ Primo nota q̄ in crisi ꝯsiderātur tria. ꝑmo sepatio materie nociue a iuuatiua et directio materie ad loca expulsionis. secundo actualis euacuatio. Tertio alteratio sequēs euacuationem. Et s̄m hoc tripliciter sumitur crisis. primo secundo et tertio modo. et omnibus his modis intelligitur cōclusio. et sic describitur crisis secunda huius commento. xiij. Secūdo nota: q̄ per crisim que fit intelligere debemus crisim in fieri existentē vt vbi. cōmotio antecedens apparet aut euacuatio. per fcām intelligere debemus: quā iam precesserunt iste tres mutationes subordinate in crisi laudabili. ¶ Tertio nota: q̄ per factā siue que fit equaliter: intelligit perfecte factā et cōuenienter. et distinguitur ꝯtra superflue factā et diminute fcām. potest eni fieri euacuatio maior et minor q̄ oportet: et potest fieri equaliter. Et illa est pfecta crisis ad quā requirunt ꝯditiones inferius declarāde in cōmento: pōt tamē sic describi. Crisis equaliter vel perfecta est illa: per quā tota materia causans egritudine3 exterius euacuatur taliter q̄ sequatur statim remotio morbi: nec merito alicuius ex crisi in corpore derelicti sit aptum āplius corpus recidiuare: huic vere competunt ꝯditiones tacte a Galie. in commento.

Quarto nota ex dictis in littera colligi potest implicite. q̄ crisi imperfca existente debet medic⁹ euacuare vt videtur in cōmento et auicē. prima q̄rti. ca° de cura putridaꝝ. et cum natura nō mouet mo ue tu hora eius motus. ¶ Quinto nota: q̄ notāter dixit nō mouere. quia. s. nō euacuare. vt li moue re. sit genus ad omnē minorationem: et tunc hāc ifra specificat. vel mouere. s. localiter. vel quōlibet aliter impedire. neq3 nouum facere. idest nouam

alteratioē inducere. s. calefacere ⁊c̄. p medicinas ⁊c̄. neq; farmatiis. i. euacuationib⁹ p ventrē neq; aliis prouocationibus: quia nec vrine ꝓuocatione neq; sudore neq; flobothomia ⁊ sic de aliis. sed sinere neq; farmatiis exsoluendo: vel neq; lambificando ⁊c̄. totum pꝫ. Causa aūt hui⁹ totius est hec qm̄ natura pfectā crisiꝫ faciente: aut medicus induceret operationē ꝓuocantem actionē nature: vel ipedientem ipsam. si primū: crisis fit superflua. si secundū fieret diminuta: debet tñ priuatiue operari medicus regimen ordinando ⁊ extrinseca impedimenta ꝓhibendo ⁊c̄.

trꝫ conclusio affo. sit uera arguit̄ ꝙ nō. pmo sic: nunꝙ virtus p se sufficeret facere perfectā crisim. g° semp eget auxilio medici: patꝫ ꝯña: ⁊ assūptum arguitur: pmo fortior est virtus in principio ⁊ augmento ꝙ̄ in statu. sed nunꝙ̄ in principio potest facere pfectā crisim: igitur nec in statu: patꝫ ꝯña ⁊ maior similiter: sed minor colligitur in commento: quia pfectio crisis ꝯsequitur signa digestōis in libro de crisi in pluribus passibus. ⁊ secunda q̄rti ca° 2°. ⁊ pluribus aliis. Cōfirmatur fortior erat virtus tēpore sanitatis ꝙ̄ ipā sit in statu egritudis sed tempore sanitatis nō potuit ꝓhibere aduentuꝫ morbi: igitur tunc nō debet ipm̄ posse expellere: cōsequentia videtur nota cū antecedente. Secūdo ad pncipale sic: natura tēpore sanitatis eget auxilio medici. igitur a fortiori tēpore egritudinis: pꝫ consequētia ⁊ assm̄ similiter: alias eni ars ꝯseruatiua foret vana. Cōfirmatur corp⁹ sanum superflue repletum eget euacuatione per medicū: quia virt⁹ nō sufficit hāc repletionē superfluam remouere per se: sed multo imbecillior est in statu egritudinis ꝙ̄ tunc: igitur ⁊c̄. patet ꝯña cum antecedente. Forte dicetur ꝙ in statu est digesta. Cōtra ponatur hāc repletionē esse sanguineā: in qua nō expectatur digestio. Tertio melius est egrotantē redire velociter ad suam naturalē dispositionē ꝙ̄ tardius: sꝫ medico iuuante naturā velotior erit redit⁹ ⁊c̄. eo ꝙ citi⁹ ꝯplebitur materiei expulsio. Quarto sic se debet habere medic⁹ ad virtutē digerentē materiā: sicut ad eam euacuantē: sed virtute p se sufficiēte ad digerendū materiā: licet medico ipām cuꝫ digestiuo iuuare: vt patet in tertianis ⁊ aliis febrib⁹ salubribus. igitur ⁊c̄. Quinto sic: virtus nō potest iuuatiuū a nocitiuo separare expellendo nociuū ⁊ iuuatiuum attrahendo vel retinendo. igitur ⁊c̄: patet ꝯsequentia ⁊ assūptum pꝫ. quia talis electio vr̄ ad vim cognoscitiuā ptinere aliqualiter. secūdo quia tunc moueret motibus ꝯtrariis: ⁊ ꝓduceret actiones ꝯtrarias: quod nō est rōnabile de virtute agente sine cognitione. Ultimo oīuꝫ natura est operatrix: medicus vero minister. ergo in oībus medicus ministrat nature: ⁊ per ꝯsequens iuuat: patꝫ ꝯña: ⁊ assūptum colligitur tertio tegni. ⁊ prima q̄rti ca° de cibatione febricitantium. Ad oppositūꝫ est ypo. in affo. ⁊ Cōmentator in cōmento. ⁊ Auicē secunda quarti ca° penultimo. ⁊ satis ad principium

In ista qōne pmo premittentur notabilia ⁊ distinctiones. Secūdo ꝯclusiones de quesito. Tertio ad argumenta respondebitur.

Quantum ad primum sciendum est primo: ꝙ hoc nomen crisis ex greco transūptum ē. crisis eni grece latine iudicium: p iudiciū intelligendo illud quod iuriste coiter sniam nomināt: quo. s. iudicio iudex ꝯdemnat reū vel absoluit. sic enim cōiter dicimur nos expectare diem iudicij: qua xp̄s prauos ad penam eternā ꝯdemnabit. ꝓbos autem ad eternam requiē sententiabit. Ex quo patet ꝙ satis methaphorice dicimus aliquā egritudinē esse creticā vel cretice terminabilē. Sumitur aūt h° mō methaphora: sicut enim reum ad mortē ꝯdemnandū: dum eius mortis vel liberationis agitatur iudicium: dicimus ipm̄ crisi ⁊ sententie esse subiectuꝫ qua. s. morte punietur vel a morte liberabit̄: ita in statu egritudinis crisi terminabilis. vr̄ egrotans dubio subiectus iudicio: maxime apud vulgares ⁊ medicū imperitū: qui laudabilē crisim ab illaudabili nescit distinguere. Et quēadmodū in prefato iudicio cōdemnatus tristatur: liberatus vero letatur ita crisi mala existēte: ꝯtristatur ⁊ ꝯturbatur egrotans: laudabili vero letatur. Quare sicut etiam: dū vir prefato iudicio subiectus est: tristatur clamat ⁊ dolet ⁊ auxilium implorat amicoꝝ. ita iste in crisi subiectus medicis ⁊ astantibus se deuotissie recōmittit. sicut eni in snīa legali sunt quatuor maneries psonaꝝ. s. actor accusans: reus: testes: ⁊ iudex. ita in egritudine crisi terminabili sunt quatuor his correspondentia. actor. s. natura morbuꝫ accusans: quia ledit eam. reus aūt est morbus: iudex aūt medicus: quid futuꝝ sit debet sententiare vel pnosticare: testes aūt sunt accidentia: ⁊ sumit̄ hec snīa tertio de crisi. ca° 2° dū inquit. Et cum hec dispositio. s. crisis adest. perducit eū qui vidit hūc virū. s. egrotantē: qui. s. vidēs est de stolidis: ad h° vt assimilet dispositionē eius dispositioni viri iam pmissi ad iudiciū in sanguine cum dicit: eger hic ē in dispositione iudicij quare nominatur ꝓpter hoc hec dispositio crisis. Eadem snīa colligitur primo creticoꝝ ca° pmo dū inquit. Et audies viros dicentes: ꝙ dispositio istius infirmi est dispō viri qui positus est in iudicio corā iudice: qui iudicat super ipꝫ suo iudicio in sanguine: ⁊ sm̄ hanc intentionē positū est nomen eius crisis. Et colligitur eadem snīa quarto cano. fen. secunda. ca° pmo. dū inquit. Crisis intentio est separatio in locutionibus. i. in ciuilibus altricationibus. sepantur eni lites facta crisi: quia litigantes recedunt: ꝯdemnatus quideꝫ tristis alter vero letus. Et ponit exemplū ꝙ virt⁹ sit dominus custodiens castꝝ vel ciuitatē: ⁊ ꝙ morb⁹ sit īpugnator: quia ergo in principio est parua pugna ⁊c̄. vide ibi. Secundo principaliter pmittenduꝫ ꝙ licet natura inꝙ̄tum h⁹ sit agens mere naturale in ordine ad plurimas opationes ab ea ꝓuenientes vt colligitur pma virtutum naturaliū: secundum tñ finis exigentiam suas operationes ꝓducens: naturali ordine pōt secundū finium varietatē varios īmo cōtrarios effectus ꝓducere: ⁊ ad eundem effectum qñq; fortius ⁊ qñq; debilius ꝯcurrere: licet ei ꝯtinue secundū vltimū sue potentie agat cū his vel illis circūstantiis: nō tamē agit simpliciter secundū vltimū sue potentie: hoc aūt alias declaratum est in naturalibus extrinsecis: vt de aqua: quandoq;

fortius qn̄q; debilius resistente: cuꝫ trahitur extra speram suā: quandoq; ascendente: ⁊ quādoq; descendēte: ⁊ sic de aliis. Idē in nostris corpibus: virtus eni motiua cordis ⁊ arteriaꝝ qn̄q; dilatat: quādoq; ꝯstringit cor ⁊ arterias: ⁊ qn̄q; plus ⁊ qn̄q; minus ⁊ quādoq; velotius ⁊ qn̄q; tardius. ¶ Itē virtus restauratiua deperdita carne plus restaurat ꝑ tunc in parte illa: q̄ restaurat in aliis ptibus corporis. ¶ Ex quo patet nō esse mirandum: si virtꝰ naturalis fortius operatur ⁊ pugnat in statu morbi q̄ in principio: ⁊ fortius tēpore egritudinis q̄ tēpore sanitatis: operatur eni directa ab agente infallibili: quia. s. ab intelligentia nō errante. xij. methaphysice cōmento. xviij. ¶ Tertio sciendū q̄ in crisi tria ꝯsiderant. primo actio virtutis in materiaꝫ et seperatio iuuatiui a nocitiuo ⁊ directio nocitiui ad loca expulsionis. Secūdo ꝯsideratur actualis expulsio materie ⁊c̄. Tertio alteratio sequens hanc alterationē euacuationis: per quā infirmus tendit ad salutem. ⁊ fm̄ hoc tripliciter capitur crisis. s. ꝑ cōmotione illa: ꝑ euacuatione: ⁊ ꝑ alteratione: ⁊ potest addi quartum. s. ꝑ aggregato ex his. ¶ Quarto p̄mittendū est: crisim esse duplicē: perfectā. s. ⁊ imꝑfectā: ⁊ hoc de laudabili crisi loquendo de qua in affo. est sermo. Quid aūt sit perfcā crisis in littera pꝫ: ⁊ in cōmento. Imꝑfecta aūt est duplex: quia q̄dam permutationis: quedā euacuatiōis: colligitur hec distinctio secūda quarti. ca° primo ⁊ in comento presenti. ¶ Quinto premittendū: iuuamentum medici esse duplex. s. per se ⁊ p accidens in crisi laudabili. Exemplum p̄mi: vt euacuatio irritatio cuꝫ farmaco ad euacuandū materiā: quam natura se sola nō potuisset expellere: ⁊ alteratio ⁊c̄. Exēpluꝫ secundi vt īpedimenti remotio: virtutis custodia: vel ꝯseruatio ⁊ ꝯfortatio ⁊c̄. ¶ Sexto p̄mittendū est: q̄ licet crisi pfecta existente: merito illius nō remaneat in corpore materia ex ea derelicta rōe cuiꝰ corpori debeatur euacuatio: merito tñ alterius dispositionis in corpore remanentis: potest ī corpore post crisim esse necessitas euacuandi: sicut si febris colerica ⁊ flegmatica in eodem ꝯplicentur: stat materiā colericā cretice cōplete euacuari: adhuc febre flegmatica remanēte: q̄ completa hac crisi: erit necessarium euacuari. ¶ Sensus ergo ꝯclusionis est: q̄ quoꝝ facta est crisis equaliter: nō sunt euacuanda: euacuatione. s. ꝯcernente materiā taleꝫ qualis fuit per crisim pfectam euacuata. ¶ Item nota: q̄ opus medici imaginari possumus esse ꝯueniens: uel postq̄ est pfecta crisis: vel quādo crisis est in fieri: vel quādo est futura fieri. ¶ Ulterius nota q̄ circa crisim duplex est operatio medici. s. generalis: que ꝯsistit in approximatione sex reꝝ nō naturaliū ⁊ sine ea nō potest stare: quia tantū oportet sibi ornare dietam. alia est particularis cōcernens particularem nature opationē: sicut est crisis: ⁊ istaꝫ nō debet iuuare: si sit completa.

Quantum ad secūdum sit hec prima cōclusio: licet natura aliquando se sola possit crisim pfectam ⁊ ꝯpletā facere: aliqñ tamē ad pfecte morbi materiā euacuandam: indiget auxilio medici: p̄ma pars ꝯclusionis patet: quia possibile est virtutē supra materiā euacuādam ꝯplete dominari. igitur patet ꝯña: ⁊ assūptum etiā patet intelligēti. secūda pars pꝫ: sicut eni pfecte potest dominari ita impfecte. igit sicut pfectam ita imperfectā crisim potest facere. ¶ Contra euacuata parte materie: potentior est virtus ad expellendū residuum q̄ prius erat: igitur residuū adhuc potest virtus euacuare: ⁊ per ꝯñs perfectā facere crisim. ¶ Item facta euacuatione ptis materie: virtus habet maiorē ꝓportioneꝫ supra materiā expellendā: q̄ p̄us habebat. igitur pꝫ ꝯsequentia: ⁊ assūptum arguit: quia vel plꝰ minorata est materia q̄ virtus debilitata: vel eque debilitata est virtus: sicut materia paucificata: nō potest poni secundū: vt patet quia crisis esset mala Si primū: patet maioratā esse ꝓportionē: quia maiori ⁊ minori termino equaliter minoratis crescit ꝓportio maioris ad minorē terminū. ¶ Pro isto dr̄ q̄ virtus quandoq; pōt euacuare parte ⁊ nō totum quia licet euacuata parte adhuc dominetur: nō tñ sufficit illam euacuare: ⁊ cum hoc corpus determinate regere ⁊ gubernare: quia etiā debilitata est: vel quia pars remanens nō est equaliter digesta. Et istud ꝯtingit in aliquibus casibus. Primus casus est vbi materia sit etrogenea. ita q̄ subtile eius expellatur ⁊ grossum nō. Secūdus est: vbi natura indiget multitudine spirituū quibus paucificatis non pōt ipm̄ expellere ⁊ tot alias opationes corpori necessarias facere ad quas oportet naturā esse magis sollicitam. ¶ Uel dr̄: q̄ licet crisis sit laudabilis: stat virtutem esse plus ꝓportionabiliter debilitatā q̄ materiā minoratā per viā resolutionis: nō tamē sequitur crisim esse malā quia magnum est secutum iuuamentū ⁊ fortificatio virtutis p viam exonerationis: alias forte aliter dicā. ¶ Secunda ꝯclusio: sequitur q̄ qn̄q; natura impfecte cretice euacuāte aut postq̄ impfecte cretice euacuauerit indiget auxilio medici: patet quia ne corpus incidat recidiuā. ¶ Tertia ꝯclusio: natura cretice pfecte euacuante ⁊ postq̄ cretice perfecte euacuauit: nō debet medicus euacuationē facere ꝯcernentem materiā talem qualis est cretice euacuata. istam ꝯclōnem voluit ypo. in affo. ⁊ Galie. in cōmento. ¶ Ex quo sequit̄ q̄ nō debet etiā aliquā aliam mutationē vel ꝓuocationem inducere vel facere: patet quia vel faceret opationē vel euacuationē ꝓmouentem vel diuertentem. Si primū fieret euacuatio supflua. si scd̄m diminuta. Et hoc argumento vtitur Auic. secunda p̄mi ca° penultimo. ¶ Quarta ꝯclusio: licet ita sit stat tñ crisi completa pfecte adhuc corpus esse euacuandū: patet quia adhuc potest remanere materia euacuanda: puta alia materia ab ista que cretice nō fuit expulsa vt in sexto notabili tactum est. ¶ Quinta ꝯclō: in qualibet crisi pfecta vel imperfecta facta vel fiente debet medicus positiue ⁊ per accidens iuuare naturā. patet quia debet impedimenta remouere: ⁊ virtutē ꝯfortare. ergo ⁊c̄. ¶ Sexta ꝯclō melior: licet in crisi pfecta medicus nō debeat aliquod iuuamentum ꝓprium facere: doꝫ tamē generale iuuamentū facere quod ī omni egritudine debet fieri. s. debite ⁊ ꝯuenienter administrare res nō naturales: vt ꝓhiberi ei latratum canum: ꝓhibere tunc lumen multum. imo claudere fenestras ⁊ nō comedat tunc ⁊c̄.

ad argumenta. ad primũ et secundũ cum suis ꝯfirmationibus patet solutio per secũduꝫ notatum in pmo articulo. quia licet in statu sit materia malignior ⁊ plus imprimens est tamen magis digesta vt expellatur. ⁊ quia est obiectũ cõueniens expulsioni: ideo natura tunc expellit sicut de fetu.

Ad tertium dr̃: ꝙ ceteris paribus melius est ⁊c̃ qualiter nõ est in casu ꝯclusionis affo. quia superflueret euacuatio. Ad quartũ dr̃: negãdo similitudinẽ illam: vt patet nunꝗ̃ enĩ digestio potest esse mala: sed bene euacuatio: vt colligitur supra cõmẽto xij. quia debet fieri in determinato tẽpore. Ad quintum solutũ fuit supra: ⁊ soluitur p secundum notatũ in primo articulo: ⁊ ꝯceditur: eandẽ virtutẽ contrarias operationes secundũ denomiatiõẽ naturaliter ꝓducere: vt patet de virtute vitali ⁊ naturali. Ad vltimũ cũ dicitur. natura opatrix: dr̃ illud intelligendũ vbi medic⁹ ⁊ natura coicant: medicus aũt minister est: natura vero principale operans: vel sicut minister nõ semp iuuat dominum: sed stat secum vt iuuet quãdo oportet: ⁊ dimittat facere illum qñ oportet: ita medicus frustra auxiliatur quando natura potens est de se.

Utrum si constet medico de impfectione crisis: medicus debꝫ iuuare naturã in euacuando. Arguit ꝙ nõ. primo: quia si nõ sufficit principale agens: nõ sufficit secundariũ vel instrumentale.

Secũdo vel crisis imperfectio est ꝓpter virtutis debilitatẽ: vel ꝓpter inobedientiã: sed nullo mõ ergo. Tertio crisis nõ aduenit nisi in statu: sed tunc nõ est euacuandũ: quia silentiũ habere oportꝫ ⁊ quia tunc est maxima pugna. Quarto fortius grauatur virtus ⁊ debilitatur a farmatia soluente hora crisis ĩperfecte: ꝙ̃ a cibo: si tunc exhiberetur sed tunc a cibo exhibito ĩpeditur a crisi. igitur ⁊c̃.

ad oppositum est sententia afforismi.

Primo nota ꝙ in crisi imperfecta: quãdoqꝫ stat virtutis debilitas: qñqꝫ virtutis fortitudo. Secũdo nota: ꝙ in crisi impfecta virtus potest dici debilis: aut respectu materie expellende. quia. s. sit ĩobediens vel ꝙ̃titate grauans: aut respectu euacuationis tollerande. Exempla satis patent. Tertiõ nota ꝙ bonitas euacuationis cõprehenditur ex sex ꝯditionibus. prima est qualitas. secunda quãtitas. tertia tempus. quarta locus a quo ad quẽ p queꝫ fit euacuatio. quinta tollerantia. sexta ꝯferentia.

Tertio nota: quod hic verus appetitus potest esse perseuerans et non perseuerans: ad propositum debet intelligi de perseuerante. Et causa est: quia contingit quandoque conualescentem primo appetere: deinde appetitum cadere: propter humorum crescentiam aut malignitatem acquisitam: quandoque autem contingit econtra. s. primo non et postea appetere: propter calorem continue fortificari: quandoque autem contingit ipsum continue appetere: et de hoc in proposito est sermo: sed in sequenti conclusione est sermo de continue non appetente. Quarto nota: quod quattuor possunt esse cause: propter quas huiusmodi conualescentes non resumuntur: prima nimia quantitas cibi assumpti: propter quod non potest calor naturalis ipsum conuertere: et hoc posito quod cibus sit debite qualitatis. secunda humores multi siue in quanto siue in quali peccantes: contenti in stomaco epate uel in venis: impedientes debitam actionem caloris in nutrimentum. tertia causa potest esse nimia stomaci debilitas: vnde non sufficit cibum debite conuertere: vel etiam nimia epatis debilitas. quarta potest esse debilitas caloris innati in omnibus membris: propter quod non sufficiunt sibi conuenienter nutrimentum assimilare. Ad propositum. prima causa respicit veram conualescentiam. secunda non vt patet: que enim relinquuntur in morbis post crisim subuersionem facere consueuerunt: sed tertia et quarta possunt reduci ad primam vt statim patebit.

Quinto nota quod quantitas cibi potest dici amplior aut absolute: aut respectu eius quod per nutrimentum est restaurandum: aut in comparatione ad calorem naturalem debentem nutrimentum conuertere: et assimilare. Ad propositum tertio modo loquitur ypo. non autem primo modo vel secundo modo. Ex quibus omnibus patet causa uerificans conclusionem: quia si corpus vere conualescens fuerit: de quo est sermo in hac prima conclusione: et habeat verum et naturalem appetitum: et cibum assumat et non resumatur: signum est: quod uirtus non potest sufficienter cibum immutare etc. et cum hoc non sit ratione qualitatis: cum qualitas ponatur laudabilis: erit ratione quantitatis eius scilicet in comparatione ad calorem debentem conuertere etc. Ex quo sequitur: quod in vero conualescente non est verus appetitus digestiue virtuti proportionatus propter membra enim multum esse in ipso inanita magna fit ab eis attractio a venis et venarum ab epate: et per consequens fortis in eo causatur appetitus: et tamen in ea digestiua virtus valde est debilis: igitur etc.

si uero non accipiat

Secunda conclusio afforis. est ista: quod si aliquod corpus exiens egritudinem accipiat cibum non cum appetitu: et ex illo non resumitur: signum est tale corpus euacuatione indigere. probatur quia signum est: quod hoc corpus non est sufficienter euacuatum: sed quod adhuc alique praue materie remanserunt: que euacuatione indigent. igitur etc. patet consequentia et assumptum similiter. Primo nota vt tangitur in commento: quod per corpus cibum accipiens tactum in prima conclusione: intelligi debet corpus cum appetitu: et iste fuit vsus antiquorum asianorum. unde per corpus non accipiens cibum in secunda conclusione debet intelligi sine appetitu. Secundo nota vt habetur ab Auicenna secundo can. fen. secunda capitulo de regimine conualescentium. Conualescentia est duplex. s. vera et non vera. vera conualescentia est dispositio per quam tendit corpus ad pristinam sanitatem: sine aptitudine ad recidiuam per dispositionem quam habet: non vera est egritudinis actualis remissio ad lesionem insensibilem: cum quadam tamen intrinseca aptitudine ad recidiuam. Ad propositum in prima conclusione est sermo de vera conualescentia: in hac vero secunda de non vera: que potius est neutralitas decidentie quam conualescentie: est tamen neutralitas conualescentie secundum apparentiam: et est secundum manifestam virtutis fortitudinem. Tertio nota quod hoc totum debet intelligi de conualescentia ab egritudine materiali et de repletione: non autem ab egritudine immateriali vel de inanitione: notum est enim: quod in tali non competit huiusmodi euacuatio

Quarto nota quod per euacuationem in proposito intelligere debemus non solum farmaciam aut flobothomiam sed etiam diete attenuationem: talis enim potest etiam euacuatio appellari. Quinto nota quod appetitus conualescentis minoratur aut cadit propter multas causas. quarum prima est debilitas stomaci: aut maxime oris stomaci. secunda est multitudo humoris in stomaco. tertia est debilitas attractiue epatis. quarta est multitudo humorum in toto superhabundantium. quinta debilitas virtutis et paucitas caloris in toto: et maxime in stomaco: colligitur hec secunda quarti capitulo de cibatione

conualescentium. ¶ Ex quibus hoc modo colligit causa verificans afforismũ. Conualescens enim aut nõ appetit propter primam causam: ꝛ tunc licet nõ appetat si recipit tamen ex illo resumitur: aut propter secundam: ꝛ tunc euacuatione indiget: aut ꝓpter tertiam ꝛ tunc non est apparenter conualescẽs cum notabili fortitudine: de qua est sermo in ꝓposito ꝛ cetera.

Queritur utrum secunda conclusio affo. sit vera: Arguitur ꝙ nõ quia possit esse deiectio appetitus propter debilitatem caloris innati ꝛ membrorum attrahentium. ¶ Soluitur ꝙ si esset tanta debilitas nõ esset corpus neutrum. Et si ponatur ꝙ propter malam complexionem oris stomaci si dabitur resumetur. Tertium dubium vtrum corpora conualescentium sint euacuanda flebothomia ꝙ nõ quia sunt pauci sanguinis. ¶ Prima cõclusio vere conualescentia non sunt euacuanda flebothomia vel farmaco exoluente ꝛ hoc merito dispositionis huius a qua dicuntur conualescentia: licet bene clisteri lenitiuo aut tali. Secũda conclusio nõ vere conualescentia sunt euacuanda: licet etiam aliquando cũ debito ordine possit satisfieri. ¶ Ad argumenta patet solutio.

Utrum prima conclusio affo. sit vera. Et arguitur ꝙ nõ. primo possibile est appetitiuam stomaci fore intensam propter malos humores existẽtes in eo. igitur ꝛc. patet consequentia: quia tunc non erit signum amplioris cibi: sed potius humoꝝ frigidorum ꝛ ce. ꝛ assumptum similiter. Secundo possibile est aliquem conualescentem minus appetere ꝙ debeat: ꝛ ad huc minus de cibo assumere propter quod non resumeretur. igitur ꝛc. patet cõsequentia ꝛ assumptum similiter. ¶ Tertio possibile est talem hominem habere epar opilatum aut debile: aut virtutem attractiuam membrorum ꝛ digestiuam debilitatam: propter quod non obstante ꝙ cibus nõ sit nimie quantitatis: nõ resumeretur: igitur ꝛc. patet consequentia ꝛ assumptum simili. Quarto: possibile est in toto praue qualitatis habundare humores: vel saltem in venis impedientes debitam resumptionem corporis: licet tamẽ appeteret: igitur ꝛc. patet consequentia ꝛ assumptum similiter. ¶ Quinto impossibile est aliquem esse vere conualescentem: ꝛ sensibiliter plus appetere ꝙ digestiua virtus possit immutare. igitur pꝫ consequentia ꝛ assumptum probatur: sequitur enĩ sensibiliter appetit plus ꝙ potest digere aut ꝙ tempore sanitatis. igitur est eger nunc: cum ista actio que est appetere sit sensibiliter lesa. Et ex alio tale est corpus neutrum. igitur non sensibiliter lesum.

Ad oppositum est hypo. in afforismo ꝛ commentator in commento. ¶ Nota vt circa litteram tangebatur: ad veritatem prime conclusionis requiruntur alique conditiones. prima ꝙ corpꝰ sit vere conualescens. secunda ꝙ appetitus sit perseuerans ꝛ naturalis. tertia ꝙ cibus qui offertur sit qualitatis ꝛ quantitatis debite. quarta ꝙ sit conualescens ab egritudine materiali. ¶ His premissis sit hec prima conclusio: ꝙ conclusio afforismi ẽ vera cum illis conditionibus vt patet: ꝛ circa litteraꝫ tangebatur ꝛ arguebatur.

Ad argumenta ad primum dicitur ꝙ in casu isto non est verus et naturalis appetitus ¶ Ad secundum potest dici: ꝙ iste appetitus nõ est perseuerans: cum citius sedetur ꝙ oportet. Aliter vt commentator in commento notat: ꝙ debet intelligi conclusio si corpus conuenientem quantitatem cibi assumat: respectu eius quod est restaurandum ¶ Aliter ꝙ iste appetitus non potest esse diminutus nisi vel quia relicta est aliqua ꝓportio materie et sic non est vere conualescens: vel propter malam qualitatem relictam in ore stomaci: ꝛ hec est noua egritudo. Ad tertium dicitur ꝙ epate existente opilato: non stabit vere appetitus: sicut enim impediet opilatio epatis nutrimenti attractionem: ita suctionem ab ore stomaci: que est motus necessario concurrens ad famem. ¶ Aliter ꝙ iste nõ erit vere conualescens: habens vero calorem debilem ꝛc̃ licet nõ recipiat plus de cibo ꝙ sit ꝓportionale restaurando: sumitur tamen plus ꝙ sit proportionale virtuti resumptiue. Ad quartũ dicitur ꝙ iste non est vere conualescens. ¶ Ad quintum dicitur ꝙ absolute concedendo antecedens appetit plus ꝙ possit immutare si in vice vnica exhibeatur. Si tamen exhibeatur debito modo appetit tantum quãtum potest immutare. Aliter conceditur ꝙ appetitus non est simpliciter naturalis.

Corpora ubi quis uult purgare oportet fluxa facere.

Istius affo. conclusio est ista: volentem corpus conuenienter purgare: ꝑus oportet id euacuationi preparare. probatur sic: quia ex corporis preparatione redditur euacuatio talis: ꝙ confert ꝛ eam bene fert infirmus: ꝛ ex nõ preparatione sequuntur opposita: quia scilicet nec euacuatio confert: nec eam bene tollerat infirmus igitur conclusio vera: patet consequentia ꝛ assumptum inferius patebit. ¶ Primo nota vt alias habitum est: purgatio proprie debetur peccato qualis: quia igitur soli humores peccantes in quali sunt ꝑparandi anteꝙ euacuentur: ideo dixit notanter purgare. Ex quo patet: ꝙ nõ est intelligendum: vbi esset peccatum solius quanti: vel materie in cuiꝰ euacuatione non sit digestio expectanda. ¶ Secundo nota. ꝙ humores euacuandi quandoqꝫ dant nobis inducias digerendi ꝛ preparandi anteꝙ euacuentur: ꝛ quandoqꝫ non. exemplum secundi vt quãdo materia fuerit furiosa: aut quantitate sua nimia suffocatiua. exemplum sicut quando est neutꝝ istorum. Ad ꝓpositum debet intelligi affo. in secũdo casu scilicet quando nec materia est furiosa nec quantitate sua suffocatiua. ¶ Tertio nota ꝙ ex euacuatione materiei ante digestionem sequuntur tria nocumenta principaliter. primum ꝙ multuꝫ de iuuatiuo euacuatur. secundum est: ꝙ impeditur digestio materiei remanentis: quia debilitatur vĩtus

⁊ magis permiscetur materia maligna cum innatiua: ꝙ erat prius permixta: tertium: quia materia que non erat prius maligna: sed erat benigna: efficitur maligna. Adhuc autem sequuntur alia nocumenta: que tangit commentator in commento: scilicet angustie propter fortem agitationem quam faciet virtus in expellendo: ⁊ etiam propter innatiui euacuationem: ⁊ vertigines propter effumationem ⁊ agitationem etiam materie ⁊ euaporationē ad superiora: ⁊ per idem inordinatio pulsus. Ex quo patet affo. verificatio. Si ante purgationem corporum ⁊ humorum preparatio: non sequuntur nocumenta iam dicta: ⁊ si non fiat preparatio: ipsa sequuntur. ideo ꝛc̄. Quarto nota ꝙ per corpora fluxa facere intelligit in ꝓposito ypocras: vt cōmentator exponit: materias euacuandas digerere ⁊ vias ⁊ loca expulsionis preparare: siue euacuationi apta reddere: ⁊ sic attendenda sunt duo. s. ex parte corporis ⁊ ex parte materie. Quinto nota ꝙ per digestionem in ꝓposito nihil aliud intelligere debemus: ꝙ equationem humorum: per quam redditur humor virtuti obediens in sua expulsiōe.

Ex quo patet: ꝙ cum quattuor modis reddatur humor virtuti inobediens in sua expulsione: scilicꝫ ratione sue grossitiei: ratione viscositatis: subtilitatis: ⁊ adhuc caliditatis vel frigiditatis. Quattuor modis fit preparatio. primo subtilando quod grossum est cum calidis ⁊ subtiliatiuis. secundo incidendo viscosum. tertio subtile inbibitum ingrossando ꝛc̄. ⁊ hec omnia attenduntur ex parte materie euacuande. Ex parte vero membri siue corporis per quod fieri debet expulsio: est sola apertio ⁊ deopillatio: ⁊ si volumus fluxum ventris ꝓuocare: prius administrabimus lene enema leniuum: consequenter dabimus laxatiuum. Ultimo nota: ꝙ iste affo. differt ab illo. Digesta medicari: quia est vniuersalior: ibi enim solum tangitur materie preparatio: hic autem corpis ⁊ materie: ⁊ similem sententiam ponit Auicenna primo quarta de regulis cōmunibus fluxui vētris ⁊ vomitui: ⁊ est vtilis tam in actu curatiuo ꝙ preseruatiuo. Et ampliatur non solum ad euacuationem communem: verum etiam ad quascunqꝫ fortes operationes: ante quas debet antecedere corporis preparatio: cū operationibus leuioribus ꝛc̄.

on pura corpora quantū cunqꝫ magis nutrics magis ledes.

Conclusio affo. est hec. ꝙ corpora non pura quāto magis nutriuntur: tanto magis leduntur. ꝓbatē sic: quanto ipā magis nutriuntur: tanto fiunt magis nō pura. igitur ꝛc̄. patet consequentia ⁊ assumptum: cibus enim conuertitur secundum qualitatē corporis cui occurrit: cum sua operatio sit solum a materia. igitur ꝛc̄. Primo nota: ꝙ possunt esse corpora non pura: vel ratione peccati qualis vel quanti: hic autem est sermo de non puris primo dictis: licet etiam possit ampliari ad corpora in quibꝰ etiam est peccatum solius quanti: vt satis patet intelligenti. prima dicuntur ratione peccati qualis chacochima: nam chacos grece latine turpe: ⁊ chimus idem est ꝙ humor: inde chacochimus. i. turpis humor ꝛc̄. secunda uero dicuntur plectorica.

Secundo nota ꝙ corpora non pura possunt esse actu egra: aut neutra nunc decidentie: in quibꝰ sūt humores parati faciliter putrescere: ⁊ de omnibus his verum est: ꝙ quanto ꝛc̄. vt patet. Tertio nota: ꝙ nutricatio corporis est duplex: quedam resumptiua ⁊ est per quam virtus ⁊ corporis plenitudo augetur: quedam est solum virtutis custodiua. Ad propositū hic intelligitur de prima: corporibus enim talibus non debetur magna resumptio: sed potius euacuatio vt satis patet. Quarto nota: ꝙ cibus est duplex: quidam absolute cibus qui dicitur cibalis: ⁊ iste ingrediens corpus nostrū in ipō solum operatur a materia. Quidam vero ē cibus medicinalis: ⁊ est ille qui corpus humanum ingrediens: non solum a materia operatur: sed etiā a qualitate: vt lactuca portulaca ⁊ huiusmodi.

Ad propositum corpora non pura non sunt cibāda cibis pure cibalibus: sed solum medicinalibus: habentibus humorum malam qualitatem corrigere: ⁊ ipsorum corruptioni resistere: nec solum hoc verum est in corporibus vbi est humorum corruptio: sed etiam vbi foret mala complexio sine materia: vt in ethica ⁊ huiusmodi. Quinto nota ꝙ impuritas corporum quandoqꝫ est in toto: quandoqꝫ est in membro distribuente nutrimentum toti: aut toti nato cōicare suum nocumentum: vt i stomaco epate cerebro ꝛc̄. Quandoqꝫ autem in membro particulari: cuius nocumentum non aptum est toti cōmunicari. de prima verum est ⁊ etiam secūda: licet possit ampliari ad tertium: de particulari nutricatione illius membri non puri. Sexto ex dictis collige: ꝙ nocumentum ex cibo potest contingere dupliciter. s. ex causa extrinseca: sicut ex qualitate cibi mala prima vel secunda: vel forma specifica eius: vel quantitate: vel tempore: vel ordine ꝛc̄. quandoqꝫ ex causa intrinseca: vel ratione male qualitatis vel complexionis corporis siue cuꝫ materia siue sine materia: ⁊ hic de secundo nocumento est sermo. Et similem sententiam huic colligere potestis de mente Galie. in tertio tegni. ⁊ ē vtilis tam in actu preseruatiuo ꝙ curatiuo: ⁊ ampliatur ad omnia corpora egra ⁊ neutra ratōne corruptionis humorum: vel etiam ratione male qualitatis: quia talia non sunt pure nutrienda: posset etiā āpliari ad corpa valde lapsa naturaliter: vt valde colerica vel melancolica ꝛc̄.

ueritur utrum corpora non pura sint nutrienda.

Arguitur ꝙ sic primo auctoritate Auicen. primo tertia ca° de regimine eius quod cōmeditē ⁊ bibitur: vbi ad litteram vult: ꝙ sepe competit ei in cuius corpore humores habundāt corrupti: vt rem bonam largiter comedat. Secundo humorum corruptioni necessaria est restauratio cum temperamento: vt in illo cōmento: ⁊ quibus semel aut bis. Tertio quandoqꝫ in tali corpore est virtus debilis. Quarto quia corpora leprosa ⁊ scabiosa sunt nutrienda. Quinto quia potest ille

cibus humorum corruptioni contrariari. ¶ Sexto per nutricationem restauratur virtus. igitur ꝛc.

ad oppositum est afforismus et eius verificatio. ¶ Primo notandum: ꝙ corpora non pura sunt duplicia: scilicet chacochima ꝛ plectorica.

Secundo nota: ꝙ nutricatio est duplex quedam pure resumptiua: ꝛ quedam non: sed cum hoc alteratiua: in quo differant patet. ¶ Prima conclusio est hec: corpora plectorica non sunt nutrienda nutricatione pure resumptiua: probatur quia adderetur in plenitudinem: ꝛ probatum est in afforismo. In exercitantibus. Secunda conclusio: talia corpora non sunt omnino sine cibo dimittenda: patet quia alias fierent chacochima. ¶ Tertia conclusio corpora chacochima non sunt cibanda cibatione pure resumptiua: patet quia adderetur in chacochimam ꝛ hoc cum cibatione electa. Quarta conclusio: ꝙ electiue hec sunt nutrienda nutrimento alteratiuo: patet quia nutrienda sunt nutrimento corruptionis prohibitiuo. ¶ Quinta conclusio: ꝙ quandoque coacte ꝛ non regulariter cibanda sunt nutrimento resumptiuo. Ex quibus patet solutio argumentorum.

Facilius est repleri potu quam cibo.

Conclusio affor. est ista: facilius est corpora repleri vel resumere potu ꝙ̄ cibo. Hec conclusio probatur sic: potus est facilius digestibilis: ꝛ in corporis substantiam conuertibilis ꝙ̄ cibus. igitur conclusio vera. patet consequentia ꝛ assumptum satis inferius patebit. ¶ Primo nota ꝙ potus sumitur dupliciter. primo modo communiter ꝛ indifferenter pro qualibet re absque masticatione deglutibili: ꝛ sic non sumitur hic. Secundo modo. sumitur pro re deglutibili sine masticatione multum nutritiua: ꝛ in substantia equaliter spissa: sicut lac uinum vernacium oua sorbilia ꝛ huiusmodi: ꝛ sic sumitur in proposito. Secundo nota: ꝙ cibus etiam sumitur dupliciter. primo pro qualibet re que corpus nostrum ingrediens: in eo operatur a materia: ꝛ sic non sumitur hic. ¶ Secundo sumitur pro qualibet re que corpus nostrum ingrediens ꝛc. ꝛ cum hoc est substantie solide non deglutibilis: scilicet absque masticatione: ꝛ sic sumitur hic in proposito: vt sit sensus affo. ꝙ corpora facilius resumuntur ꝛc ꝛ re nutriente absque masticatione deglutibili: ꝙ̄ non deglutibili absque masticatione. ¶ Tertio nota ꝙ ex hoc dicimus aliquod nutrimentum faciliter corpus replere: prout in proposito spectat: quia a calore nostri corporis faciliter digeritur: ꝛ membris nostri corporis secundum plurimas eius partes assimilatur: vt oua sorbilia: quia enim a calore naturali faciliter vincuntur: ꝛ transmutantur in substantias membrorum: ꝛ ipsorum pauce partes remanent non conuerse ꝛ assimilate: quia scilicet pauce superfluitates transeunt: dicimus ipsa faciliter replere corpora nostra: ꝛ dixi notanter secundum plurimas partes ꝛc. quia licet lactuca faciliter a calore nostri corporis transmutetur ꝛc. quia tamen multe sunt partes eius: que sub forma superfluitatum remanent: non dicimus corpora faciliter lactuca repleri. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ non valet illud argumentum: hic cibus faciliter in substantiam corporis nostri conuertitur. igitur facilius eo repletur corpus sed oportet addere istam aliam clausulam: que ponebatur in descriptione. Ex quibus patet causa verificans afforismum: eo ꝙ res multum nutritiua liquida absque masticatione deglutibilis facilius a calido nostri corporis patitur: ꝛ secundum plures eius partes a calido obtinetur: vt conuertatur ipsa secundum plures partes eius in substantiam membrorum ꝙ̄ res solida non absque masticatione deglutibilis. ideo ꝛc. ¶ Quarto nota: ꝙ afforismus debet intelligi de corporibus resumptione indigentibus: vt neutra conualescentie: in quibus cibaria mollia ꝛ facilia sunt apta bene digeri ꝛ conuerti: quare ante hoc adiunctum fuerit: patebit infra: ꝛ similem sententiam ponit Auicenna quarto secunda capitulo de regimine conualescentium. ꝛ primo tertia capitulo de regimine eius quod comeditur ꝛ bibitur: ꝛ est vtilis in actu resumptiuo. Docet enim nos in repentinis casibus virtutis: quibus debeamus virtutem subito releuare: ꝛ conualescentia corpora cito resumere. Et ampliatur non solum ad potus cibis comparatos: sed etiam ad cibos liquidiores vel minus duros aliis comparatos.

Utrum afforismus sit uerus

Arguitur multipliciter ꝙ non: primo corpora habentia stomacos calidos non facilius potibus replentur: ideo questio falsa: patet consequentia: ꝛ assumptum: quia in stomaco calido cibaria facilis digestionis corrumpuntur. vt vult Galienus secundo tegni capitulo de signis discrasie calidi stomaci: corrumpuntur enim in eo facile mutabilia. hoc etiam voluit Auicenna iii. tertii capitulo de signis malitie complexionis calide stomaci. Confirmatur quia in stomaco preter naturaliter calido cibaria liquida corrumpuntur ꝛ in fumositatem conuertuntur ꝛ cete. ¶ Secundo maior est conuenientia siue similitudo cibi ad membrum: ꝙ̄ potus ad membrum: sed in habentibus simbolum facilior est transitus. igitur ꝛc. patet consequentia: ꝛ maior ꝛ minor est phylosophi secundo de generatione: ꝛ Auicenna primo secunda capitulo de signis complexionum ad litteram dicentis: conuersio in genere proportionali facilior est: igitur facilior erit conuersio cibi in membra ꝙ̄ potus.

Tertio sequitur ꝙ eisdem cibariis conuenienter omnia corpora nutrirentur: consequens est falsum ꝛ consequentia tenet. si omnia corpora facilius ꝛc transmutant ꝛ falsitas consequentis patet. alii enim cibi colerico ꝛ alii flegmatico sunt competentes. ¶ Quarto necessario per tot transmutationes potus transit membra debens nutrire sicut cibus. igitur non facilius: consequentia videtur nota: ꝛ assumptum

satis patet: cum omne debens nutrire: transeat per tres digestiones tertio complexionum capitulo secundo ad principium. Quinto ad hoc vt potus conuertatur in membrum necessario sibi maior acquiritur dispositionum latitudo: q̃ ad hoc vt cib⁹ conuertatur in membrum vel partem membri: sꝫ acquiritur facilius minor q̃ maior latitudo. ideo ⁊c. patet consequētia ⁊ minor: ⁊ arguitur maior quia maiori latitudine acquirendarum dispositionum distat potus a membro q̃ cibus: cuꝫ potus sit rarus ⁊ membrum spissum: potus fluidus: ⁊ membrum constans vel solidum: sicut est etiam cibus. Similiter ⁊ difficilius est rarum spissare q̃ spissum amplius inspissare: sed potus est rarus: ⁊ cibus spissus. ideo ⁊c̃. sed non conuertitur nutrimentuꝫ nisi per inspissationem quoniaꝫ omnis digestio ingrossādo procedit quarto metheoroꝝ. ideo ⁊c. Sexto cibaria grossa sunt magis confortatiua vt aui. primo tertia capitulo de regimine eius quod bibit̃ ⁊ comeditur. ideo ⁊c̃. Ultimo pro ista facit auctoritas Galie. primo alimentorum capitulo de lupinis ad litteram sic dicentis. Que enim humida consistentiis vel hũidiora modicuꝫ dant nutrimētū corporibus ⁊ celeriter euaporans ⁊ euanescens. Pro isto facit auctoritas Damascẽi in suis affo. dicentis animal nutritur per frigidum ⁊ siccum: viuit autem per calidum ⁊ humidum.

Ad oppositum est ypocras et commētator ⁊ ysaac in dietis particularib⁹ capitulo de vino. In questione erunt duo articuli. in primo videbitur de principali quesito. In secundo videbitur de diuersitate repletionis corporum diuersorum ⁊ nutrimento humido vel sicco.

Quantum ad primum sciendum primo: vt habet videri primo prima doctrina de uirtutibus. q̄ nutricatio non est aliud q̃ conuersio nutrimenti in substantiam nutriti ⁊c. Et primo virtutum naturalium capitulo sexto est assimilatio nutrientis ad nutritum: cui nutricationi virtus digestiua deseruit cum digestio sit nutrimenti alteratō ⁊ preparatio: vt conuertatur in substantiam nutriti. Ex quo patꝫ q̄ omne faciliter digestibile: est faciliter nutritiuum. Et hoc secundum actum nutritiue virtutis: qui scilicet est appositio unio ⁊ assimilatio: vnde de virtute digestiua primo prima doc de virtutibus. capitulo de virtutibus ministranti bus. Et tertio virtutum naturalium capitulo pmo dicitur q̄ digestiua est illa que quod attraxit attractiua ⁊ retentiua retinuit in essentiam: aptam virtutum in ea permutationem facientium operatiōi conuertit: ⁊ cōplexioni que permutationi nutriētis in effectu est competens. Secundo sciendum est ex dictis circa litteram: illud nutrimentum appellari facile replere uel resumere quod faciliter conuertitur ⁊c̃. Et hoc secundum plurimas eius partes: econtra autem dicitur non faciliter sed difficulter replere: vt facilitas repletionis ex parte nutrimenti attendatur: penes aptitudinem ipsius nutrimenti: vt secundum plurimas eius partes in membrorum substantiam conuertatur. Et dixi notanter ex parte cibi vel nutrimenti: quia ex parte corporis nutriendi penes aliud attenditur: vt satis patet. Tertio sciendum est: q̄ tam cibus q̃ potus acceptus vt in proposito: est duplex quia quidam est solū a materia operans: ⁊ quidam a materia ⁊ qualitate.

Quarto sciendum q̄ in substantia rara ⁊ fluida facilius fit impressio ab agente naturali: q̃ densa ⁊ solida: ⁊ hoc satis manifestum est. Ex quo patet facilius esse calori naturali ceteris paribus transmutare rem subtilem q̃ grossam. Ultimo nota: q̄ quanto nutrimentum a calido naturali est magis passibile: tanto ceteris paribus secundū plures partes eius est aptum assimilari substātie membrorū.

Tunc sit prima conclusio: pot⁹ ⁊ cibaria liquida ceteris paribus facilius digeruntur q̃ solida. Et dico notanter ceteris paribus: quia cum liquiditate ciborum posset coniungi aliqua alia qualitas cōuersioni multum repugnans. probatur conclusio sic: potus ⁊c̃. minus resistit calori naturali digerenti ⁊ transmutanti ⁊c̃. patet consequentia ⁊ antecedens similiter. Secunda conclusio: potus ⁊ cibaria liquida facilius nutriunt q̃ solida ceteris paribus ꝓbatur quia facilius digeruntur: igitur facili⁹ nutriunt. Tertia conclusio est: q̄ ceteris paribus secundū plures partes digeruntur ⁊ nutriunt pot⁹ ⁊ cibaria iam dicta: q̃ solida. ꝓbatur: quia min⁹ resistunt calori digerenti ⁊c̃. Correlarium ex quo sequitur plures superfluitates residere ex digestione solidoꝝ ceteris paribs. Quarta conclo facilius replentur corpora apta cibariis facilis digestionis repleri: potu ⁊ cibis liquidis q̃ solidis: patet ex dictis. Istam conclusionem voluit ypoc. ⁊ Galie. Ultima conclusio licet ita sit: stat de aliquo oppositum: vt patet in deductione argumenti primi.

Quantum ad secundum articuluꝫ sciendum primo: q̄ corporum quedam dicuntur humida: quedam sicca. Item nutrientium quedaꝫ dicuntur eodem modo. s. quoddam humidum ⁊ quoddam siccum. Et per nutriens humidum in proposito non intelligo nutriens aptum conuerti in parteꝫ substantificam humidam: sed intelligo nutriēs humidum: i. liquidum. econtra per siccum solidum

Secundo sciendum q̄ quantum ad faciliter nutrire: possumus comparare nutrimentum humiduꝫ corpori nostro humido ⁊ similiter sicco: econtra autem nutrimentum siccum corpori humido ⁊ corpori sicco. Tunc sit prima conclusio ista. nutrimentum humidum nutrit tam corpora humida q̃ sicca ⁊ humidum facilius q̃ siccum: patet ex dictis in primo articulo. Ex ista conclusione sequitur: q̄ ñ quelibet similitudo maior actualis siue ꝯuenientia inter aliqua: arguit inter illa faciliorem transmutationem fore: sed maior similitudo virtualis que nō est aliud: q̃ maior aptitudo patiendi huiusmōi ab illo: est illa que arguit faciliorem transmutatōꝫ

Secundo ex dictis inferri potest intellectus Galieni secundo de accidenti dicētis iuuenes ⁊ pueros esse pares in humidis digerendis: quod quidē veꝝ

est non punctualiter: sed ad istum sensum: q̄ vter q̄ faciliter digerit humida in comparatione ad sicca. ¶ Secunda conclusio est: q̄ humida nutrimenta facilius nutriūt corpora humida q̄ sicca ceteris paribus: egent enim in eis transmutatione minori

Tertia conclusio sequitur q̄ sicca in aliquo corpore sicco. facilius digeruntur q̄ in humido: ⁊ in aliquo minus: patet quia facilius nutriunt iuuenes propter calidum esse in ipis acutius: q̄ in pueris ⁊ senes difficilius. ¶ Quarta conclusio potest probabiliter poni: q̄ ceteris paribus semper nutrimēta humida facilius nutriunt corpora humida q̄ sicca ceteris paribus: patet cum videantur in eis indigere transmutatione minori. Ad argumenta ad primum quid sit dicendum patet per vltimam conclusionem primi articuli. ¶ Ad secundum dicitur: q̄ licet sit maior conuenientia formalis: non tamen ē maior conuenientia virtualis. Ad tertium dicit q̄ pro simplici nutricatione ⁊ conseruatione fienda per nutrimentum: eadem omnibus competunt cibaria vt satis patet. ¶ Ad quartum negatur consequētia. quelibet eni transmutatio per quā pot⁹ trāsmutatur est facilior ⁊ velotior q̄ correspondens p quam transmutatur cibus solidus: nam cū volumus cito restaurare damus vinum vernatium et oua sorbilia. Et ad quintum dr̄: q̄ aliqñ alicui acquiritur facilius maior latitudo q̄ alteri minor: facilius eni stuppa inflāmat̄ q̄ ferꝝ fit tepidū: vbi tñ cetera sint paria: difficili⁹ semper acquiritur maior q̄ minor latitudo. ¶ Ad ꝯfirmatōne negēt q̄ grossū facilius ingrosset: imo aliquod subtile est facilius ingrossabile: quia est magis subtile: ⁊ p ꝯñs facilius subtile a grosso sepabile: ⁊ per ꝯñs facilius reduci pōt ad mediocrem modū substantie. Ad sextū dr̄: q̄ cibaria grossa sunt magis ꝯfortatiua i. dantia nutrimentū magis ꝯstans ⁊ resistens resolutioni. ¶ Ad septimū dr̄ silr̄ q̄ sunt pauci nutrimēti. i. paꝝ solidi qđ ꝯsueuerūt medici antiquitus appellare modice substantie. Alr̄ q̄ li ⁊ stat expositiue ⁊ est sensus q̄ cibaria humidiora modicū dāt nutrimentū corpibus: ⁊ p. i. celeriter euapcratur ¶ Ad auctoritatē Dama: dr̄ q̄ queadmodū virt⁹ generatiua ex pte subtiliori semis generat spūs ex grossiori mēbra: sic nutritiua ex parte subtiliori resumit spūs ⁊ ex grossiori mēbra q̄ ps grossa respcū spūum est fria ⁊ sicca: voluit ergo q̄ nutrimentum nō est frīm ⁊ siccū absolute: sed in ꝯpatione ad calidū naturale: puta spm̄ quo effectiue viuimus.

Quia galienus in ꝯmēto huiꝰ affo. facilius est repleri ⁊c̄. dicit q̄ iueniunt̄ quedā vina q̄ sūt aque in sua nā vicina: iō posset aliquis dubitare: quis oē vinū est calidū ⁊ humidū ergo ꝯtrariatur dispōnibus aq̄: que est fria ⁊ hūida: nō igitur ē aliqđ vinū aq̄ in sua nā vicinū. Et ꝯfirmatur. q̄a si sic esset tunc illud vinū nō esset vrine ꝓuocatiuū: c⁹ oppo^m Galie. in cōmento dicit: ⁊ pbat ꝯñs: quia q̄cūq̄ sūt vrine ꝓuocatiua: sūt calida apperientia ⁊ subtiliantia: mō fria nō sunt huiusmodi. iō ⁊c̄. Ad h⁹ litterale dubiū rn̄de iꝯcedendo dcm̄ Gali. vñ de fcō repiunt quedā vina alba: q̄ sūt limpida clara ⁊ mlt̄ tū subtilia: ita q̄ assimilant̄ aq̄ in colore: in qualitatibus: ⁊ in sapore: vt ad expientiā pꝫ: sunt. n. p⁹ coloris aq̄: etiā sunt infrigidantia multū corp⁹ humanū: ⁊ silr̄ habēt saporem q̄si aqueū. ¶ Ad arg^m igitur fcm̄: cū dr̄ oē vinū est calidū: negatur hoc: imo aliquod vinū in cōpatione ad corpus humanū est frigidū: imo est tale: q̄ si multū biberes de illo incurreres maius nocumentū: q̄ si tm̄dem de aq̄ biberes: quia subtilitate sua plus penetrarꝫ: nō oia igitur vina per ꝯpatioꝫ ad corp⁹ humanū sunt in eadē denoīatione: quia aliquod est calidū: aliquod est frīm in respectu ad humanū corpus: licet nō ita sit de aliis: vt puta de rosa sandalo ⁊c̄. Sūt. n. oēs rose p cōpatione ad corpus humanū eandē coīcātes denoīatione. s. frigiditatē. licet nō equaliter: quia frigidior est alba q̄ rubea: ⁊ silr̄ de sandalis: sunt ei i eadē denoīatiōe p ꝯpationē ad corpus humanuꝫ licet albi sint frigidiores. Ex quibus patet: q̄ in quibusdā febribus pñt ꝯpetere vina. Sed ꝯtra dcā instaret aliquis: quia q̄ncunq̄ alicui speciei cōpetit aliqua qualitas vel denoīatio p ꝯpationē ad aliam spēm: vr̄ q̄ illa debeat etiā ꝯpetere oibus indiuiduis ꝯtentis sub illa spē: ergo ita erit de vinis: cuꝫ oia sunt eiusdē spēi: q̄ ipis ꝯpatis ad spēm humanā erūt oia calida: quia hec dnominatio ꝯpetit spēi vini in respcū ad corp⁹ humanū. Cōfirmat̄: quia in q̄cūq̄ spē repibile est vtrūq̄ extremoꝝ: in illa repibile est mediū inter illa extrema: sed in spē vini reperitur aliqđ vinū calidius respcū hōis ⁊ aliquod humidius ⁊ aliqđ frigidius igitur ⁊c̄. vt ponit rñsio data: ergo in eadē spē repitur aliqđ vinū tēperatū: qđ. s. in ꝯpatiōe hōis nō est calm̄ nec frīm nec humidū aut siccū. ¶ Et ꝯfirmatur 2° sic: q̄a ex illo ꝯcluderē: q̄ vna vel talē succus eius aliqñ est tēpatus: sp loquēdo in ꝯpatōe ad corp⁹ humanum q̄a qñ est agresta est frigida ⁊ hūida: ⁊ qñ est talis q̄ debet exprimi vinū: tunc ē calā ⁊ hūida in ꝯpatione ad corpus humanū: ergo transibit ab vno extremo ad aliud ꝯpando sp ad corp⁹ hōis: sed qđlꝫ transiens ab extremo ad extremū pri⁹ transibit p mediū. ergo ⁊c̄. Cōsilr̄ posset pbari de vino nouo transeūte ad vetus: ⁊ ita daret̄ vinū tēperatū.

Ad argumenta ad primū respondet̄ p° pbabilit̄ negando: q̄ oia vina sint eiusdē spēi: nec posset adduci arg^m pbans oppo^m: aliter ꝯcedit q̄ sunt eiusdē spēi: ⁊ cū hoc q̄ oia vina sint habētia equalitatē sibi ꝓpriā in ꝯpatione ad corp⁹ humanū: p quā aliqua sunt calida aliq̄ vō fria: sicut patet de medicis que habent equalitatē sibi ꝓpriā in ꝯpatione ad humanū corp⁹: ⁊ tñ nō denominant̄ oēs calide: illa g° maior assūpta nō est va: qđ etiā declari pōt in ex° satis noto: nam esse medicū est denoīatio ꝯpetēs solum spēi hūane: nō tñ cuilibet indiuiduo illius spēi ¶ Pro aliis argumentis: pbabiliter ꝯcedi pñt ille ꝯclones adducte: quia nō repugnat aliqđ vinū respectu hōis eē tēperatū: quia. s. nec calidū nec frīm ⁊c̄. respectu ipius: eodē mō dr̄ de succo agreste: sed dr̄ q̄ succus ille manet tēperatus p modicū tpis imo forte per iꝑceptibile tps. Consilr̄ p oia dr̄ de vino transeūte a nouitate ad vetustatē: q̄ nō repugnat aliquid in passiuis esse tēperatū ꝯpatiue: q̄a nouū est humidū ⁊ vetus siccū respcū hōis: iō transit ab extremo ⁊c̄. quia aūt huiusmōi vinū manet p modicū tēp⁹ tēperatū: iō auctores nō curauerunt

ponere. Ad scdm argumentũ principale cũ dicebatur: ꝙ tũc sequitur ꝙ tale vinũ ⁊c̃. nõ esset vrine ꝓuocatiuũ ⁊c̃. dr̃ negando ꝯñam: vnde dico ꝙ etiã fria sunt vrine ꝓuocatiua. primo rõne modi substantie vt quod est valde subtile facile transiens per venas ⁊ porositates venuz repiens materias grossas: eas subtiliat ⁊ lubricas reddit: ⁊ aptas expulsioni: secũdo sunt vrine ꝓuocatiua ꝑ partes subtiles calas ꝯmixtas ꝑtibus fris: que partes calẽ subtiliant ⁊ liquefaciunt materias cõtentas in uenis ⁊ porositatibus corꝑis: ⁊ eas habiles reddũt ad penetrandũ loca angusta: ⁊ sic pꝫ solutio. Secũdo dubitatur quia vr̃ ꝙ Galie. ꝯtradicat sibimet in ꝯmento h⁹ affo. ⁊ infra in cõmento. xviij. dicit enĩ in ꝯmẽto. xviij. vbi ponit diuersitatẽ vini in nutriendo: ꝙ vina grossa rubea nutribiliora sunt ꝙ̃ aquosa: sed tñ minus ꝙ̃ nigra: hic vero dicit ꝙ uinũ grossũ ⁊ rubeũ nutribilius est: quõ ergo tollet̃ hec ꝯtrouersia in dictis eius. Rñdet̃ ꝙ hec ꝯtrouersia ⁊ ꝯtradictio apparens stati tollitur: habita vna distinctione posita in alia qõne. s. in prima h⁹ affo. Et est ꝙ duplr̃ dr̃ aliquis cibus multũ nutritiuus: vno mõ: quia ex ipo pauce partes transeunt in superfluitates: multe vero ꝯuertunt̃ in substantiã nutriti alio modo: quia dat nutrimentũ solidũ ⁊ grossũ nõ facile euanescens: dico igitur: ꝙ vinũ rubeũ scdo° nõ est ita nutritiuũ sicut nigꝝ: imo minus: quia nõ dat nutrimentũ ita grossũ sicut nigꝝ: eo ꝙ vinũ nigꝝ est magis grossũ in substantia sua ꝙ̃ sit rubeum tñ ꝺm pautiores ꝑtes eius conuertit̃ in substantiam nutriti. Rubeũ enim dat nutrimentũ magis subtile: ⁊ ꝺm plurimas partes ꝯuertitur in substantiam nutriti: hoc respectu vini nigri. Tertio dubitat̃ quia vr̃ ꝙ uinũ subtile facilius resumat: quia sicut se hꝫ vinum grossũ ad cibum grossũ: ita se hꝫ vinũ subtile ad vinum grossũ: sed vinum grossũ est magis nutritiuum ꝙ̃ cibus grossus. ergo vinũ subtile est magis nutritiuũ ꝙ̃ grossum. Ad hoc argm̃ neganda est similitudo: quia vinũ grossũ de se ẽ multum nutritiuum: ꝙ̃tũcũqꝫ ergo ꝓportionent̃ in mõ substantie: nõ tñ in potentia nutriendi: quia in subtili est ꝯmixta multa aquositas: iõ ex ipo resoluit̃ multũ subtile: paucũ aũt terrestre remanet. Uinuz vero grossũ nigꝝ hꝫ multũ de terrestri: iõ ex ipso generatur sanguis grossus ⁊ multus ⁊ sic pꝫ solo.

ue relinquuntur in morbis post crisim conuersionem facere consueuerunt.

Conclo affo. est ista materie peccantes que ĩ corpore relinquunt̃ post crises ꝯsueuerũt facere recidiuã. ꝓbatur sic. materie que post crisim relinquunt̃ ⁊ a virtute non regulant̃: faciunt recidiuam sed materie relicte post crisim vt plurimũ sũt hui⁹ modi. igitur ⁊c̃. pꝫ ꝯña: ⁊ maior ⁊ minor silr̃. Si enĩ a virtute ꝯuenienter regularentur: iam nõ relinquerentur: sed euacuarentur in crisi. Primo nota ꝓut in ꝓposito ꝑtinet: per crisim possum⁹ duo intelligere. primo ꝑfectã crisim. ꝑ quã totalis materia ad extra ducitur cũ aliis ꝯditionibus inferi⁹ addendis. Secũdo intelligere possumus ꝙ̃libet materie euacuationẽ siue minorationẽ ad quã sequit̃ apparens conualescentia: siue fiat sensibiliter siue insensibiliter: ⁊ hoc secundo mõ capitur crisis in ꝓposito. notum. n. est: ꝙ p⁹ ꝑfectã crisim nõ relinquuntur materie apte recidiuationẽ facere. Secundo nota: ꝙ medici cõiter vtuntur istis termis. s. radix subuersio recidiua. Et per radicẽ intelligere debem⁹ añtem morbũ: a quo uel eius materia sequẽs morbus aliquã radicẽ assumpsit. per subuersionem aũt intelligere debemus morbũ sequentẽ egrotantẽ subuertentem. Et idem per recidiuam: quia ꝑ recidiuã iteꝝ cadit egrotans: vel retro cadit in egritudinem: vbi prius ꝯualescere videbatur. Tertio nota ꝙ tria possumus imaginari in corpore remanere post crisim imperfectã ad quoꝝ remanentiam sequi potest recidiua. primũ potest esse materia per putredinẽ ĩcinerata. aut cuius per crisim est ꝑs subtilis euacuata ⁊ remansit grossa. ita vt pro tunc amplius nõ sit vehiculum caloris putredinalis sed tñ que diu retenta ⁊ in malitia ⁊ ꝙ̃titate augmĩtata poterit recidiuã facere. secundũ põt esse cã antecedens morbi: que nõdũ facta fuit coniuncta: que etiam a virtute non regulata ⁊ in malitia augmentata faciet egritudinem similem priori quam appellamus recidiuam. tertium est mala qualitas derelicta in mẽbro: que post crisim põt esse cã noue reaggregatõis materieri ⁊ putredinis exempla patẽt

Ad ꝓpositum in affo. maxime est sermo de recidiua ꝓpter primam vel secũdam cãm euenientem licet etiam ampliari possit ad tertiam. Quarto nota: ꝙ recidiua est duplex. s. vera ⁊ non vera: tunc dicitur esse recidiua vera: quando propter materiam derelictam ⁊c̃. causatur egritudo similis ꝑori secundum specificam eius denominationẽ. econtra autem dr̃ non vera: sicut veniens ex inordinatione regiminis aut cum ex materia derelicta generatur egritudo priori dissimilis vt si post tertianaꝫ sequeretur quartana aut apã: hic aũt est ꝺmo de ꝙ̃libet: preter quã de illa que cõsequitur cãm primitiuã. Ex quo ꝓbabiliter inferri põt: ꝙ totali materia euacuata faciente radicẽ. põt iteꝝ fieri vera recidiua: vt si remaneret mala qualitas reaggregatia materiei satis intensa. Quinto nota ꝙ materia relicta post crisim põt esse modica aut multa intense ⁊ remisse malitie: regulabilis a calore naturali vel nõ. Et similiter qualitas mala relicta põt esse intensa ⁊ remissa: ⁊ secundun huiusmodi varietates contingit: vt quandoqꝫ nõ totalis materia euacuetur in crisi ⁊ tamẽ nõ sequitur recidiua: põt enĩ materia esse valde modica et remisse malitie: vnde a virtute paulatine expelletur. ⁊ ideo dixit ꝯsueuerunt. Similiter quandoqꝫ citius quandoqꝫ tardius post radicem sequitur recidiua. Si enim materia fuerit multa aut multe malitie aut qualitas mala relicta intensa ⁊ virtus debilis: cito post radicem poterit sequi recidiua. Si vero econtra: quia. s. materia pauca pauce malitie aut actiuitatis: ⁊ qualitas reaggregatiua debilis multum tardabitur recidiua. Et similis sñia huic affo. ponitur ab Auicenna quarto cano. fen. secunda. capitulo d̃ iudiciis recidiuationis ⁊ est vtilis in actu curatiuo ⁊ pronostico ⁊ ampliatur ad corpora egra ⁊ neutra.

ueritur utrum materie pec
cantes post crisim relicte possint facere
recidiuā. Arguit multipliciter ꝙ non. p
mo īpossibile est aliquā partē materiei
post crisim in corpore retineri quī cito euacuet. igi
tur ⁊ce. p3 ꝯña ⁊ assūptū probatur. quia materia e
uacuanda ante crisi3 erit maioris resistentie ⁊ am-
plioris quātitatis multo ꝙ̄ sit reliqa eius relicta p⁹
crisim. ⁊ uirtus sufficit pro tunc illā materiā salte3
quo ad maiorē eius partē euacuare. igitur nūc pōt
hanc hāc reliquiā euacuare uel sic maior est ꝑpor-
tio uirtutis expulsiue mēbroꝝ ad hāc modicā relic
tam reliquiā ꝙ̄ fuerit eiusdē ad totalē materiā per
crisi3 euacuatā sed prius sufficit uirtus de illa tota
li notabilē facere expulsionē. igiṫ ⁊ce. p3 ꝯña ⁊ assū
ptum similiṫ. Secūdo confirmaṫ idē ⁊ signeṫ istā ſ
terminatiuū crisis. qḋ sit nunc gratia argumenti.
⁊ arguiṫ sic cōtinue post hoc istās qḋ ē presens erit
uirtus fortior ꝙ̄ iam est eo ꝙ nō molestabaṫ ab ac
mali morbo. sicut huc usq; molestabatur ⁊ cu3 hoc
materia erit cōtinue minoris actiuitatis. eo ꝙ cōti
nue aget calor naturalis de ipsa aliquid resoluendo
⁊ minorādo: ⁊ q̄litate3 eius prauā minorādo ⁊ cor
rigendo sed nūc nō sufficit hec materia facere reci-
diuā igitur nec aliqñ post hoc ꝯña nota ⁊ assūptu3 sa
tis deductū ē. Tertio pricipaliter arguiṫ sic ꝙ re
linquitur post crisi3 sp uel ut plurimū est sicut cinis
materie putrefacte. sed cinis nō pōt eē uehiculum
caloris putredinalis igiṫ ⁊c. p3 ꝯña ⁊ maior patet ⁊
minor est de mente Auic. quarto pria uel si concedi
tur ꝙ huiusmōi materia icinerata posset facere fe-
bre3. illa febris semp erit quartana ⁊ sic raro hui⁹
modi materia faciet uerā recidiuā. Quarto si ⁊
ce. hoc maxīe foret. quia materia relicta post crisi
pauca existens in quantitate uel malicia i processu
a qualitate mala i mēbro relicta pōt augeri i quan
titate uel malicia ⁊ sic iterato facere morbū. sed ar
guiṫ ꝙ nō quia tūc ab intrinseco stante perfecta cri
si posset fieri perfecta recidiua siue uera qḋ repug
nat crisi perfecte. ex quid nois crisis perfecte ⁊ ꝯña
probatur quia qua rōe mala qualitas i mēbro post
crisim relicta potens ē materiā relictā i qualitate uł
malitia augere eadē rōne pōt nouā materiā reag-
gregare. dato ꝙ nulla relicta fuerit quo posito īce
erit crisis perfecta. quia totalis materia perscā eua
cuabitur ⁊ tamen post eā sequetur recidiua ut pat3
iō ⁊c. Quīto ad principale sic. materia i crisi ta
liter euacuatur ꝙ infirmus nō pōt amplius recidi-
uare igiṫ ⁊c. p3 ꝯña ⁊ assūptū uideṫ de mēte galie.
pria huius in cōmento affo. illius ea quaꝝ crisis fit
⁊ quoꝝ facta est ⁊c. Ad oppositū est ypo. i affo.
⁊ galie. in cōmento. respōdendo ad hāc questione3
prio oportet p̄mittere notabilia quedā. secūdo con
clusiones respōsiuas de quesito. Quātū ad p̄mū
p̄mittēdū prio ex dictis circa litterā ꝙ cā recidiue
quādoq; est itrīseca ⁊ quādoq; extrinseca nō corpo
ralis siue primitiua sicut idebita administratō sex
reꝝ nō naturaliū aut alicuius eaꝝ. in proposito aūt
est sermo de recidiua contingente a causa intrīseca
siue corporali. Secundo sciendū ꝙ causa intrin-
seca faciens recidiuā pōt esse triplex ut tangebatur
circa litteram. s. causa antecedens que nōdū putri
uit. reliquie cause coniūcte: ⁊ mala qualitas siue cō
plexio relicta noue materiei aggregatiua Tertō
p̄mittendū est ꝙ materia post crisim pōt eē multa
aut modica: similiter intense malicie ⁊ remisse. Si
militer mala qualitas relicta pōt eē intensa aut re
missa. ⁊c: Similiter uirtus pōt esse multū debilis ⁊
pōt esse fortis oīa ista satis patent. Quarto pre-
mittendū est ꝙ recidiua est duplex. s. uera ⁊ nō ue
ra uera est: qñ a materia uel a cā alia corporali ex
radice relicta causatur noua egritudo secūdū specifi
cam eius denominatione3 similis radici. ut si p⁹ ter
tianam sequaṫ tertiana. Recidiua nō uera pōt fie
ri dupliciter. s. uel quādo ex radice precedentis se
cundū specificā denominatione3 nō sequiṫ eade3 fe
bris ut si post tertianā sequatur quartana: uel si si
milis sequaṫ. tamen ex causa primitiua ⁊ non itrin
seca erit recidiua non uera. Quinto premitten-
dum est ꝙ crisis est duplex. s. pfecta ⁊ iperfecta:
pfecta est p quā fit totalis materie extraductio uel
euacuatio. ita ut p dispōnem ꝑ tūc i illo remanen
te3 nō sit corpus illud aptū recidiuare merito. s. il
lius dispōnis. Econtra uero crisis iperfecta est qua
uel non totaliter materia extraduciṫ. uel nō taliter
quin corpus merito illius dispositionis in eo rema
nentis sit aptū recidiuare. Tunc sit pria cōclusio
ista ꝙ nunꝙ̄ materie relicte nec aliqua dispositio
relicta post crisim perfectam pōt facere uerā recidi
uam hec conclusio uidetur nota ex quid nois perfe
cte crisis ut statim tangebaṫ. Similiter quia p⁹ ue
ram crisim debet egrotans ad salutem uel sanita-
tem alterari. ut patebit in cōmento illius affo. se-
cunde. Quibuscunq; crisis bis nox sed nūꝙ̄ eger ta
liter alteratus patus est merito dispositionis in eo
derelicte recidiuare. igiṫ ⁊c. p3 ꝯña ⁊ assūptū simi
liter: Secunda conclusio materia morbū facien
te totaliter ad extra euacuata possibile est p⁹ hanc
crisim corpus incidere ueram recidiuam. probaṫ
sic conclusio. possibile est ab aliqua cā corporali ex
radice derelicta perduci ad egritudinem secundum
specificam denominationem radici similem igitur
⁊ce. patet consequentia ex quid nominis recidiue
uere. ⁊ assūptum patet. quia quantūcūq; materia
radicis fuerit ad extra totaliter euacuata stat tamē
in membro ubi prius fuit minera materie. malam
remansisse qualitatem similem materiā radici re
aggregantem. sed hoc inesse posito sequeretur reci
diua uera ⁊ tamen prius fuit materia radicis tota
liter ad extra euacuata igiṫ ⁊ce. p3 consequentia ⁊
assūptum similiter. Correlarium ex ista conclu
sione sequitur ꝙ non quelibet crisis p quā totał ma
teria morbi euacuatur est pfecta. p3 hoc ex conclu
sione p̄cedente imediate. ad pfectā igiṫ crisim req
ritur ꝙ materia ad extraducatur ⁊ cū hoc merito
dispōnis derelicte nō sit corpus patu3 egrotare
Tertia conclusio est hec: ꝙ ut plurimū recidiua cā
ta a reliquia cause coniuncte radicis est recidiua nō
uera. patet. quia plurimū talis materia est mlica.
que putrescens febrem generat quartanā. igiṫ ⁊c.
p3 consequentia ⁊ assūptum similiter Quarta cō
clusio est hec licet ita sit. possibile est tamen reliqui
am cāe coniucte radicis uerā facere redicinā hec cō
clusio declaraṫ prio imaginādo fortē tertianariu3

⁊ ꝙ Sorte uere creticâte crisi pfecta : pte materie iā ēūata p sudorem occurrat cā uehemēter sortez ī frigidās ⁊ poros claudens ⁊ extinguēs actualē calorem materiei. deīn p tēporis processū iterato putrescat materia ista colica ⁊ pz añs similiter quātuncūqz materia colerica respectu unius caliditatis leuis dicatur incinerata ita ut illius nō sit amplius uehiculum. stat tñ sibi occurrere aliam cāṁ fortiorem facientē ipressionē. ipā adhuc exñte colera sic putrida ⁊ tertianā iterato faciet. Exēplū satis familiare uidemus enī cū ignis applicat̄ lignis ꝙ talit̄ pōt im primi ⁊ ita debiliter calor in ligna illa ꝙ solū incinerabit ea ad carbones qui calorē illū taliter ipressū conseruare nō poterūt. dicētur igit̄ incinerati respectu illius caloris taliter ipressi. Si tamē illis carbonibus applicat̄ forte agēs iprimēs calorē ut si ī fornace pícerent̄ certū ē ꝙ calorē taliter ipressū cōseruarent. quousqz pducerētur ad ultimā incineratione ⁊ pderēt formā suā ita proportionabilit̄ dictum est de materia illa calida colica faciente febrez. itē qa materia colerica adusta pmanēs pōt colerā benignā aut sanguinē putrefacere ⁊ p cōsequens ⁊c.

❡ Quinta cōclo ē ꝙ recidiua cāta a materia que fuit añs radicis ē ut plurimū uera recidiua. pz. quia ut plurimū cāt egritudinē secūdū specificā denoiatōez eius. ⁊c. dixi notanter ut plurimū. pōt enī cāri apā aut aliquid hmōi radice existēte febre. Sexta cōclusio ⁊ ultima ad hoc ut materia post crisiz relicta possit uerā facere recidiuā: necesse ē ipm maiorari in quātitate uel malicia uel in utroqz. pz qa aliās nō posset assignari cā quare post faceret egritudinē ⁊ nō ante licet etiā posset addi situs ī mēbro. materia enī distās a corde nō facit febrē. que pulsa prope cor febrē faciet. ❡ Ex oībus his elicias cōclusionē responsiuā ad quesitum ut patet. Ad argumēta patet solutio ⁊c.

gentem significari potest totius ipuritas p3 cōclu-
sio ex dictis. Ultima conclusio per aliquā egesti
onem cōiter sūptam principalius significatur supra
dispositionem totius q̄ stomaci: patet conclusio ter
tio xvi. ⁊. xiiii. de sanguinea egestione. ¶ Quan
tum ad secūdum articulum sit hec prima distinctio
forma fecis est duplex scilicet substantialis ⁊ acci-
dentalis: Substantialis est per quam fex est simpli
citer illud quod est. Accidentalis est per quam ē sic
figurata sic colorata talis modi substantie ⁊ sic de
aliis: ¶ Tunc sit prima cōclusio ista ꝙ forma sub
stantialis fecis in corpore naturaliter disposito ⁊ dē
bite recto acquiritur in stomaco ⁊ per actionez sto-
maci probatur quia fex est superfluitas digestionis
chili. sed chilus eius formam capit in stomaco natu
raliter se habente igitur ⁊ superfluitas. consequen
tia uidetur nota quia idem uidetur esse loc⁹ ⁊ agēs
principaliter digesti ⁊ superfluitatis eius ⁊ assūptuz
satis patet. Secunda conclusio licet ita sit sepa-
tio tamen ⁊ depuratio fecis a chilo ⁊ accidentaliū di
spositionum acquisitio. quibus fex a chilo discerni
tur acquiritur in intestinis. proptera quia fex ad in
testina descendit confusa ⁊ chilo cōmixta propter
hoc eni fuerūt multe inuolutiones intestinorū neces
sarie. ¶ Tertia cōclusio probabiliter sustineri pōt
aliquando fecē tam quo ad substātialē q̄ accidenta
lem formam in intestinis acquiri probat̄ imaginan
do corpus intestina habere calida in quibus sit for
titudo retentiue ⁊ ꝙ in stomaco sit contentiua debi
lis quare non tanto tempore contineat cibum ut ꝑ
fecte transmutare possit in chilum sed transeat ipse
a stomaco antequā complete ⁊ perfecte dispositioēs
requisitas ad chili formā acquirat licet ab illis sit
modicum distans ⁊ patet ꝙ istarum dispositionuz
complementum acquiret in intestinis uel saltē sic eē
non repugnat igitur ⁊ce. ⁊ si contra allegetur auc-
toritas galie. quinto de iuuamentis dicitur ꝙ uolu
it ꝙ raro taliter fiat. ex isto colligitur concordia in
ter auicen. tertio cano. fen. xvi. ex una parte et
galienum quinto interiorum ex alia parte ponit eī
ibi Auic: formam fecis acquiri in intestinis. galie.
autem in stomaco. patet enim concordia per duas
conclusiones primas. Ad argumenta patet solō

Utrum si egestiones sint simi
les sanis sit corpus nutrien
dum. Arguitur ꝙ non primo possibile
est materiam impuritatem corporum
facientem non diriuari ad uias secessus uel urine.
imo penitus retineri aut paulatine solum ad pustu
las faciendas pelli igitur ⁊c. ¶ Secundo quia in fe
bre pestilentiali potest apparere urina bona ⁊ce. ut
prima quarti capitulo de significatione febris pe-
stilentialis. ⁊ secunda quarti capitulo de signis sūp
tis ab urina. Notandum ꝙ ad ueritatem con-
clusionis afforismi requiritur egestiones esse ualde
similes sanis ⁊ cum perseuerantia. taliter eni non
contingit in aliquo casu supra positorum. materia
enim illa non poterit perseueranter sic retineri quī
aliquod eius expellatur uel saltem quin debitā di-
gestionem stomaci ⁊ membrorum ledat. ⁊ impe-
diat operationes puta quia non expellitur egestio
quanta aut qualis. aut quando. aut qualiter. que
omnia requiruntur. ⁊ sic cessat de pestilentiali fe-
bre.

bi indigentiā non oportet laborare:

Conclusio afo. est hec. corpus famelicū non est exercitādū. i. nō est forti exercitio exercitandū. pbatur sic. p exercitiū superueniens corpori famelico virtus prosternit̄ ꝛ naturale membrū humidū dissoluit̄ igit̄ ꝛc̄. pꝫ ḡn̄a ꝛ afs declarabit̄ circa litterā. Et similis sententia huic colligit̄ tertia p̄mi. doctrina secūda ca° de hora eligendi exercitium ꝛ est vtilis in actu practico. s. ꝯseruatiuo. Et ampliat̄ ad omia corpora sana egra ꝛ neutra ꝛ ad sitiētia quōlibet vl̄ aliter ianita Prio nota indigentiā quādoq; sumi p qualibet inanitione. ꝛ taliter non sumit̄ hic. sꝫ. ū. affo: quarto. non plenitudo. secūdo pro fame canīa ut infra. xxi. huiꝰ potꝰ indigentiā soluit. tertio pro naturali fame ꝛ taliter sumit̄ hic. Est ergo sensus vbi indigentia. i. fames naturalis ꝛc̄. dico sūt naturalis notāter vt patebit. Secūdo nota laborem sumi multipliciter p̄mo pro nocumēto vt p̄mo affo. huius particule. secūdo pro laxitate ꝯsequente exercitiū vel ipotentia mouendi membra. ꝛ sic nō capit̄ hic tertio sumitur pro exercitio ꝛ maxie forti. ꝛ sic sumit̄ hic: est ergo sensus ꝛc̄. Tertio nota vt colligit̄ tertia p̄mi ꝛ sexto colliget. Exercitiū est duplex vniuersale. s. ꝛ particulare. forte ꝛ debile. hic est sermo de vniuersali ꝛ potissime etiam forti. Quarto nota corpore existente famelico inania sunt mēbra ꝛ vene: ꝛ corpus etiā patū est dissolutioni: ꝛ spiritus resolutioni immo multū de eo propter tristem sensatione resoluitur. ꝛ etiā propter inordinatū motum eiꝰ. cū igit̄ sit exercitiū calefactiū ꝛ r̄solutiū fiet additio in resolutione ꝛ debilitate virtutis. quare tūc nō cōpetit exercitiū. Et per hoc pꝫ cā verificās affo Ex quo pꝫ nō solū hoc verū esse de exercitio: sꝫ etiam de qualibet cā additione ad resolutione facere potente ꝛ cetera.

Queritur utrūꝫ corpora famelica sint exercitanda Arguitur quod sic multiplicit̄. p̄mo corpora cibata nō sunt exercitāda. igitur famelica videt̄ exercitanda ꝯn̄a tꝫ qa corporibus opposito modo se habentibus oppositū debetur regimē. si igit̄ p̄mis non cōpetit motꝰ sed quies. secūdus cōpetit motꝰ ꝛ colligit̄ afs tertia p̄mi doc. secūda ꝛ secūdo de regimine sanitatis. Secūdo inflāmabilius ꝛ resolubilius ē corpꝰ colericū ñ famelicū q̄ flāticū famelicū sꝫ collem ñ famelicū tollerat exercm sine nocu° eꝰ r̄solutōis igit̄ ꝛ flāticū famelicū: ꝯn̄a videt̄ nota cuꝫ antecedente. Tertio exercitiū calorēꝫ ꝯfortat: ꝛ superfluitates resoluit. ꝛ cuilibet corpori famelico vel saltem alicui hec sunt cōuenientia igit̄: pꝫ ꝯn̄a ꝛ minor ꝛ colligit̄ maior tertia p̄mi ꝛ secūdo de regimine sanitatis allegatis capi. ꝛ. vi. colliget. Quarto exercitiū cōuenit corpori tempore assumptionis alterius cibi. sed hoc est corpore existēte famelico: igit̄ ꝛc̄. afs pꝫ. qa hora eius est qñ hora alterius cibi iam aduenerit: vt tertia p̄mi ca°. de hora eligēdi exercitiū. ꝛ hoc est corpore iā famelico igit̄. Quinto aliquod corpus pro sui preseruatione sil' idiget exercitio ꝛ fame igit̄ afs arguit̄. ponendo i forte esse plenitudinem humorū circa nutritiua mēbra non sufficienter resolubiliū p famem: sed bene p fameꝫ simul cū exercitio ꝛ pꝫ afs. Quod aūt alicui cōpetat fames pꝫ affo. vꝫ. vltimo affo. corporibus humidas carnes habentibꝰ fameꝫ adhibere conuenit: Sexto exertitium aliqñ cōuenit corpori ꝛ nō nisi omni digestione cōpleta igit̄ pꝫ maior. et arguitur minor qa q̄dcūq; assignet̄ consequi nocumentū ex exercitio ante p̄mā ꝛ secūdā digestionē facto: ideꝫ assignabitur de aliīs vt pꝫ ꝛ ꝯn̄a videt̄ tenere: qa omni digestione completa statim insurgit appetitus. ꝛ cetera.

ad oppositum est affori. et causa eius ꝛ cōmentator in commento: In questione ista prio premittent̄ pereambula quedā. secūdo coclusiones de quesito. ꝛc̄.

Quantum ad primum sciendum prio vt colligitur tertia p̄mi doc. secūda ca°. primo p exercitiū intelligere debemꝰ motū volūtariū propter quem anhelitꝰ magnꝰ ꝛ frequens est necessariꝰ per li voluntariū differt a motu naturali qui nō debet exercitiū denōinari. vt motus pulsus vel lapidis li motꝰ est genꝰ. per hoc aūt qd̄ subdit̄ in quo anhelitꝰ velox ꝛ frequens. differt a paruo ꝛ debili motu non sufficiente anhelitū variare mō dicto: quod potissime verum est: nisi superfluat. ꝛ virtuteꝫ deiciat. tūc eni cōtingit vt puificet pulsum ꝛ anhelitū vt secūda p̄mi ca°. de his que proueniūt ex motu ꝛ quiete propter quod tutior est descriptio de exercitio a Galieno secūdo de regimine sanitatis posita.

Exercitium est motꝰ voluntarius vehemens in tantū vt alteret respirationeꝫ in maius vel minus velocius vel frequentius vt equitādo metēdo ꝛc̄ ꝛ dixit notanter in minus ꝛc̄. Secūdo sciendū ē q̄ exercitium secūdū debitas circūstantias corpori approximatū plures ꝛ notabiles corpori affert vtilitates colligendas tertia p̄mi ꝛ secūdo de regimine sanitatis allegatis capitulis. per illud ei calor cordis ꝛ p̄ncipalium augetur spiritus copiose ad membra transmittūt̄ superfluitates subtiliantur ꝛ insensibiliter expelluntur vel maīfeste in forma sudoris vnde ꝛ corpus alleuiat̄ ꝛ iuncture robustiores reddunt̄ ꝛ cōsequenter totius sanitas cōseruat̄ propter qd̄ Aui. allega. ca. s. doc. secūda ca°. p̄mo iquit. Quod cōuersus ad exercitium peragendū secūdum equalitatem ꝛ in hora sua nullo indiget medicaminū que in materialibus necessaria sunt egritudinibꝰ eo eni q̄ ex digestione membroꝝ semper aliqua derelinquitur superfluitas si non exertitio cōtinue euacuetur. aggregata apāta vel alias poterit causare egritudines unde ꝛ merito taliter a. Fulgentio repitur descriptū fuisse exerciū. Exercitiū est humane uite cōseruatio caloris naturalis lima ꝛ exiccatio dormitantis nature supfluitatum cōsumptio virtutum roboratio temporis lucrum: ocio inimicum: iuuentutis debitū: senectutis gaudiū: ille ergo solus se ab exercitio abstineat: qui sanitatis gaudio vult carere quod totū intelligēdū est ipsi corpori debite approximato. vbi autem indebite plura pōt inducere nocumenta puta virtutis prostrationem. corporis dissolutionem oppillotiones putrefactiones q̄ omia

ff

collige͂da sūt locis preallegatis. Tertio sciendū est famem͂ eē triplicē. s. naturalē: nō naturalē: ꝛ preternaturā i proposito est sermo de naturali supra pluries declarata Quarto sciendū est. ꝙ nocumēta ex famis tollerantia cōtingentia sūt multa. s. resolutio humidi naturalis. mēbroꝝ ipsoꝝ inflāmatō resolutio ꝛ inflāmatio spirituū. ꝛ tristicia ꝛ repletō stomachi ex prauis ꝛ corruptis humoribꝰ īter que maxima sunt resolutio ꝛ inflāmatio humoꝝ ꝛ spirituū Ex quo sequitur. omnem͂ causam potentē corpus notabiliter inflāmare esse famelico corpori in q̄ntū huiusmōi potissime nociua. Tūc sit pⁱma cōclusio: ꝙ nulli corpori famelico fame naturali iq̄ntū huiusmodi. q̄a. s. sumpta idicatione ab eo vt famelicū est. cōpetit exercitium͂ ꝓbat̄ sic. Exercitiū vt sic est nocumētoꝝ famē ꝯsequentiū augmētatiuū igitur ꝛc̄. p₃ ꝯña: ꝛ assᵐ ex his que dicta sūt p₃. ꝛ istā cōclusionē voluit ypo. in affo. Secūda cōclusio. licet ita sit sūpta tñ indicatione ab aliqua alia dispositione preter naturā fami cōiuncta. corpori famelico pōt exercitiū ꝯuenire ꝓbat̄ sic q̄a possibile est aliq̄ꝺ causā preter naturā esse potētiorē in idicando corpus esse exercitandū: ꝙ fames i indicando oppositū igit̄ ꝛc̄. p₃ ꝯña ꝛ colligit̄ assᵐ p quintū argumētum ante oppositū deductū. Ex ista cōclusione sequit̄ omne exercitiū corpori famelico approximatū eidē coacte ꝛ irregularit̄ approximari ꝓbat̄. q̄a q̄ꝺlibet tale ei approximat̄ cū forti idicatione ad oppositum͂ p₃ ꝯña ꝛ assᵐ similit̄. Sequit̄ secūdo non omnia corpora famelica ab equali exercitio esse equaliter apta ledi. p₃ silr. Ex quo sequit̄. aliq̄ꝺ corpus famelicū esse ex exercitio magis lesibile ꝛ aliq̄ꝺ minꝰ ꝙ ex quiete. Tertia cōclusio sequit̄. ꝙ hora conuenientis exercitij est cōpleta pⁱma ꝛ secūda digestione ꝛ iā dimidiata tertia p₃ q̄a aliqua est ꝯueniens ꝛ nō videt alia ꝙ ista iō ꝛc̄. Istā sentētiā dicūt quidam Gali. itellexisse dū dixit cibus igit̄ membrorū semper preoccupet exercitiū. Ex ista ꝯclōe sequitur. ꝙ corpus cibo assūpto non est regularit̄ exercitandū p₃ q̄a tūc fit agitatio ꝛ cōmotio ꝛ corruptio cibi in stomacho vt colligit̄ locis preallegatis ꝛ caᵒ. de regimine iter agentiū. dixi notāter regulariter q̄a irregularit̄ cōpetit vt cibo sūpto nimio nō potente vomitu expelli aut etiā ventoso existente ꝛ supnatante. hoc eni coacte administrat̄.

ad argumenta principalia ad primum͂

negat̄ ꝯña ꝛ dicitur ꝙ licet aliquo opposito modo sint regenda nō tñ oīo opposito modo vt p₃. Ad secūdū dī negando ꝯñam͂ q̄a in collerico nō est tristicia ex fame sicut in fl'atico. Ad tertiū dī illud esse verū de exercitio debite approximato indebite āt oppositū operat̄ Ad quartū dicit̄ ꝙ illa auctoritas sic intelligenda est iā aduenerit. i. appropinquauerit vel ꝙ intelligit̄ de cibo membroꝝ vt dixit. Tadeus. Ad quintū illud probat vnā cōclusionem. questionis. Ad vltimū dicit̄ ꝙ ex exercitio facto in illa hora non sequit̄ nocumētū quod sequit̄ ex facto tempore pⁱme aut secūde digestionis. tūc ei calor cū nutrimēto spargit̄: ꝛ sic non nocet: q̄a intrinsecū est imo magis membris calefactis ad membra attrahitur ꝛ eis inbibit̄: ꝛ addit̄ ꝛ adheret. melius etiā superfluitates ab ipso separant̄ de hoc vide. Conciliatorem differentia. c. xviij. ꝛc̄.

bicunq₃ cibus preternaturā intrat hic egritudinem facit manifestat uero sanatio.

Conclusio affo. est ista i q̄ꝺcūq₃ corpus igredit̄ cibus preternaturā: in illo facit egritudinē: ꝯclo ꝓbat̄ sic. sanatio corporis fit per euacuatōē cibi p̄ternaturā corpus igredientis a corpore: igit̄ cibus ē causa egritudinē faciens: cōsequentia tenet q̄a sanatio nō est nisi sanitatis cū remotione egritudinis iductō Et antecedens circa litterā declarabit̄. Similis sententia huic colligit̄ tertia pⁱmi caᵒ. de regimine eius q̄ꝺ ꝯmedit̄ ꝛ bibit̄. ꝛ secūda fē. pⁱmi caᵒ. ꝺ signis repletionū quātū ad pⁱmā ptē: ꝛ secūda pars colligitur pⁱmo de differentijs febriū caᵒ. tertio. Et est vtilis in actu practico. docendo debite corpora pꝰ cibum regere Et ampliat̄ ad omnes cibos ꝛ potꝰ ꝛ medicinas ꝛ generaliter quascūq₃ res alias corpori preter naturaliter occurrentes. Primo nota p cibū vt alias dictū est intelligendū esse omne q̄ꝺ ingrediens corpus nostrū aptū est i ipso a materia operari. sub quo etiā potꝰ saltem aliquis cōprehendit̄. s. a materia operatiuus. Secūdo nota ꝙ ad hoc vt cibus ingrediens corpus sit corpori cōueniens ꝛ per ꝯñs. vt naturaliter igrediat̄. q̄a naturale esse est esse cōueniens nature. Naturaliter igit̄ ingredi est cōueniēter nature ingredi. Requirūt etiā sex cōditiones. s. debita q̄ntitas: debita qualitas manifesta: occulta proprietas: modus substantie cōueniens: tēpus ꝯueniens: ꝛ ordo: vt subtilis debet precedere grossū. Si aūt addit̄ preparatio: ipsa ad qualitatem reducit̄ igit̄ propter cuiuscūq₃ istaꝝ circūstantiarum defectū: pōt cibus preternaturalit̄ corpus ingredi. puta si fuerit idebite ꝙtitatis vel qualitatis ꝛc̄. q̄licercūq₃ igit̄ sit cibus preternaturā igrediens. verus est affo. Tertio nota ꝙ i oībus istis modis pōt cibus dici preter naturā igrediens. Primo p̄ternature debitū. q̄a. s. discōueniēs est nature aliquo vel aliquibus dictoꝝ modorū. Secūdo preter naturam i. preter posse nature in illū regulando ꝛ vincendo ipsum. ꝛ sic potissime in ꝓposito intellexit. Differūt aūt isti modi q̄a stat cibū ingredi preter naturā pⁱmo mō. ꝛ nō secūdo modo. s. preter posse nature. licet nō ecōuerso vt p₃. Quarto nota cibū vel nutrimentum͂ esse triplex. s. veꝝ circa q̄ꝺ est vltimꝰ actꝰ nutritiue virtutis: puta assimulatō. Alterū est dictū quasi cibus vel nutrimentū circa q̄ꝺ versat̄ actus pⁱmus vel secundꝰ nutritiue. s. appō assimulatio ꝛ vnio. Alterū dicit̄ futuꝝ nutriens. s. sanguis chilus ꝛ humores alij. Colligit̄ hec distinctio pⁱmo virtutū naturaliū caᵒ. vi. ꝛ de quolibet istoꝝ in ꝓposito est verꝰ affo. vt p₃ discurrendo. Quinto nota cibū posse esse cā₃ egritudinis: pⁱmo stāte illo sub forma cibi. ꝛ sic operat̄ vt cā pⁱmitiua. secūdo postꝙ ē transmutatꝰ ad bonū sensum͂. q̄a. s. ex eo sanguis ꝛ hūores mali sūt generati egritudiem͂ causātes. ꝛ sic operat̄ illud nutrimentū ut cā corporalis. puta antecedēs vel cōiuncta. Sexto nota hunc morbum posse esse cōplexionalem͂: cōpositionalem͂: ꝛ continuitatis solutionem͂ exempiū pⁱmi vt mala cōpl'io calida. exemplū secūdi vt opillatio mala figura: exēplū tertij vt si cibus esset vlceratiuus vl' excoriatiuꝰ

¶ Ultimo nota: ꝙ iſte terminꝰ egritudo ſumit̃ tripliciter. primo proprie pro diſpoſitione preter naƺ immediate ſenſibiliter ledente operationes. ſecũdo cõmuniter ꝓ omni diſpoſitõne preter naturã extra latitudineƺ ſanitatis ſituata. ſiue ſenſibiliter ſiue inſenſibiliter ledente. ⁊ ſic ſub egritudine cõprehẽdit̃ neutralitas. tertio adhuc cõmunius pro omni diſpoſitione corporis corpori accidentaliter acquiſita ſiue pro omni lapſu accidentali. quo tendit corpus verſus egritudinem vel neutralitateƺ. Nunc ad propoſitũ licet non ſemper cibus preter naturã igrediens faciat egritudinem ꝑmo modo vl̃ ſecũdo mõ dictã facit tamen ſemper egritudinẽ ꝑmo mõ vl̃ ſecũdo vel tertio modo dictã. Et ſic exponit̃ affo. ubicũqꝫ cibus ⁊c̃. egritudinem facit. i. facit vel inducit diſpoſitionem preter naturã ſenſibiliter vel inſenſibiliter ledentẽ. vel facit diſpoſitionẽ qua corpus tẽdit in aliquam harum diſpoſitionũ iã dictarũ. Nota tamen aliter poſſe exponi. Facit. i. aptus facere: ⁊ tũc non habebit iſta diſtinctio locũ. Ex quibus patet cauſa verificans affo. ⁊c̃.

Utruƺ quilibet cibus preter naturam ingrediens corpus cauſet egritudinem. Arguit̃ multipliciter ꝙ nõ. primo cibus preter naturã ingrediens nõ eſt cã egritudinis ꝑmitiua. nec antecedens: nec cõiũcta igitur ⁊c̃. pꝫ ꝯña ⁊ aſſ^m arguit̃. ꝙ enĩ non ſit cã antecedens vl̃ cõiuncta pꝫ. q̇a non eſt cã corporalis q̇a nec ꝯplexionalis nec cõpoſitionalis: nec humoralis. igit̃ ⁊c̃. ꝯña tenet ſecũda ꝑmi doc. ſecũda ꝑmo ca°. ¶ Nec poteſt poni cauſa primitiua. quia in caſu aliquis cibus eſt cauſa humoralis. vt de ſugente ſãguineƺ propriũ aut ſanguineƺ alterius. Similiter cõpoſitionalis. vt de faciente repletionẽ. repletio vero eſt cauſa antecedens. vt Auicen. allegato ca°. Secũdo neceſſario priꝰ perducit cibus ad lapſum intra latitudinem q̃ extra. ⁊ prius extra ꝑducens perducit ad neutralitatẽ q̃ ad egritudinẽ. Sit igit̃ ꝙ ꝑ horaƺ prius ⁊ pꝫ tũc poſſe eius ſuperfluitatẽ euacuare anteq̃ ad egritudineƺ ꝑducat: ⁊ per ꝯñs ⁊c̃. Tertio poſſibile eſt cibũ ingredientẽ corpus ꝑ̄ter naturã ⁊ preter poſſe nature habere ad virtuteƺ ꝓportionẽ equalitatis. ſed hoc poſito non cãbit egritudinem tñ ei ſufficiet virtus impedire cibi actionem ſicut cibus ſufficiet agere iõ ⁊c̃. ¶ Quarto cõmuniť arguit̃ ſic cibus preter cõſuetudineƺ intrans non neceſſario facit egritudineƺ igitur nec preter naturam pꝫ ꝯña eo ꝙ ꝯſuetudo eſt alterea natura. ꝑmo phiſicorũ cõmento. lxxi. ad vltimũ cõmenti. ⁊. viij. terapentice finali capitulo. Quinto cõmunit̃ ſic arguit̃ ad actionẽ requirit̃ diſpoſitio paſſi ⁊ agentis fortitudo ⁊ debita menſura vt ſecũda ꝑmi doc. ſecũda capi. ꝑmo ⁊ ſecũdo de accidenti ad ꝑncipium igit̃ quocũqꝫ iſtoꝝ deficiente nõ fiet actio ⁊ ſic licet cibus preter naturã intraret nõ faceret egritudinem igitur pꝫ ꝯña cũ añte. exemplũ pꝫ de mitridate rege quem venena nõ ledebant. propter vſum mitridati. dũ eſſet obſeſſus a romanis q̇a nolebat venire in ſeruitutẽ. ⁊ non valens mori ex veneno. fecit ſe gladio interimi ⁊ exſpirauit. ¶ Sexto poſſibile eſt venenũ ingrediens corpus non facere egritudinem igitur pꝫ ꝯña: q̇a venenũ põt nutrire pꝫ hoc de mitridate rege obſeſſo a romanis ⁊ de puella nutrita napello ⁊ cetera.

¶ Ad oppoſitum eſt hypo. et galienus.

In queſtione tangunt̃ due difficultates. vna eſt ꝑncipale queſitũ: Altera eſt ſi cibus cauſat egritudinem. in quo genere cauſe cauſat. an. ſ. ꝑmitiue vl̃ non ⁊c̃. primo videbitur de ꝑma et ſecundo de ſa.

¶ Quantum ad primum primo premittenda ſunt preambula quedaƺ. Secũdo ꝯcluſiones de queſito. Sciendũ eſt igitur ꝑmo. prout circa litterã tactum eſt. ꝙ dupliciter dicit̃ aliquis cibꝰ ingredi preter naturã ꝑmo preter nature diſpoſitõeƺ debitã ⁊ ꝯuenienteƺ. ſecũdo preter nature poſſe ſic. ſ. ꝙ natura non ſufficiat illũ debite cõuertere vel tranſmutare. hoc enim poſſe nature eſt eius potentia in digerendo ⁊ ſicut oportet ipſũ in trãſmutãdo ſic ecõtra eius ĩpotentia eſt in oppoſito. Secũdo ſciendũ eſt vt ſupra ſex ſũt cõditiones ſecũdũ quas põt cibus ingredi preter naturã. ſ. q̃titas. qualitas manifeſta: occulta proprietas: modus ſubſtantie: tempus ⁊ ordo. ſecũdũ quemlibet iſtorũ modorum poteſt cibus a poſſe nature recedere: multũ aut paruƺ aut mediocriter. ⁊ per cõſequens erit ſecũdum hoc cibus preter naturã intrans multũ aut paꝝ aut mediocriter leſiuus. ad duas tamen reducunt̃ vt tertio tegni. ſ. ad quantitatem ⁊ qualitatem. ¶ Tertio ſciendũ eſt egritudinem poſſe ſumi tripliciter vt circa litterã notatũ eſt. Prima ꝯcluſio. non ſemper cibus ꝑmo modo preter naturã ingrediens corpus facit egritudineƺ ꝑmo ſecũdo vel tertio modo dictaƺ. pꝫ poſſibile eſt enĩ virtutẽ ſupra talẽ cibũ non minꝰ dominari: q̃ dominet̃ cibo temperato debite oblato: igit̃ ⁊c̃. pꝫ ꝯña cũ antecedente. ¶ Secũda cõcluſio. non quilibet cibus preter naturaƺ ſecundo modo. corpus ingrediens facit egritudinem primo vel ſecũdo vel tertio mõ dictã. ꝓbat̃ q̇a poſſibile ẽ ipſum euacuari prius q̃ in corpore noſtro poſſit aliquã iſtarum egritudinum ĩducere igitur ⁊c̃. Tertia concluſio eſt: non quilibet cibus preter naturam ſecũdo modo ingrediẽs corpori debito tempore approximatꝰ. cauſat in corpore egritudinẽ ꝑmo vl̃ ſecundo modo dictã pꝫ q̇a poſſibile eſt illum tam modicuƺ poſſe imprimere vt non valeat corpus ducere extra latitudinẽ ſanitatis ſue. ideo ⁊c̃. ¶ Quarta concluſio quilibet cibus hoc modo preter naturã. i. preter poſſe nature corpus ingrediens. ⁊ debito tempore corpori approximmatꝰ. cauſat egritudinẽ ꝑmo ſecũdo vel tertio modo dictam. ſ. lapſum aut leſionem q̇a. ſ. aliquam accidentalem diſpoſitioneƺ ĩprimendo in corpus ⁊ preparando ad lapſum. Iſtã ꝯcl'iõƺ intellexit ypo. in littera. pꝫ q̇a nullus talis a virtute decent̃ tranſmutat̃ igit̃ quilibet talis ꝯuertit̃ in rem preter naturam. puta in humiditatem malam igit̃ ⁊c̃. ¶ Item quilibet talis potentior ẽ ad male imprimenduƺ. q̃ virtus ad impedienduƺ. Item ad quartã cõcluſioneƺ arguit̃ ponendo ſortem ⁊ platonẽ cõſimiliter temperatos: ⁊ ꝙ ſorti exhibito cibo temperato: platoni exhibeat̃ cibꝰ preter nature poſſe ⁊c̃. ¶ Et querit̃ vtrũ digeſtione facta in in ſorte erit plato diſpoſitus ſicut ſortes vel non ⁊ pꝫ argumentũ. Quintã concluſionũ ponẽt quidaƺ ꝙ

quilibet cibus rc. facit. i. apt⁹ est facere egritudinē

Quantum ad secundum sciendum est pmo. q penes auctores reperiūt isti termini. s. causa corporalis r causa non corporalis. cā añs. cā coniuncta r cā pmitiua. Et nō loquūt de cā put diuidit in materiam formā rc. Sed solū intelligūt cā3 effectiuā vel efficientē. puta pductiuā vel ɔseruatiuam alicui⁹ dispōis i corpore humano: dicunt igit. cām esse illud qd̄ pmo est. ex quo puenit inuentio alicuius dispositionis in corpore humano. aut eius fixionis. Et colligit hec descriptio secūda pmi ca°. pmo dicemus q causa in libris medicoꝝ est. et distinguitur vt sic cā cōtra egritudine3 r accidens. dr igitur pmo esse. natura. s. via depēdentie. eo q a causa dependet dispositio respectu cuius dr cā. Et sic per hoc differt cā ab egritudine r accidente r etiā ab aliis a cā taliter sumpta pendentibus. Et si addit pret naturā. tangit gen⁹. Sed per li ex quo puenit specificat ipsam esse pmo in genere efficientis: qm̄ li ex denotat circūstantia3 cause agentis. exponit igitur ex quo. i. a quo puenit inuentō. i. existentia alicuius dispositionis in corpore humano. Sed li fixiōis pōt habere duplicē intellectū: pmus est. vt per dispositionē intelligam⁹ qualitatē a subiecto facile mobilem r p fixionē habitu3. vt sit sens⁹. Cā est illud ex quo prouenit esse alicuius dispositionis facile mobilis vel fixe siue hituate. Aliter exponit notando cā3 efficientē esse duplicē pducentē. s. r cōseruantem. a pducente puenit inuentio dispositionis. Efficit eni dispositionē: sed cōseruās figit. i. cōfirmat ipsam in subiecto. vnde ex ea puenit inuentio fixiōis qa fixio dispositionis. Per causas aūt corporales itelligūt non omēs cās que sūt corpora. quia sic ess3 aer cibus vel potus nec cās corpori intrinsecas. qa sic ira r furor essent huiusmodi: cuius oppositū sonant auctores omnes Per causas igit corporales itelligere debem⁹ cās in corpore existentes r ex pte corporis se tenentes. r corpori pncipalit attributas quia scilicet ipsum principaliter denominantes. aut ex quibus corpus integraliter resultat. Et p corpus intelligo corpus cōpositū ex materia r forma: uerbi gratia hūores r cōplones dicūt hoc modo cāe corporales. Ex quo p3 bene dictū esse ab Aui. 2ª. pmi doc. 2ª. ca°. pmo: cās cōplonales cōpositōales r humorales. Ecōtra aūt cause nō corporales sunt cāe extrinsece uel intrinsece: nō tn̄ ex parte corporis principaliter se tenentes: vel eide3 pncipaliter attribute: exemplū pmi. vt cibus potus aer. exemplum secūdi sicut ira timor odium: licet eni hec oia ad corpus terminent. pncipaliter tamen se ex parte aīe tenent. Ex quo p3 quid per causas pmitiuas itelligere debeam⁹ qa. s. causas nō corporales per cās aūt añcedentes r cōiunctas corporales per causas aute3 añcedētes medici improprie loquentes qn̄ q3 intelligūt cās non actu cāntes. sed effectū cāturas. qa. s. in se dispositione3 habentes: per qua3 r si nō causant. apte tamen sūt causare in posterū. sicut humor nō actu putridus. sed putrefieri apt⁹. Ecōtra vero per cās cōiunctas: actualiter cāntes: qnq3 vero p cās antecedentes intelligūt actualiter cāntes: inter quas r effectū mediat aliquid tanq̄ cā ecōtra uero p cōiunctas: exemplū pmi vt humor actu putridus est causa antecedētis: respectu febris. exemplu3 secūdi sicut putrefactio vel putrid⁹ fumus est cā cōiuncta: qa nulla causa media cadit. Ex quibus sequit pmo q hee descriptiones cāru añcedentis et cōiuncte sunt equiuoce. s. cā cōiuncta est inter quam r effectum nihil mediat: qa potest intelligi non cadere mediū tempale aūt causale. si pmū describit cā cōiuncta pmo modo dicta si secūdū secundo modo dicta. Et ɔsimiliter per oia dicendū est de cā antecedente. Ex quo vlteri⁹ sequit ide3 esse denominabile cām antecedentē r cōiunctā respectu eiusdē effect⁹ secūdū diuersas acceptiones. vt putrid⁹ humor respectu putride febris. P3 secūdo omne3 cām ɔiunctā secūdo mō esse cā3 ɔiunctā pmo mō. sed non ecōtra hoc ppter iuuenes in facultate. Sciendu3 secūdo est vt circa litterā declaratū est. q cibus dr de cibo extrinseco. humorib⁹ r humiditatib⁹ secundis. His premissis sit hec pma cōclusio. aliquis cibus est cā pmitiua: aliquis est cā corporalis puta antecedens vel ɔiuncta. pma ps p3 de cibo extrinseco. aut forma extrinseca. secūda pars p3 de sāguine r humiditatib⁹ secūdis. Secūda ɔclusio est hec: possibile est cā3 corporale3 aliquā esse pmitiuā cām alicui⁹ dispositionis humani corporis p3 qa possibile est malā cōplone3 fortis esse cā3 pmitiuā male cōplexionis platonis igit rc. p3 ɔña r aīs sīr intelligenti. Et ex ista ɔclusione sequit pmo ide3 respectu diuersoꝝ esse denominabile cā3 primitiuā r añcedentē vel cōiunctā corporale3 r incorporalē ad sensum medicoꝝ vt putredo in sorte putrefaciens platone3. Sequit secūdo q etiā respectu eiusde3 corporis est possibile vt apā man⁹ sortis calefaciēs pedem si man⁹ ei supponat Ex quo sequit distinctionem cāꝝ in causas corporales r incorporales pmitiuas antecedentes r cōiunctas nō esse tanq̄ necessario realiter. sed solū secūdū rōes formales distinctorū. Tertia cōclusio sequit. possibile est aliquē cibū aut potū esse cām corporalem. p3 si sortes aperta vena pprium biberit sanguine3. aut manū eius in cibum sumeret. aut aliquod tale. Et plura alia ex his cōcludi possunt que propter breuitatē obmitto. Ad argumenta p3 solutio rc.

Utrum ex medicina uenenosa vel adhuc veneno sit possible humanū corpus nutriri. Arguit multipliciter q sic. pmo de intentione. Hali. in cōmento istius afforismi. vbicūq3 cibus rc. vbi ponit q medicina membri corruptiua nō corrūpit rc. r innuit q cibus quātūcūq3 malus in tā parua q̄titate exhiberi potest q corpus nutriet r p ɔñs rc. Secūdo res venenosa corpus nostrū ingrediens pōt sua venenositate expoliari sua forma manente. sed ipsa sic expoliata nō repugnat ipsā nutrire. igit rc. aīs arguit sic: maiorē facit calor trāsmutatione3 i herbā vel plantā q̄ nutrimētū eius. sed p actione3 solius nutrimenti pōt venēositas remoueri igit rc. patet ɔña r maior. r colligit minor sexto de accidēti ca° pmo. Tertio ad idem arguit auctoritate Auicē. sexta quarti tractatu secūdo dicentis q quedā auis rc. r auctoritate Rusi. ibidem de puella veneno nutrita: pro isto etiā facit auctoritas Hali. tertio d̄ simplici medicina distinctione quarta ca°. pmo ponentis. q quedam mulier de atheniēsib⁹ rc. r idē

aristoteles ad alexandꝝ ⁊ colligit̄ secūdo almansoꝝ aliqualiter q̄nto ca°. s. de cucumerib⁹. Quarto ad principale arguit̄ sic. ex aliqua medicina exoluēdo euacuando vl' apta euacuare: pōt corpus nutriri igit̄ ⁊c̄. pꝫ ꝯña eo ꝙ omnis talis vētositate participiat vt supra est allegatū ⁊ maxīe tertia p̄mi doc secūda ca°. p̄mo: ⁊ aſſm pꝫ de cassia tamaridis et violis ⁊ similibus. Quinto supra venenū igrediens pōt calor naturalis habere dominiū. ⁊ ipsuꝫ corrumpere: ⁊ transmutare. igit̄ aſſm arguit̄: q̄a veneni in debita dosi pro sua opatione exhibiti ad calidū humani corporis est finita proportō. igitur ipso vel subduplato vel subtriplato poterit calori esse subdominans. ⁊ p ꝯñs ⁊c̄. Sexto moraliter nō minoreꝫ intra latitudinē humane speciei pōt hō recipere ex parte dispositionū corporaliuꝫ varietatem ꝙ ex pte dispositionū anime: sꝫ ex pte dispositionuꝫ aīe. pōt hō totaliter fieri vt bestia igit̄ ⁊ corporis: ⁊ p ꝯñs poterit habere dispositionē totalit̄ egredienteꝫ humanā speciē quo posito nō repugnabit illum veneno nutriri igit̄ ⁊c̄ Confirmat̄ q̄a dat̄ homo vt deus vel serpens igit̄ vt serpens. Confirmatur q̄a in hoīe stante in latitudine sue sanitatis reperitur venenū: imo semper generat̄ humanitas venenosa respectu alteri⁹ igit̄ ⁊c̄. aſſm pꝫ de saliua ieiunij que est homini venenū: vt colligi pōt sexta q̄rti ca°. de morsu hominis. Septimo possibile est in homine ab intra generari venenū: q̄ nō esset nisi membra eius interiora essent venenosa igit̄ possibile est hominē esse venenosū ⁊ p ꝯñs nutriri veneno pꝫ ꝯña ⁊ minor. ⁊ colligit̄ maior. 3°. interiorum ca°. 5°. aut: 6°. interioꝝ: ⁊ pꝫ de auctoritate ⁊ de materia faciente febrē pestilentialē igitur ⁊c̄.

Ad oppositum arguitur quia nihil est aptū nutriri corpus nisi sit in corpore nostro a materia opatiuū: sed venenū nō est a materia opatiuū: igit̄ ⁊c̄. maior colligit̄ secūda p̄mi ca°. de eo q̄d cōmedit̄ ⁊ bibitur ⁊ pꝫ minor: q̄a omne venenū est a q̄litate vel forma specifica opatiuū: vt secūda p̄mi allegato ca°. ⁊ vi. quarti ca°. secūdo. Itē q̄a nutricatio est assimillatio ⁊c̄. sed nō pōt venenum assimilari: cū a tota substantia opponat̄ substantie humane. igit̄ ⁊c̄. Pro isto etiā videt̄ intentio aueroys q̄nto colliget p̄mo ca°. ⁊. vij. ⁊ in tractatu suo de tyriaca ⁊ potest argui argumēto suo ꝓbabili q̄a si sic esset homo substantialiter dissimilis ⁊ dīns natura specifica ab alijs hominibus. ⁊ arguit̄ ꝯña q̄a tota natura specifica humana cōtrariat̄ veneno. et nullaten⁹ cū eo cōuenit: si igit̄ potest aliquis veneno nutriri. ipsius ad substantiā ueneni esꝫ cōuenientia ⁊ similitudo: ⁊ p ꝯseq̄ns ⁊c̄. In ista questione sic procedā q̄a p̄mo premittā quedā preambula tangendo quosdā cōes modos respondendi ad quesituꝫ Secūdo tangā modū min⁹ ꝓbabileꝫ. Tertio respondebitur ad argumenta.

Quantum ad primum sciendum est. ꝙ penes auctores cōmuniter iueniunt̄ isti termini: cibus: medicina: venenū: cibus medicinalis: medicina cibalis: cibus venenos⁹: medicina venenosa: itelligendo per cibū ⁊c̄. Descriptiones istas seriatim perquire in tertio tegni questione. xiiij. argumēto p̄mo in antiquis questionib⁹ tegni collectas. ⁊ secūda p̄mi doc. secūda ca°. de eo q̄d cōmedit̄ ⁊ bibitur. Ex descriptione cibi collige ꝙ licet aliq̄d corpus veneno vel medicina nutriret nō tamen ex hoc ꝯcludere licet ipsū esse cibū ⁊c̄. His premissis p̄mus modus respondendi ad quesitū est Marsilij de sancta sophia. Primo premittit ꝙ nutricatō est sīlatio nutrimenti ad nutritū colligit̄ hoc p̄mo virtutuꝫ naturalium. vi. ca°. ⁊ p̄ma p̄mi doctrina. vi. de v̄tutibus: Secūdo premittit pfectā similatōꝫ nutrientis ad nutritū nō solū attendendā esse ex parte substantialis forme. sed etiā accidentiū pōt colligi locis preallegatis. Premittit tertio ꝙ dupliciter pōt intelligi aliquod nutrire posse. p̄mo in q̄ntitate cōgrua vel cōuenienti ad restaurandū deperditum Secūdo in q̄ntitate longe minori exempla patēt. Penes hoc sit hec p̄ma ꝯclusio: venenū ⁊ medicina venenosa ⁊ corruptiua pōt ita paucificari. vel in tam parua quantitate corpori approximari: vt nutriat. probat̄ sic pōt tā in modica q̄titate exhiberi: vt virt⁹ nutritiua illud excedit ⁊ sufficiat transmutare ⁊ membris assimillare igit̄ ⁊c̄. pꝫ ꝯña ⁊ ꝓbat̄ aſſm p vnū argumētū tactū ante oppositū. Et ex h° sequit̄ ꝙ non est necesse animal nutritū ex re venenosa esse venenosū: hoc pꝫ de gallis ⁊ gallinis cōmedentibus serpentes. ⁊ q̄a si nutrit̄ vincit vel saltem vincere pōt ī tm̄ vt ab ipso nō notabiliter trāsmutet̄. Secūda cōclusio venenū in q̄titate debita exhibitū ad restaurandū nō pōt nutrire illā cōclusionē intellexit Auicē. secūda p̄mi doc. secūda allegato ca°. ⁊ sic de primo mō respondendi. Secūd⁹ modus collect⁹ a Dino est iste. Prima distinctō duplex est venenū quoddā a qualitate manifesta: quoddā a forma specifica operatiuū exemplū p̄mi sicut opiū mandragora. exemplū secūdi sicut multorū animaliū venena. colligit̄ hec distinctio sexta q̄rti ca°. secūdo. Secūda distinctio est ꝙ operatiuū a qualitate manifesta aliq̄ādo est calidū aliq̄ñ est frigidū exemplū primi sicut arsēicū euforbiū. exemplū secūdi vt opium ⁊c̄. Tertia distinctio est q̄d frōꝝ quedā sunt in modo substantie membris humani corporis discōuenientia: vt cerusa ⁊ plura alia ⁊ argentū viuū. iuxta ponentes ipsū frigiduꝫ ⁊ q̄dam sunt cōuenientia corpori humano in mō subē vt plante plures vt mandragora ⁊ poma eius. Quarta distinctio duplex est nutricatio. s. perfecta qua fit perfecta assimulatio nutrientis ad nutritum taꝫ in substantia ꝙ in dispositōib⁹ accidentib⁹ ecōtra vero imperfecta. Prima ꝯclusio impossibile est venenū a forma specifica hominis corruptiuum homineꝫ nutrire. pꝫ q̄a inter quodlibet nutritū ⁊ nutribile est cōuenientia in specifica forma: sed int̄ nullum venenū hominis corruptiuū ⁊ hoīeꝫ est similitudo vel cōuenientia in forma specifica sed penitus discōuenientia ⁊ cōtrarietas: igit̄ ⁊c̄. pꝫ ꝯña cū antecedente. Iteꝫ q̄a iste non esset homo vt. s. Itē rō veneni rōni nutrimenti cōtrariat̄ igit̄ ⁊ cete. pꝫ ꝯña cū antecedente. Istā cōclusionē ⁊ argumenta itellexit aueroys ī tractatu de tyriaca. Correlariū puella non vere nutriebat̄ veneno. sed in ea humiditates infecte erant a quibus eleuabant̄ corrupti vapores inficientes viros qui secū cōmiscebant̄. cōiungebant̄ enim plures cū ea propter eius pulcritudinē

Marsilij de sophia

dini

[illegible]

cibus
medicina
venenum
cibus medicinalis
medicina cibalis
cibus venenosus
medicina venenosa

nimiam. Secūda cōclusio impoſſibile eſt vene-
nū calidum nutrire corpus: pʒ q̇a omne tale aut eſt
iſſāmatiuū: aut aduſtiuū: aut putrefactiuū: aut cor
roſiuum ⁊ ce. ſed nullū tale pōt nutrire. ꝓbat̄ quia
oportet ipſuʒ corrigi a calore noſtro. ſed ſicut calor
magis imprimit ita tale venenū efficitur deterius:
vt pʒ igit̄ ⁊c̄. illaʒ ſenſit Hali. tertio de ſimplici me
dicina diſtinctione quarta primo caº. Tertia con
cluſio: venena frigida ex toto in modo ſubſtantie
membris humani corporis diſcōuenientia nō poſſūt
nutrire. nō enī apparet quomodo poſſet vnꝰ lapis
perduci ad hoc vt nutriat. Quarta cōcluſio Ex
veneno frigido in modo ſubſtātie aliquo mō cōue
niente ⁊c̄. poſſibile eſt in q̄ntitate parua corpus nu
triri q̇a tale ratione modi ſubē eſt aptum reduci ad
benignuʒ ⁊ eius qualitatē manifeſtā vincere poteſt
calor Dicit tñ hec poſitio ꝙ hec nutricatio eſt inpſe
cta. Jllas tres ꝯcluſiones ultimas viſus eſt Halienꝰ
intellexiſſe allegato caº. Tertiꝰ modus reſpōdē
di premittit aliquas ſuppoſitiones. ꝑma ē ꝙ animal
venenoſū pōt fieri nō venenoſū ex ſola nutrimenti
ꝑmutatione. ⁊ ecōtrario. ꝑma ps ſuppoſitionis col
litur ſexto de accidenti caº. primo de arbore tranſ
plantato de perſide in egiptū que ī perſide erat ve
nenoſa ⁊ in egipto facta eſt nutritiua. ⁊ qua ratōne
poſſibile fuit hoc de arbore videt̄ etiam de animali
aliquo nō enī apparet vniꝰ maior repugnātia q̄ al
terius. Ex iſta ſuppoſitione ſequit̄ ſecūda: ꝙ nō
repugnat in duobꝰ indiuiduis eiuſdem ſpeciei rep
iri diuerſas immo cōtrarias ſpecificas formas. pa
tet de arbore tranſplantata. q̄rū vna habet cōueni
entiā occultā: alia diſconueniētiā ad humanā ſpeciē
Et ex hac ſequit̄ ſecūda pars: ſicut enim a uenenoſi
tate pōt aliquid moueri ad nō venenoſitatē ita ecō
tra. Tertia ſuppoſitō eſt ꝙ per paulatinam aſſue
factioneʒ efficit̄ aliqua diſpoſitio corpori naturalis
vel ſaltē ſtans in terminis naturalibus que ſi ſubi-
to in corpore ꝓduceret̄ eſſet ſibi mortifera pʒ ſatis
de permutatione regiminis cōplōnis cōſuetudinis.
ſi enī corpus īdi fiat tale. ſicut corpus ſclaui. aut in
firmabitur aut moriet̄ vt pʒ in. xxviiī. ꝑticula pro
bleumatū ꝑmo probleumate vbi dicit de dyoniſio
quē ebriū phūs volebat ad temperiē reducere ſubi
to ⁊ tūc ille infirmabat̄: donec rediuit ad priſtinam
ebrietatē. Prima cōcluſio ꝙ venenū taʒ calidū
q̄ frigidū q̄ etiā a forma ſpecifica corruptiuuʒ pōt
nutrire probat̄ primo nō repugnat in aliquo prope
tatē occultā reperiri ꝑ quā quod aliȷs eſt venenū eſt
cibus eidē igit̄ ⁊c̄. pʒ ꝯñā ⁊ antecedens probat̄ quia
ex quo allcum in me ſceua producit accidentia. et
nō merito qualitatis manifeſte. erit hoc merito oc-
culte ꝓprietatis q̄ formā ſpecificā appello ⁊ qua ra
tōne ſic eſt de Jacobo de forliuio reſpectu allei: ſic
pōt eſſe de alio reſpectu napelli igit̄ ⁊c̄. Contra
ſequit̄ ꝙ napellus nō agit a tota ſubſtantia ⁊c̄. ne-
gat̄ ꝯñā ad verū intellectū niſi. ſ. iungat̄ accidentaľ
ꝓprietas habens prohibere occultā. Secūdo po
teſt perſuaderi cōcluſio q̄ poſſibile eſt diſpoſitioneʒ
Sortis penitus mortiferā ꝑ paulatinā aſſuefactionē
fieri ſorti ꝯnaturalem. tā poſſibile videt̄ eſſe hoc de
venenola diſpoſitione ſed ꝑmū eſt poſſibile per ſe-
cundā ſuppoſitionē. igit̄ ⁊c̄. pʒ ꝯñā ⁊ aſſᵐ ſimiliter
intelligenti. Ex quo ſequit̄ poſſibile fuiſſe puellā

veneno nutriri: ſicut teſtantur auctores. Sequi
tur ſecūdo poſſibile eſt homineʒ eſſe venenoſum vt
puellaʒ illā: ita ꝙ vere ī membris eius eſt ſubiecti
ue venenoſitas ſicuc in ſerpēte ⁊ ꝙ ipſa poſſit alios
venenare ſignet̄ eī tota latitudo venenoſitatis na
pelli que ſit quattuor graduū ⁊ pʒ ꝙ ad quemlibet
iſtoꝝ quā pono non ſenſibiliter ꝑmutare humanuʒ
corpus pōt aſſuefieri ita: vt tandē totā illā venēoſi
tatis īpreſſionē ſine nocumento ſuſtineat. Ex qº
pʒ vlterius ꝙ nō repungnat ex generatione aliquē
talē reperiri imaginando aliquē ſic īfectū cū aliquo
taliter infecta coire: ⁊ emitti ſperma venenoſum ⁊
menſtruū venenoſū. Contra poſitionē arguitur
ſic: ex illa ſequit̄. ꝙ corpus tempatū ꝑ paulatinā al
terationē poſſet calefieri in q̄rto ſtante illo cōtinue ī
latitudine ſanitatis. Arguit̄ ꝯñā. q̇a nō plus ſanitati
⁊ vite repugnat ꝓprietas occulta talis ī quāto: quā
manifeſta qualitas talis in quarto. ſed ad occultam
ꝓprietatem pōt corpus tempatū ꝑmutari talem in
quarto: puta diſpoſitionē venenoſā igit̄ ⁊ ad mani-
feſtā ꝙ ſi cōceditur cōtra ex hoc ſequit̄ poſſibile eſſe
hominē fieri calidiorē leone ſerpente ⁊ ſic d̄ aliȷs et
ſic minꝰ lata eſſet equalitas ꝑmi modi. Pro iſto
dicit̄ concedendo ꝙ ad caliditatē que eſt talis ī quar
to pōt temperatꝰ premutari. licet nō ad quamlibet
ſicut non ad q̄libet proprietatē occultā talem in q̄r
to. quartꝰ enī gradus tam occulte proprietatis q̄
manifeſte magnā habet latitudinē: cuius plures ſūt
gradus: cū quoꝝ nullo ſtaret vita. Ad iſtā con-
cluſionē pōt adduci alia probatio. q̇a non repugnat
ꝙ in eodem ſit rō cibi ⁊ venenoſitatis. ⁊ ꝙ per acci
dentalem ⁊ occultam ꝓprietateʒ in eo a medicina
bezabartica poſitā corrumpat ⁊ deſtruat veneno-
ſitatem igit̄ ⁊c̄. ſicut patet de carne ſerpentis artifi
cialiter preparata ⁊ de rege nutridate legit̄ in hyſto
riȷs romanoꝝ de quo loquit̄ etiā Franciſcus petrar-
cha laureatꝰ in epiſtolis: que ſunt in carminibus. q̇
rex non potuit mori ex veneno Et ſup hec ar-
gumenta tu poteris fundare duas ſuppoſitiones ꝑᵃ
ꝙ per vſum medicine tyriacalis pōt in membris ꝓ
prietas corruptiua ueneni derelinqui. ſecūda ꝙ nō
repungnat in eodem ſimul reperiri potentiā vene-
ni ⁊ cibi: vt in cibo venenoſo. qui tandem expolia
tur uenenoſitate ſua ⁊ poſtea ꝓcede ſecūdū hoc ⁊c̄.

ad argumēta pʒ r̄ſponſio ad primū dr̄
ꝙ probat ueritatē. Ad ſecūdū ſimilit̄ ⁊ tertium. Ad
quartū dicitur ꝙ nō omnis medicina ſolutiua eſt ve
nenoſa vt caſſia ⁊c̄. Ad argumenta etiā poſt op-
poſitū patet ad ꝑmū negat̄ ꝙ venenū non pōt ope-
rari a materia operat̄ enim a forma vt venenum
operat̄ autem a materia vt in ſe habet potentiā nu
tritiuā he autem potentie ſimul poſſunt eſſe vt pa-
tuit in queſtione. Ad aliud dr̄ ꝙ per potentiā nutri-
tiuā habet cōuenientiā ⁊ per potentiā venenoſaʒ hʒ
diſcōuenientiā vt eſt de aliquibus cibis nutritiuis ⁊
ſolutiuis qui inquātū ſolutiui repugnant. inquantū
nutritiui ꝯueniūt ⁊c̄. poteſt poni duplex concluſio
vna de forma ſpecifica Alia de manifeſta qualitate
⁊ ꝓbo illud de manifeſta qualitate ꝑ eadem media
⁊ per ſtricturā viaꝝ vt in turdo in ſtomacho cuius
diutius morat̄ napellꝰ: q̄ in ſtō hūano. Jtē hō ha-
bet vias latiores ⁊ de hoc dicit Auic. ſexta quarti

⁊ de succo lactuce potato tertio de simplici medicia distinctōne quarta p̄mo caᵒ. Ista q̄stō disputata fuit ferrarie ⁊ posite fuerūt iste suppositiones ⁊ cōclusiones. ¶ Prima suppositio per assiduū vsū medicine tyriacalis acquiri ⁊ imprimi pōt in mēbris hūani corporis aliqua proprietas venenorū expulsiua ⁊ ipsorum impressionis ꝓhibitiua. Secūda cōtingens est simul in eodē reperiri virtutē venenosam ⁊ cibalem. ¶ Conclusio est. ex aliquo veneno etiā a forma specifica corruptiua possibile est corpus humanū nutriri. Corelariū nō oīs serpens venenosus homini est necessario uenenosus cuilibet homini ¶ Correlariū secūdū possibile fuit puellā nutritā fuisse napello. Correlariū tertiū non quodlibet naturalit̄ venenosuʒ a quolibet non venenoso est specifice essentialiter distinctū: ⁊ sic finit̄ ista questio ⁊c̄.

Queritur super codeʒ commēto vtrū sanguis vl̄ alius humor putrescens possit ad benignū reduci. Arguitur multipliciter ꝙ nō. Primo q̄a a priuatione in habitū impossibilis est regressus. sed putrefactō ē p̄uatio benignitatis igitur ⁊c̄. pat̄ʒ ꝯn̄a ⁊ minor ⁊ maior est phi ī postpredicamētis. ¶ Secūdo si sic ⁊c̄ sequeret̄ ꝙ nō in cuiuslibet febris putride cura esset habenda triplex intentio. s. digestionis. euacuatōis: ⁊ alterationis. ꝯn̄s est falsū ⁊ contra Galie. tertō tegni ⁊ ꝯn̄a ꝓbat̄ ponendo. A. humorē putridū ad benignū reducibileʒ facere febrem ⁊ ꝙ per digestionē debeat. A. reduci ad benignum ⁊ pʒ ꝙ nūꝙ̄ erit intentio euacuandi. A. q̄a nec ante digestionem. A. nec post. igit̄ ⁊c̄. ꝙ non ante pʒ q̄a non erit tūc digesta materia. quod etiam non post. q̄a tūc erit humor simpliciter benign⁹ ⁊ naturalis. non indicās de sua euacuatione sed retentione ⁊ cōseruatione ⁊c̄. Tertio sequit̄. ꝙ non quelibet febris putrida salubris habet quatuor tempora ꝯn̄s est falsuʒ ⁊ generaliter cōtra omnes doc. ⁊ ꝯn̄a probatur q̄a in casu precedentis argumenti. fe. dependens ab. A. nō habebit quatuor tp̄a qd̄ arguit̄ q̄a ī statu febris hec erit perfecte curata igit̄ ⁊c̄ pʒ ꝯn̄a ⁊ asᵐ q̄a tūc totaliter est cā febris. s. putredo remota igit̄ ⁊c̄: ¶ Quarto tūc foret aliquis morbus salubris post cuius statū non sequeret̄ declinatio: ⁊ sic carens declinatione q̄a post statū febris iā dicte nunꝙ̄ erit febris igit̄ nunꝙ̄ erit declinatio febris. Quinto ad p̄ncipale arguit̄ quelibet materia que est causa cōiuncta febris. est maioris malitie ꝙ̄ aliqua que est cā antecedēs febrē: sed caʒ antecedentē febris nō sufficit virtus ad benignū reducere simpliciter igit̄ nūꝙ̄ sufficit ad benignū reducere aliquā cām cōiunctā ⁊ per ꝯn̄s nūꝙ̄ humorē actualiter putrescentē tota ꝯn̄a est nota ⁊ pʒ maior. q̄a maioris grad⁹ malitie semper vr̄ materia putrescēs ꝙ̄ solū pata putrescere: cuiusmodi est causa an̄s ⁊ minor satis patet in interpollallatis eī que per crisim terminant̄ expellitur ⁊ expulsioni preparatur materia que erat causa antecedens febris igitur ⁊c̄.

¶ ad oppositū uidetur galienus in commēto. R̄n̄dendo ad questionē. p̄mo premittā notabilia quedam. ⁊ distinctiones. secūdo ponā cōclusiones de quesito. Quātū ad p̄mū sit hec p̄ma distinctio ꝙ in humore putrescente duplicē imaginari possumus benignitatē acquiri. vna est benignitas simpliciter dicta per quā efficitur humor simpliciter naturalis: ita vt a virtute membroꝝ nutritiua possit in substātiā membroꝝ ꝯuerti ⁊ eis assimulari. alia est benignitas secūdū quid q̄ hūor non efficit̄ simpliciter naturalis ⁊ nature conueniens. sed solū acquirit dispositioneʒ p quā est obediēs virtuti expulsiue mēbrorū. ⁊ notū est. ꝙ cū benignitate ista stat hūoris preternaturalitas. qua. s. humor hic indicat de sua expulsione. In proposito aūt est sermo de benignitate p̄mo modo: s. simpliciter dicta nulli enim dubiū est humoreʒ putridū acquirere posse benignitatē secūdo modo dictā. ¶ Secunda distinctio que colligitur ex dictis Gali. ī comento preallegato: ꝙ in humore putrescente duplicē possumus immagiari gradū putredinis. vnū. s. debilem ⁊ remissū: alium vero fortem ⁊ intensū. Et per gradū remissuʒ ⁊c̄. intelligimus illū qui reperit̄ in materia. qn̄ ī ea modico tempore processit putrefactio. ita vt nōduʒ sit humidū mr̄tū extraneatū nec adhuc a cētro vsqʒ ad circūferentiā deductū. sed solū in eo aliqua processit ebulitio parua. per gradū aūt intensuʒ putredinis econtra intelligim⁹ quādo in ipso humore multū processit putrefactio: ita vt sit iā humidū valde extraneatū ⁊ sit iam forma substantialis humoris corrupta uel in statim corrūpi. Nota tn̄ ꝙ huiusmodi gradus intensus putredinis habet latitudinem q̄a quidā est supremus ⁊ est ille quo reddit̄ humor v̄tuti totaliter rebellis: ita vt nūllā actionē virtutis ad benignū simpliciter aut secūdū quid recipiat: sicut hūor faciens cancrenā refugit omnē virtutis actionē ad melius producentē. Alter vero est mediocris ⁊ est ille per quē quāuis humor refugiat actionem nature qua ipse possit reduci ad benignū simpliciter recipit tamē ratioē nature qua possit reduci ad benignū sᵐ quid. q̄a. s. preparari ad expulsionem. ¶ Tertia distinctio sequitur ex dictis ꝙ q̄n̄qʒ in humore putrescente habet̄ intentio solius alterationis ⁊ non euacuatōis. s. quando humor est putridus remisso gradu putredinis quādoqʒ alteratōis ⁊ euacuatōis vt qn̄ est putridus intenso gradu putredinis:

Tunc sit prima conclusio ꝙ humor putrescens supremo gradu putredinis non est ad benignū simpliciter vel secūdū quid reducibilis pʒ ex q̄d nois gradus supremi suprapositi. ¶ Secūda cōclusio est ꝙ humor putrescens mediocri gradu malitie vel putredinis non est ad benignū simpliciter. sed solū ad benignū sᵐ q̄d reducibil̄. pʒ ex quid nominis grad⁹ mediocris suprapositi. Tertia cōclusio sequitur ꝙ humor putridus remisso gradu putredinis est ad benignū simpliciter reducibilis pʒ q̄a ex quo grad⁹ huius malitie remissus est illum pōt virt⁹ abicere. ⁊ maxime si fuerit fortis. ¶ Ex ista cōclusione sequitur ꝙ non semper in cuiusqʒ febris putride cura: necesse est habere intentiones iam dictas pʒ q̄a habet̄ q̄n̄qʒ intentio solius alterationis: q̄n̄qʒ solius euacuationis vt ostensū est. Infero secūdo. ꝙ non quelibet res preternaturā indicat de sui remotione: humor enī remisse putrid⁹ est huiusmodi igitur ⁊c̄. ¶ Quarta conclusio sequitur ꝙ possibile est aliquā febrem putridam salubrē carere statu ⁊ augmento pʒ q̄a possibile est aliquā febrē putridā dependenteʒ ab humore remisse putrido carere hora sensibilis.

maioratōis accidentiū: aut ultimitate eoꝝ post sensibilem maiorationē igit̄ ꝛc̄. p3 ꝯña ꝛ añs intelligēti. Ex qua cōclusione p3 ꝙ nō necessario quilibet morbus salubris habet quattuor tēpora. Quinta conclusio si ponat̄ hanc febrē habere quattuor tēpora dicim⁹ tūc esse ꝑncipiū. qñ materia incipit ebullire ꝛ ad cor putridā fuliginē mittere aliquā: tūc est augmentū quando sensibiliter maiorabitur ꝗtitas hoꝝ fumoꝝ ad cor euenientiū. tunc est stat⁹ quādo sensibiliter maiorabit̄ ꝗtitas hoꝝ fumoꝝ ad cor euenientiū: tūc est stat⁹: qñ ultimabit̄ horū fumorū quātitas sed tūc erit declinatio: qñ incipit virt⁹ hāc materiā digerere ꝛ remittere i hoc humore calorē putredinalē: prohibendo exalationē huiusmodi humorum ꝛ uaporū eleuationē: p3 q̄a nō appar3 qualiter aliter quo ad accidētia possunt in hoc distingui tempora morbi Ex qua ꝯclusione sequit̄ ꝑmo ꝙ in aliqua febre salubri ꝑncipiū quo ad digestiōe3 mãe ꝛ declinatio quo ad accidentia pro ꝑte coincidūt. Sequit̄ secūdo ꝙ stat⁹ digestionis in aliqua febre nulli tempori morbi penes accidētia distinctos cōicabit p3 similiter cū status iste sit extra febrē. Sequit̄ tertio aliquā esse febrē putridā salubrē: cui non possūt correspondere nisi tria tempora distincta penes actionē virtutis i materia ꝛ infinita quasi alia his similia possunt concludi ꝛc̄.

ad argumenta ad primum dicitur ꝙ priuatio actus ꝛ aptitudinis est illa a qua in habitū impossibilis est regressus. ꝑuatio tñ actus non est huiusmodi licet enim somnus naturalis sit priuatio vigilie non tamē sequit̄ ꝙ a somno illo non sit possibilis reditus ad vigiliam q̄a ibi est aptitudinalis reditus licet non actualis ꝛ hoc nisi aliud adueniat.

Prima cōclusio sudor multus ex sōno proueniens ⁊ nō a cā manifesta significat corpꝰ uti plurimo nu trimento uel significare pōt pbatur sic. nimius ci bus assūptus secūdū plurimū ē cā sudoris in somno igit̄ ɔ̄ña tenet. quia semper effectus apropriatꝰ po test super cām ipsius significare. ⁊ assūptū declara bitur circa litterā. Prio nota notāter dictū esse multus. paucus eni sudor nō sic euidenter illud oñ deret uel argueret. unde de multo mētionem fecit Secūdo nota nō solū sudorē i sōno cōtingenteȝ hoc significare posse. sed etiā in uigilia. sed nō protulit affo. quia in uigilia frequētius ab aliis cāis cōtigit impedire. Tertio nota sudorē i sōno magis mul tiplicare ꝙ in uigilia propter multa. prio qa in sō no magis multiplicat̄ materia sudoris eo ꝙ alie se re omnes superfluitates retinētur. Secūdo qa in ui gilia plurime materie īsensibiliter expellūt. quare ante i sōno i corpore repleto manifeste ⁊ sub for ma sudoris egrediūtur. secūdū magnā partē enim somni calor ē i mēbris interioribus fortis. ⁊ in exte rioribus debilis. Tertio quia tēpore somni nutrim tū ad mēbra copiosius transmittit quare materias sudorales in porositatibus cōtētas ad extra natura expellit. ppter qđ secūda primi doc. secūda ca. xiii f. de his que proueniūt ex somno ⁊ uigiliis. Sudor naqȝ quē efficit somnus ē secūdū modū exuberandi materiā ⁊ nō resolutionis subtilis cōtenti. Quar to nota sudorē prouenire qñqȝ a cā extrīseca manife sta sicut labor calor aeris copertura pānorum ⁊c. Quādoqȝ etiā a cā intrīseca ⁊ ignota nobis magis ⁊ nō sic manifesta. ⁊ de tali i proposito est sermo. iō dixit sine manifesta cā. a cā autē que pōt dici mani festa cōtigit ppter multas cās allegatas secūda. iiii ca. de cāis multitudis sudoris de diuersitate dispo sitionū isudando. s. repletio multa apertio pororū multa uirtutis fortitudo. defectus uirtutis a dige stione. ut pȝ. Quinto nota cibū multipliciter pos se cē cām huius sudoris. primo quia ab ipso eleuan tur uapores multi humidi qui ad cutim pueniētes cōdēpsantur. ⁊ ad formā sudoris producūtur. Se cundo quia calidus existēs materias humorales in corpore existētes euaporare significat sicut cibaria calida sudare faciūt. tertio quia i multā humoralē materiā trāsmutat̄ que ē cā sudoris. primo qa cum ea cōiūgitur multa aquositas apta per sudorem ex pelli secundo quid in poris continet̄ exterius propel lendo. Ad propositū principaliter prio ⁊ ultimo modo. Ex his pȝ causa uerificans affo.

si uero non

Secūda cōclusio sudor multus ex somno contingēs i corpore nō sumēte multū de cibo significat corpꝰ egere euacuatione probat̄ sic. huiusmodi sudor si gnificat i corpore plurimā superfluā habūdare hūo ralē materiā idigentē euacuatione. igit̄ cōclo uera pȝ ɔ̄ña ⁊ assūptū declarabit̄ stati. Prio nota p taleȝ sudorē nō existēte uirtutis inbecillitate. nec etiam corpus sit nimis rarū i poris si fiat multus sudor ⁊ cc. cū talis nō proueniat a multitudine materie que noniter ex nutrimento multiplicat̄ sequit̄ ꝙ pueit a materie multitudine. que prius fuit reposita. ⁊ p cōsequēs corpus euacuatōe indiget. ⁊ similis sēten tia colligit̄: xvii. cōtinentis. ca. de sudore ⁊ secūda primi doc: secūda ca. xiii. de his que proueniunt ex sōno ⁊ uigilia. ubi ad lrām inquit. qui aūt in sōno multū sudat nullā habēs cām nutrimēto plenus ex istit quod tollerare nequid ⁊ secūda. iiii. ca. de di uersitate dispositionum isudando. ubi pñs allegat̄ affo. Contra sniam affo. arguit̄. prio stat corpꝰ uti plurio nutrimento. quāuis in eo nō multiplicet̄ sudor. igitur huiusmōi sudor nō est ⁊c. pȝ ɔ̄ña. ⁊ as sūptū probatur. quia tpe hyemis hoc contingit. Se cūdo possibile ē corpus āpliori uti cibo ⁊ habere ca liditatē fortē illas superfluitates īsensibiliter resol uētē uel uirtutē expulsiuā fortē per alias regiones expellere quo inesse posito. pȝ affo. nō cē uerum. Tertio cōtra secūdā cōclusionē materia hūoralis superflua i corpore i quo ex sōno multus fit sudor iā p sudorē euacuatur. igit̄ tale corpus nō eget eua cuatōe. ɔ̄ña uidet̄ nota cū antecedēte. Ad pmuȝ dicitur negādo cōsequētiā licȝ eni i quolibȝ corpore pluri utente nutrimēto nō sit sudor ⁊c. propter im pedientes cās. illis tamē deductis aptus est fieri et significare sicut dictū est. Et per idē soluit̄ ad secū dum. quia nō uult ypo. ꝙ oē corpus utens āpliori cibo sudet. sed ꝙ omne sudās cū determiātis circun stātiis significatur uti ⁊c. Ad tertiū dicit̄ ꝙ licȝ se cūdum ptem illa materia euacuetur nō tamē cōue nienter: quia tūc nō perseuerat sudor. sed euacua tur subtilius remanente grossiore.

Sudor multus calidus uel fri gidus. frigidus maioreȝ. ca lidus minorem egritudineȝ significat.

Conclusio affo. ē ista. sudor frigidus i quocūqȝ egri tudinis tēpore cōtingat. significat maiorē egritudi nē ꝙ calidus. ⁊ econtra calidus minorē. probat̄ sic p sudorē frigidū significat̄ materiā egritudis a uir tute minus superabilē cē ⁊ econtra per calidū. igit̄ cōsequētia pȝ ⁊ assūptū pȝ super illo frigidi sudoris f. xxxvii. affo. per ea que dicta sūt Cōcordia ⁊ uti litas ⁊ āpliatio sumat̄ i hoc affo. sicut in illo. Pri mo nota signāter dictū cē superfluens ad denotādū hoc ueꝝ cē siue i principio siue i augmēto siue i de clinatione similiter siue i die cretica siue nō cretica. Secūdo nota sudor frigidus significat aut maxi mā caloris ipotentiā. ita ut in materia nō possit no notabiliter ipressionē facere. aut uehemētia rebelli onis materie aut multitudine frigiditate aut grossi tie sua aut omnibus aut pluribus istoꝝ simul quod cūqȝ illoꝝ cōtingat pȝ deteriorē cē sudorē frigidum

cū calidus nō significet aliquod illoꝝ? ¶ Tertio no
ta ad ueritatē affo. requirūt aliq̄ue cōditiōes. Pri
ma ꝙ egritudīes sint salubres. Secūda ꝙ hui9
modi sudores cōpentur adinuicē cū alioꝝ paritate
puta in egritudīe siue spetie egritudinis ⁊ fortitudi
ne uirtutis ⁊ sic de aliis. ut acuta acute ⁊ cronica ad
cronicā. His enī seruatis pꝫ affo: eē ueꝝ. sudor enī
frigidus in cronica salubri maiorē ⁊ deteriorē sig-
nificat egritudinē q̄ꝫ calidus ī simili. Consimiliter
in egritudine acuta. tamē ī mortali eque malā sig-
nificāt egritudinē. si alia enī nō forēt paria. ut su-
dor calidus in pacuta deterius signū eē pōt ⁊ maio
ris egritudinis q̄ꝫ frigid9 in lenta ut pꝫ licet dici pos
sit ꝙ semꝑ sudor frigidus merito sue proprietatis
sit deterius portendat q̄ꝫ calidus: licet propter ali-
qđ aliud cōtingere possit oppositū. quia sēꝑ ex fri
giditate cōprehēdimus īpotētiā uirtutis cōtra ma-
teriā simpliciter aut ut nūc ex caliditate aūt nō sic:

FEbres quecunq; non defici unt in dyatricis tertia die fortiores fiunt et periculose quecunq; uero sic deficiūt. significāt quoniā non sunt periculose.

¶ Conclusio affo. ē ista. quecūq; nō deficiētes febres
in diebus tribus periculosiores sūt ⁊ magis mole-
ste in tribus diebus deficientibus ⁊ ē sensus ꝙ con-
tinue sunt magis moleste īterpollatis. probatur sic
huiusmōi febres uirtutē magis debiliāt ⁊ prauio-
ra secūdū plurimū inferūt accidentia ⁊ nocumenta
igiī cōclusio uera. pꝫ ꝯña ⁊ assūptum circa literaꝫ
declarabiī. Primo nota ut pria. iiii. febriū que
dā cōtinue ⁊ quedā īterpollate. ⁊ iteꝝ cōtinue que
dā sunt cōcluse ⁊ quedā cōtinue ꝓportionales. ad
ꝓpositū licꝫ affo. ampliari possit ad cōclusas conti
nuis proportionalibus cōpatas. tamē ī ꝓposito est
sermo de cōtinus proportionalibus cōpatis uere ī
terpollatis. ¶ Secūdo nota ꝑ tres dies intelligendū
esse nō solū uere tres sed quoscūq; alios dies paroxis-
moꝝ uel exacerbationū siue fuerit duo siue tres si-
ue. iiii. ⁊ sic de aliis. Tertiio nota ꝙ cōtinue fe
bres differūt ab interpollatis in multis. Primo ī si
tu siue loco putredinis materie febrē faciētis. q̇a se
cūdū plurimū faciēs interpollatā putrescit extra ue
nas continuā uero intra ⁊ dico notāter ut plurimuꝫ
ut alias declaratū fuit. ¶ Secūdo quia cōtinue af-
fligunt sine interpollatione. interpollate uero non
Tertio quia secūdū plurimū materia faciēs fe-
brē continuā putrescit in loco uel ī mēbro nobiliori
⁊ hēt ad cor directiorē aspectū econtra uero inter-
pollata ¶ Quarto nota cōtinuas cōclusas quasi cō
similiter se habere ad cōtinuas ꝓportionales. sicut
cōtinue ꝓportionales ad interpollatas. Prio dif
ferūt rōe situs. quia cōclusa ē de materia putrescē-
te ī loco ꝓpinquiori cordi. Secūdo quia accidentiū
fortioꝝ ⁊ quia eaꝝ afflictio ē uniformis quasi econ
tra uero in cōtinuis ꝓportionalibus. ¶ Ex quibus
pꝫ ꝙ cōtinue proportōales sūt molestiores ⁊ pericu
losiores interpollatis. Secūdo ꝙ cōcluse sūt pi-
culosiores cōtinuis proportionalibus. ⁊ sic pꝫ cā ue
rificās affo. ¶ Quinto nota ad ueritatē affo. opor
tere ꝙ alia sint paria in quātitate ⁊ qualitate mate
rie ⁊ fortitudine ⁊ debilitate uirtutis ⁊ sic de aliis.
alias enī cōtingere pōt oppositū. ¶ Ex his sequiī
secūda cōclusio ꝙ fe. īterpollate ostendūt se eē mi-
nus ꝑiculosas quia materia ē extra uasa ⁊ cordi mi
nus directa ī loco minus nobili putrescens. ⁊ habet
tempus quietis. in quo uirtus a resolutione aliqua
liter releuatur. cuius oppositū cōtingit ī cōtinua.
⁊ similis snīa colligiī pria quarti tractatu secundo
ca. i. ⁊ deteriores quidē fe. sunt īsepabiles quaruꝫ
putredo est intra uenas ⁊ est utilis in actu prono-
stico ⁊ operatiuo ⁊ ampliatur ut patet:

Quibuscunq; fe: longe sūt his pustule in articulis et dolores fiūt.

Conclusio affo. ē ista. quibuscūq; corporibus insūt
fe. longe. his fiunt pustule ⁊ dolores in articulis ꝓ
batur sic in talibus multiplicaī materia apta expel
li ad articulos quā nō sufficit uirtus ad extra ꝑ cri-
siꝫ ꝑfectā expellere. ⁊ cū articuli sint mēbra ad has
recipiendas materias parata igitur. idē secūda q̄rti
ca. de signis crisis cū exitura ⁊ ca. de signis crisis cū
ꝑmutatione. ⁊ est utilis. ⁊ ampliatur etiam ¶ Pri
mo nota fe. longas itelligendas eē cronicas materi
ales a materia multa ⁊ grossa ⁊ multū frigida pen
dentes. Secūdo nota ꝑ articulos emunctoria in
telligi posse. ¶ Tertio nota affo. nō semꝑ sed ut in
pluribus ueꝝ eē. ⁊ pōt intelligi fiūt. i. apta sunt fie
ri. Quarto nota huiusmodi pustulas ⁊ dolores
potissime ꝑ crisim ꝑmutatiōis fieri. uirtute enī ex
longa egritudine debilitata materia etiā grossitie ⁊
frigidate multitudine difficulter expellibili cū nō ꝑ
fecte supra materiā dominetī uirtus illā nō expellit
unde nō pōt crisim ꝑfectā efficere. efficit igitur im-
perfecta nō exterius materiā expellēs. sed a men-
bro nobili ⁊ forti ad ignobile ⁊ debilius permutan
do ut tangiī in cōmēto. ⁊ est cā uerificās affo.

Quibuscūq; ex fe. resurgentibus aut pustule aut in articulis dolores fiūt hi amplioribꝰ utuntur cibis.

Conclusio affo. ē ista quibuscūq; corporibus ex fe-
bribus resurgentibus adueniūt pustule aut dolorēs
in articulis. isti utūtur āpliori cibo q̄ꝫ oportet. pro
batur sic. usus cibi amplioris q̄ꝫ oportet in corpori
bus iā dictis est frequēter cā pustulaꝝ aut dolorum
iā dictoꝝ igiī cōclusio uera. pꝫ ꝯña. quia effect9 ar
guit cām ⁊ assūptū circa litterā declarabiī. idē. viii
continentis ca. de regimine cōualescentiis: ⁊ ē exꝑs
sius. xxii. iii. tractatu secūdo. ca. i. s. de doloribus
iuncturaꝝ inquit. ⁊ habētes egritudines cronicas ⁊
cōualescentes ⁊ qui nō reguntur cū rectificatōe sup
ple dolorē incurrūt iūcturaꝝ iō ⁊ illud quoniā coꝝ
uirtus debilitatur digestione nō bona. ⁊ est utilis ⁊
āpliatur ut precedēs plurics fuerūt āpliati. ¶ Pri
mo nota cōualescentes de quibus intelligiī per re-
surgentes ex fe. sunt duplices. s. ueri ⁊ non ueri:
Quis sit uterq; alias declaratū ē. Dicūt enī quidaꝫ
ī proposito de nō uere cōualescentibus intelligēdū
eē affo. Ego uero dico ꝙ etiā de uere cōualescētib9
euidens ē affo: Si enī aliqđ corpus fuerit non uere

cõualescẽs semper uel ut plurimũ ĩ eo remanẽt ma
terie reliquie apte ad articulos aut ad emunctoria
ꝑmutari. si talia cõtingũt nõ cõcluditur euidenter
hoc ẽẽ propter cibũ nimiũ preassũptũ. ⁊ per cõseqñs
⁊c. De uere aũt cõualescẽtibus maiorẽ hꝫ euiden-
tiã. si eni in talibus cõtingat cũ non eueniat a mate
ria relicta. probabile ẽ q̃d a superfluitate nouiter
multiplicata. que nõ eẽt nisi propter nimiũ cibum.
aut q̃dcũq; aliter indigestibile ideo ⁊c. Secũdo
nota ꝙ in cõualescentibus ex febribus ꝓpter resolu
tionẽ preexistentẽ uirtus digestiua debilitata ẽ pau
cificato calore. unde sũpta magna quãtitate cibi in
eis male digeritur. sed secũdũ magnã ꝑtẽ eius sub
forma supfluitatis crude flegmatice r̃tinet̃ quã quia
uirtus debilis nõ p̃ot uniuersali ⁊ ꝯpleta expulsiõe
ad extra expellere. ⁊ propter eaꝝ grossitiẽ ⁊ propt̃
eius debilitatẽ cogitur de mẽbris fortioribus ad mẽ
bra debiliora permutare que sunt mẽbra maxime
disposita rõe situs ⁊ cõcauitatis ⁊ debilitatis cõple
xionis. ut secunda primi ca. de cãis apãtũ ⁊. xxii.
iii. tractatu. ii. ca. i. Et ex hoc pꝫ cã uerificans
affo. Tertio nota ꝙ licet ita sit. nõ oportꝫ ꝙ sẽ
ꝑ in huiusmõi corporibus nimia quãtitate cibi uten
tibus superueniãt pustule ⁊c. possũt eni huiusmodi
supfluitates quãdoq; per fluxũ uentris aut per uo-
mitũ aut sudorẽ expelli secũdũ dispositionẽ uirtutis
⁊ materie ĩ fortitudine ⁊ debilitate obedientia ⁊ in
obedientia.

i rigor inciderit fe. non defi
ciente iam debili existente
corpore mortale est.

Conclusio affo. est ista si rigor corpori febricitanti
superuenerit ñ deficiẽte fe. uirtute iã exñte debili ẽ
signũ mortale. probat̃ sic huiusmodi rigor signifi-
cat ultimũ uirtutis casũ. igit̃ cõclusio uera. pꝫ ꝯña.
⁊ assũptũ circa litterã declarabit̃. Similis snia colli
gitur. xvi. cõtinentis ca. i. ⁊ pria. iiii. tractatu se-
cũdo ca. de rigore ⁊ oripilatione. ⁊ de rigore ẽ qui
significat mortẽ ⁊ est ille quẽ sequit̃ debilitas uirtu
tis ⁊ cãus caloris innati ⁊ siccitas. ⁊ secũda. iiii. tra
tatu secũdo ca. de signis sũptis ex rigore. ⁊ est util̃
ĩ actu pronostico ut pꝫ ⁊ ãpliatur ad quecũq; corpo
ra in quibus huiusmõi rigor euenit. Prio nota
ꝑ rigorẽ nõ solũ ĩtelligẽdũ eẽ rigorẽ proprie dictuꝫ
distinctũ cõtra oripilationẽ ⁊ frigus ⁊c. sꝫ ut ad hec
omnia extenditur q̃uis principaliter. de rigore tã
q̃ de euidẽtiori signo explicet in affo. Secundo
nota rigorẽ eẽ triplicẽ. ut notatũ fuit super affo. et
conclusionibus ĩ febribus sextanis. s. antecedenteꝫ
subsequẽtem ⁊ intercedentẽ. in proposito aũt de in
tercidente ẽ sermo propterea dixit inciderit. Tertõ
nota hic posse reperiri duplicẽ litterã ut cõmẽtator
ĩ cõmento. Prima inciderit ⁊ est sensus dictus.
Secũda inciderint. s. rigores ⁊ significat̃ per hoc ri
gorẽ nõ solũ semel sed pluries cõtigisse. ⁊ ista uidet̃
euidentior expositio. ut sensit cõmẽtator ĩ cõmẽto
licet dici possit si rigor inciderit. s. pluries. Quar
to nota ꝑ fe. nõ deficiẽtẽ intelligere debemus febrẽ
nõ obstante rigore in suo uigore cõtinue permanen
tem sic. s. ꝙ nec eradicat̃ nec diminuat̃. Quinto
nota uirtutẽ debilẽ in proposito intelligendũ eẽ non
solũ absolute sed etiã ĩ cõꝑatione ad morbũ. licet
etiam dici posset de debilitate absolute. ⁊ ita ẽ ser-
mo ĩ propoito. quia ista sit ualde magna debilitas
Ex hoc enim rigore arguit̃ ipsã eẽ debilẽ respectu
morbi. Sexto nota hũc rigorẽ cõtingere posse ꝑ
pter plures cãs. Prima ẽ motus cõcussiuus mẽ-
broꝝ ad expellẽdũ materias nocẽtes quẽ si nõ seq̃t
purgatio significat uirtutẽ ab eius actione in mate
ria deficere ⁊ hoc ẽ signũ mortale aut sequit̃ euacu
atio ad quã quia ad huc sequit̃ debilitas maior con
stante fe. in uigore suo adhuc sequit̃ mors ⁊ce.
Secũda cã eẽ p̃ot defectus uirtutis mẽbroꝝ cõtẽtiue
non potentis continere mẽbra in naturali situ. quia
tremũt. sicut exẽplificat̃ ꝙ folia arboꝝ añ casuꝫ tre
mũt ⁊ hoc ut pꝫ ẽ signũ mortale Tertia propter
motũ materie noue ad causandũ egritudinẽ. ⁊ ite-
rum pꝫ hoc esse mortale. si eni uirtus cũ unico mor
bo ꝓsternebat̃ a fortiori cũ reliquo. Quarta cã
potest esse retractio spiritus ad cor propter resoluti
onem in spiritualibus cõtingentẽ. ⁊ ẽ dispositõ se-
cundũ plurimũ antecedẽs sincopim. ⁊ hoc iteꝝ pro
culdubio ẽ signũ mortale permanẽte febre. ex quo
patet cã uerificans affo.

xcreationes ĩ febribus non
defitientibus liuide aut san
guinee et fellee et fetide om
nes male sunt. egeste uero bone sunt
et secundum secessũ et secundum uri
nam. si uero non aliquid utilium per
hec loca egeratur malum est.

Conclusio affo. ẽ ista. Excreationes liuide aut sang
uinee fellee aut fetide ĩ febribus continuis apparẽ
tibus sunt male probatur sic: omnes tales signifi-
cãt mortificationẽ aut magnã ĩcẽsionẽ ĩ spiritualibꝫ
aut aliã periculosã lesionẽ. igit̃ cõclusio uera. patꝫ
ꝯña ⁊ assũptũ circa litterã declarabit̃. Primo no-
ta ꝑ excreationes intelligere debemus sputa cũ ra
scatione uel tussi eiecta. per que maxie significare
possumus super dispositionẽ spiritualiũ puta pecto
ris pulmonis gutturis ⁊ dyafragmatis. Secũdo
nota nõ solũ ĩ fe. nõ deficientibꝫ. i. cõtinuis hoc ha
bere ueritatẽ. sed etiã in fe. interpollata. quia tam̃
hoc frequẽtius cõtingit in continuis de ipsis potius
specialẽ fecit mentionẽ dans alias fe. ꝑ has ĩtellige
re. Tertio nota ꝑ excreationes liuidas intellige
re debemus illas que opace sunt ⁊ coloris fusci. q̃
lis est color carnis cõtuse. quia tendentis ad nigre
dinem. Contingũt aũt aut propter mistõeꝫ melãco
lie cũ alio humore ⁊ maxie cũ flegmatico. aut pro
pter humorẽ melãcolicũ per regionẽ istã expulsum
aut propter fortẽ adustionẽ opacantẽ humores ⁊ ip
sos ad nigredinẽ uel liuiditatẽ trahẽtẽ. ut alias de
claratũ ẽ. aut propter extinctionẽ aut mortificatõꝫ
spiritus ⁊ caloris in spiritualibus mẽbris. quia hũo
res spũ priuati ad eius colorem declinãt. sicut ⁊ ali
as declaratũ est. Ad ꝓpositũ de oĩbus p̃ot eẽ ser
mo. quia tamẽ raro cõtigit humorẽ melãcolicum ꝑ
superiora taliter expelli. minime etiã habundat in
spiritualibus. nisi per adustioneꝫ fuerit incineratus
de ipso in proposito nõ intelligit tales de quibus ẽ

in proposito sermo potissime significabũt adustõez uel mortificationẽ ꝛc. ¶ Quarto nota p sãguineas debemus intelligere puras sanguineas significantes apertionẽ uene ĩ pectore uel pulmone nõ autem mistas sicut in pleuresi. tales enĩ nõ sũt necessario male ut pz. p fetidas significatᷓ ulcus putridũ aut magna putrefactio in spiritualibus. p felleas. s. citrias magnũ incendiũ siue incensio: ex quo pz cã uerificãs cõclusionẽ afſo. Quinto nota huiusmõi apparere posse uel precedentibus signis digestionis. In proposito autẽ ẽ sermo cũ apparuerit nõ precedẽtibus signis digõis:

¶ Egeste uero.

Secũda cõclusio oẽs supfluitates siue per urinã siue per secessũ bene egeste sunt bone ꝓbatᷓ sic. p quaslibet tales significatᷓ dominiũ uirtutis supra materiã igitᷓ cõclusio uera. pz ꝯña. ꝛ assũptũ declarabitᷓ statim. ¶ Primo nota p bene egestas cũ signis digestionis precedentibus aut possumus ĩtelligere egestas cũ circũstantiis requisitis ad bonã ꝛ laudabilez euacuationẽ huiusmõi sunt quãtitas qualitas tẽpꝰ locus cõferentia. Secũdo nota ꝙ iste sũt bone p uiam signi ꝛ cãe quia sunt dominii nature signũ ꝛc. ꝛ etiã per uiã cãe quia sũt cãe mundificationis corporis.

¶ Si uero non.

Tertia cõclusio quelibet supfluitas per hec loca ĩutiliter egrediẽs mala probatᷓ sic. quelibet talis significat uirtutẽ indebite regulare materiã nec eisdẽ sufficienter dominari nec cõfert igitᷓ pz ꝯña ꝛ assũptuz ex q̇d noĩs supfluitatis inutiliter euacuate. Nota p superfluitates euacuatas inutiliter. s. nõ precedẽtibus signis digestõis uel euacuatas nõ cũ circõstãtiis requisitis ad debitã euacuatõez supra numeratis. ꝛ similis sñia colligitᷓ. xvi. cõtinẽtis ca. i. ꝛ. ii. q̃rti ca. de iudiciis euacuationũ. ꝛ ẽ utilis ꝛ ampliatᷓ ut pz ꝛ põt colligi supra prima huius cõmẽto. xii. s. poxismos ꝛ cõsistentias. ¶ Nota etiã in ultĩa conclusione reperiri duplicẽ litterã. ut tãgit cõmẽtator in cõmẽto si uero aliquid utiliũ egrediatᷓ maluz. i. coꝝ que nõ euacuãda sed retinẽda sunt. sicut dum ĩ sputo expuantur anuli pulmonis.

In non defitientibus febribus si que quidez extra frigida fuerint qui uero intus ardeant et sitim habeant mortale est

Conclusio afſo. ẽ ista frigiditas extremorũ mẽbrorũ in febribus nõ deficiẽtibus ꝛ cõtinuis cũ siti ardore mẽbroꝝ interioꝝ est signũ mortale: probatᷓ sic. huiusmodi frigiditas cũ his circõstantiis apparens significat uehemẽs apã in interioribus. igitᷓ cõclusio uera. pz ꝯña. ꝛ assũptũ circa litterã declarabitur. Similis sñia colligitur. ii. quarti ca. de signis sumptis ex pte extremitatũ. ꝛ secũdo pronosticorũ textu cõm̃ti q̃rti ꝛ ĩ cõmẽto ꝛ septiã afforũ afſo. ꝛ cõm̃to primo. ꝛ. xvi. continentis capitulo primo et decimo septimo. ultra principiuz satis: ꝛ. x. Almã. ca. de signis malis. ꝛ ẽ utilis in actu pronostico. ꝛ ãpliatur ut pz. Prĩo uero nota notãter dictũ eẽ ĩ fe. non deficientibus. cũ enĩ hoc accidẽs ĩtrinsecũ insequatur apã faciẽs cõtinuã de interpollatis nõ uerificabile ẽ. tũ etiã quia huiusmõi frigiditas exterior dẽt eẽ perseuerãs que ĩ interpollatis nõ perseuerat cum ardore intrinsecoꝝ. ¶ Secũdo nota per exteriora potissime intelligenda sũt extrema. s. pedes manus facies uel caput per interiora uero uẽtrẽ ꝛ spiritualia ꝛ circũadiacẽtes partes colligitᷓ. ii. quarti allegato ca. ꝛ secũdo ꝓnosticoꝝ allegato. ca. Tertio nota in talibus ẽ sitis fortis. calore enĩ intrinsecus uehemẽti exsiccatur ꝛ cõsumitᷓ totale mẽbrorũ humidũ ad cuius cõsũptionẽ sequitur sitis. ¶ Quarto nota ꝙ per ardere interiora. ĩtelligere debemꝰ ipsa uehemẽs incendiũ pati ꝛ cauma. ex quo cõprehenditur has febres ẽe acutas cronicis enĩ licet contingat esse frigiditatẽ exterius ꝛ interius calorẽ non tamen est interius cauma siue incendiũ ex quo fe. acuitas cõprehẽdatᷓ. ꝛ dẽt semp supponi huiusmõi signa esse perseuerantia. Quinto nota ꝙ stante calore intrinseco multipliciter cõtingit extrema ĩfrigidari. ¶ Prĩo quidẽ a cã primitiua ꝛ extrinseca sicut timore ꝛ occursus rei exteriora infrigidantis ꝛ talis cã in proposito ẽ excludenda. Quãdoqꝫ uero a cã intrinseca ꝛ corporali. ꝛ hoc põt ẽe multiplicitᷓ ut colligi põt ex dictis doctoꝝ. Prĩa opilatio ĩ uenis ꝛ arteriis ad exteriora tendentibus. quare sanguis ꝛ spiritus ad interiora recludit ꝛ nõ trãsit ad exteriora. ꝛ si cũ hoc ponatᷓ in interioribus eẽ putredinẽ uerificabitᷓ ut dictũ est. ¶ Secũda cã põt ẽe materia naturaliter ualde frigida intrinsecus putrescẽs a qua eleuatur uapor. quia a cã ipsũ uehem̃ter calefaciente remotus ad pristinã grossitiẽ ꝛ frigiditatẽ se reducit. ꝛ hoc ĩ mẽbris exterioribus q̇a extra apparet frigus intus uero calor. Tertia cã potest eẽ materia colerica grossa putrescẽs a qua q̃si nullus uel paucus eleuatᷓ uapor qui resoluitᷓ. quare interiora calẽt ꝛ exteriora frigẽt uel nõ calẽt notabiliter. Et iste cãe colligũtur prĩa q̃rti tractatu secũdo ca. de lipparia. ꝛ tu ꝓ istis clarius reprehendendis recurre ad cõsiliatorẽ drĩa. xxxii. ¶ Quarta cã põt esse materia multa frigida obsidẽs ꝛ subcludens calorẽ interius. sicut in fe. cõtingit cronicis ut flegmatica frequẽter in principio. Quinta ꝓpter sincopim. ¶ Sexta propter apã acutũ ꝛ dolorosuz existens in mẽbris interioribus ad q̄d retrahitᷓ totus spiritus ꝛ calor naturalis ꝓpter dolorẽ attrahẽtem. ꝛ quia etiã apã attrahit sanguinẽ ꝛ spirituz sicut uentosa ꝛ hoc proprie intelligit. ĩ proposito nõ est sermo cũ dicitᷓ de tali frigiditate que fit in egritudinibus cronicis. quia nõ ẽ in illis ardor ꝛce. nec de illa que fit a colera. quia nõ percipitᷓ magna frigiditas sicut intelligitur. nec propter opilationẽ ex his colligitᷓ cã uerificans afſo.

In non deficiẽtibus uero fe: si labium uel oculus uel supercilium aut nasus distorqueatur aut non uideat. aut non audiat. iam debili existente corpore; quecunqꝫ horũ fiãt. iam prope mors est:

Cõclusio afſo. ẽ ista. Contorsio labii oculi supcilii uel nasi uel ablatio uisus uel auditus in fe. cõtinuis

eueniens uirtute exñte debili significat mortis propinquitatē probat̄ sic ꝑ quodlibȝ istoꝝ significat̄ uehemens cerebri apā aut cōgelatio aut uehemēs exitura ubi generatur uehemētissimū intrinsecū nocumētū. igit̄ cōclusio uera. pȝ ꝯña ⁊ assūptū circa litterā declarabitur. Similis snīa colligit̄. xvi. continētis. ca. prio ⁊ secūda. iiii. de signis sūptis ex parte nasi ⁊ oculoꝝ ⁊ ē utilis in actu pronostico. ⁊ ampliatur ut pȝ. ¶ Primo nota notāter dictū eē in nō deficientibus ⁊c. raro eni uel nūq̄ merito interpollate fe. uel eius cause apte sunt accidentia illa sequi. Secūdo nota ī ꝓposito maxime ypo. mētionē fecisse de mēbris faciei. quia per illa maxīe significatur super dispositionē uel lesionē cerebri propter colligantiā ⁊ propinquitatē. ¶ Secūdo quia maxime detecta ⁊ maxīe manifesta. unde ois diuersitas in talibus magis q̄ in aliis manifestatur. Tertio nota per talē cōtorsionē duo intelligere possumus. Primo motū illū cōtractionis ⁊ sic ē actio lesa. quia corrupta. Secūdo intelligere possumus ipam dispositionē qua sic formaliter cōtortū est. ⁊ sic ē egritudo cōpōnalis quia ī figura ut pȝ. ¶ Quarto nota huiusmodi accidentia euenire possūt aut a cā primitiua. ⁊ de tali nō ē sermo aut a corporali ⁊ hoc iterū dupliciter. uel quia per proprietatē in istis mēbris ut tortura labii propter egritudinē propriam labio nō aliunde cōmunicatā ut apā spasmus mollificatio aut ꝓpter egritudinē ipropriā labio aliunde cōicatā ut propter cōitatē a cerebro ⁊ d̄ tali nūc est sermo. Quinto nota labii nasi uel oculorum contorsio aut supcilioꝝ contingere pōt multipliciī. Primo ꝓpter magnū nocumentū a materia praua uel uenenosa. quia cōtrahitur cerebrū ⁊ cōtorquet̄ ad cuius cōtorsionē ⁊ alie ptes faciei secū alligātiā habentes. alia cā etiā pōt eē apā ut frenesis q̄ existens acutū exsiccat ptes illas exsiccatiōe. ad q̄ seq̄tur contorsio ⁊ cōtractio partiū iā dictaꝝ. Ex illo colligitur cā uerificās affo. stante eni fe. cōtinua et uirtute debili cōtorsio labii ⁊c. nō per proprietatē eueniens significat uehemēs apā uel incēdiū in cerebro quare cōtrahitur. ⁊ ꝯñter cōtorquēiur partes iā dicte: ⁊ illis imensa siccitas cōmunicatur. quare corrugant̄. ⁊ ꝑ ꝯñs ⁊c. nō uidere autē ⁊ non audire significat̄ tātā lesionē in cerebro ut iā oculis uisiuꝰ spiritus ⁊ auribus auditiuꝰ sublatꝰ sit. sed hec oīa uidentur significare mortis uicinitatē. iō. ¶ Ex quibus pȝ hunc spasmū posse esse de inanitione ⁊ nō ꝓportionatum ad materiam.

ui in febre disnia superuenerit non defitiente et desipiētia mortale est.

¶ Conclusio affo. ē ista. Disnia ⁊ desipientia superueniēs fe. nō deficiente est mortale. ꝓbat̄ sic. huiꝰmodi accidentia significāt cerebri ⁊ spiritualiū uehemēs nocumētū. igit̄ pȝ ꝯña ⁊ assūptū circa lr̄am declarabitur. similis snīa colligitur secūda. iiii. de signis sumptis ab anhelitu ⁊. x. almā. ca. de signis malis ⁊ est utilis ⁊ ampliat̄ ut precedēs. Primo nota disnia. i. difficultas anhelitus. desipientia. i. alienatio que ambo debēt intelligi fortia ⁊ perseuerātia. ¶ Secūdo nota huiusmōi accidētia apparent possunt ut dependēt ab ipsa fe. uel ab eoꝝ aliis nocumentis ꝓpriis uel ꝓpter apā cerebri uel in lacertis pectoris cōtentum. Exemplū primi si febris sua uehemētia desiccādo cerebrū cāet alienationē: exsiccando uero musculos pectoris causet difficultatem anhelitus. aut uehementer incendendo hoc faciat. ¶ Exēplū secūdi si propter apā exñs in lacertis pectoris aut pelliculis costarū fiat difficultas anhelitꝰ. ⁊ propter fumos aliquos cerebrū petētes fiat desipiētia. Ad propositū utroq; mō uerificari pōt: duȝ tamē ista duo sint fortia ⁊ perseuerātia cum acuta fe. ut dictū est. ¶ Ex quibus pȝ cā uerificās affo. nam accidentia illa probāt uehemēs nocumētū ī cerebro ⁊ spiritualibus. iō. ⁊ etiā disnia ē cā maximi nocumēti spiritualiū debitū refrigeriū prohibendo. Et nota hic de eo q̄ tangit̄ in cōmēto. s. dē anhelitu alienati quare ē magnus ⁊ rarus. ¶ Uirtus eni fortibus phantasticis cogitationibus intēta distrahitur ab anhelitu quare nō reddit ad faciendū anhelituȝ nisi necessitate uehementer augmentata. sȝ tūc uirtute forti fit anhelitus ualde magnus iō. Et idē cōtingit scolaribus amore dominaꝝ ardenter recalescentibus: emittūt eni suspiria ⁊ longo tempore anhelitū continent ad cogitationes uehementes.

In febribus apā non solutū ad primas crises longitudinem egritudinis significat.

Conclusio affo. est ista apā in fe. eueniēs nō solutū ad primas crises significat egritudis longitudinē ꝓbatur sic: quia significat materiā multā inobedientem. uel uirtutē nō eē ꝯplete dominātē. igit̄ pȝ ꝯña ⁊ assūptū circa litterā declarabit̄. Idē secūda. iiii. colligi pōt particulariter ubi tāgit signa ex pte apātū ⁊ ca. de signis significātibus crisim longā aliqualiter. ⁊ est utilis ⁊ āpliatur ut pȝ. ¶ Primo nota primas crises. i. primas dies creticas secūdū quosdā usq; ad. xxx. ⁊ secundum quosdā usq; ad. xx. Secundo nota ipsū nō solui quia rūpi ⁊ non terminari ad bonam sanitatē ⁊ hoc significat materie exuberantiā uel nec rūpi neq; saniari. ⁊ hoc significat materie cruditatē uel idigestibilitatē. ⁊ uterq; sensus bonus est. ¶ Ex quo pȝ cā uerificās affo. Patȝ etiā nō solū significare longitudinē apostematis. sed ⁊ fe. consequentis apā

uibuscunq; i febribus aut aliis egritudinibus uoluntarie oculi lacrimantur nihil iconueniens. quibus uero non secundum uoluntatem inconueniens est.

¶ Prima cōclusio affo. est ista: In quibuscūq; fe. aut aliis egritudinibus oculi uoluntarie lacrimāt̄. huiusmodi lacrimari uel lacrime non sunt inconueniens uel malum signū probat̄ sic. per hoc nō pōt significare grande aut notabile nocumētū igit̄ pȝ ꝯña ⁊ assūptum. quia in qualibet egritudine sine lesiōe graui possunt oculi uoluntarie lacrimari. Primo nota per uoluntariam lacrimationeȝ. hic intelligere debemus lacrimationem tam q̄ originalē cām consequentem passionem appetitus sensitiui. qui large

uoluntas appellat̄. ſicut etiā lacrimatio ex triſtitia
uel cōpaſſione ex dāno proprio uel alterius cū fletu
in talibus enī fortibus accidentibus aīe fortiter agi
tato aut cōpreſſo cerebro cōtingit effundi lacrimas
ſicut etiā in riſu forti cerebri motu cōcuſſiuo exn̄te
Secūdo nota nō eē intellectū ypo. huiuſmōi la-
crimationē nullo mō icōuenīetez eē ad iſtā que peni
tus eſt pendens a cauſa corporali.

Quibus uero.

Secūda cōcluſio lacrimatio oculoꝝ in egritudinibꝰ
nō ſequēs uolūtatē eſt incōueniēs. i. malū ſignū. ꝓ
batur. ſic huiuſmodi lacrimatō ſignificat cerebri
apā aut forte ipſius nocumētū hoc aūt ſignū maluz
Primo nota ꝑ lacrimatōez nō uolūtariā intelli-
gendā eē lacrimatōez nō cōſequētē paſſionē appeti-
tus ſenſitiui ut triſtitiā timorē uel aliquid huiuſmo
di. Secūdo nota huiuſmōi iuolūtaria lacrimatō
a pluribus caīs pōt prouenire. prīo a cā extrinſeca
ut feſtuca uel remordicāte oculo occurrēte talibus
enī oculo nocumētū inferentibus ſenſibile cōtrahit̄
oculus ꝛ, muſculi ꝛ adhuc cerebꝝ. quare exteriꝰ ex
primētur lacrime. ꝛ de tali lacrimatione nō ē ſer-
mo in propoſito. Secūdo pōt prouenire a cā cor
porali ꝛ hoc dupliciter. Primo ꝑ proprietatem
ꝛ per propriū oculi nocumētū. ꝛ iſte cāe ſunt multi
pliciter collecte tertia. iii. tractatu ſecūdo ca. de la
crimis. ut egritudo uel apā oculi ſicut obtalmia de
bilitas oculi quare recipit facile ſupfluitates. ꝛ do
lor īflamatio diminutio carnis lacrimalis propter
fiſtulā in lacrimali uel ſimile. Cum enī iſta caro ſit
ſpongioſa rara habēs cōterminare ꝛ aggregare la
crimabilē materiā ſi cōtingat illā carnē auferri uel
diminui. nō retinebit̄ ſed ſicut generat̄ lacrima ita
effluet. ꝛ de nulla tali lacrimatōe eſt in propoſito
ſermo. Secūdo contingere pōt hoc propter com-
municationē a cerebro ꝛ iteꝝ hoc pōt eſſe dupliciter
Primo ex diſpoſitione cerebri naturali ut ſi cerebꝝ
eēt a natura creatū ualde humidū. ita ut in eo con-
tinue ſupabundarz lacrimalis humiditas que con
tinue ad oculū effuſa cāret accidēs dictū. alia autez
cōſequi pōt nocumētū cerebri preter naturaz. ꝛ de
tali in propoſito eſt ſermo. erit igit̄ ſenſus cōcluſio
nis quicūq; inuolūtarie lacrimat̄ nec a cā primitiua
nec a corporali nec per proprietatem nec per com-
munitatē naturalē ꝛc. Secūdo nota huiuſmodi
lacrimatio conſequēs accidentale nocumētū cerebri
pōt cōſequi cerebri repletionē ſupfluam humidita
tem cerebri nimiā aut motu materieꝝ creticū ſupe
rius ad cerebrū ſicut in criſi fienda ꝑ fluxū ſangui-
nis nariū. aut defectū cōtētiue ex defectu caloris in
nati aut nocumētū maximū rōe cuius fortiter cōcu
titur ꝛ agitatur cerebrū. Ad propoſitum licet de
oībus uerificari poſſit aliquomō maxīe tamē ueri
ficatur in duobus ultimis caſibus. hos autē caſus ꝑ
ſigna manifeſta diſcernere poſſumus. ut pꝫ diſcur-
rendo ſigna reſolutionis ꝛ humectatiōis cerebri. ꝛ
ſigna future criſis. que ſi bona eſſe debuerint. ſig
na digeſtionis precedūt ſi nō. non Ex his pꝫ cā ueri
ficās affo. ꝛ ſimilis ſnīa colligit̄ tertia iii. tractatu
ſecūdo ca. de lacrimis ubi inquit. Et curſus quoque
lacrimarum ſit in fe. ꝛ egritudinibus acutis ꝛ ſine
propter nocumētū ꝛ apā cerebri.. ſecūda q̄rti ca.
de ſignis ſūptiſ ex oculis ꝛ. iiii. alman. ca. de ſignis
malis.

Quibuſcunq; in fe. in dentibꝰ limoſitates ſunt. fortiores et diuturniores fiūt febres.

Concluſio affo. eſt iſta limoſitates circa dētes ī fe.
exiſtentes ſignificāt lōgitudinē ꝛ fortitudinē fe: ꝓ
bat̄ ſic. huiuſmōi limoſitates ſignificāt fortitudinē
caloris febrilis ꝛ materie groſſitiē ꝛ indigeſtibilita
tem. igit̄. pꝫ ꝯn̄a ꝛ aſſūptū circa lr̄am declarabitur
idē ſcd̄a quarti ca. de ſignis ſūptis ex pte dentiuz ꝛ
eſt utilis ꝛ ampliatur ut pꝫ. Primo nota ꝑ limo
ſitates quaſdā ſordities dentibus adherētes. q̄ qn̄
q; ita ſunt indurate ut lapidoſe uel gipſee uideātur
quādoq; uero nō. in propoſito aūt ſermo ē de con-
uerſis ad lapidoſas: Secūdo nota huiuſmōi lapi
doſitatis uel ſarditiei cā materialis eſt humor fleg
maticus groſſus uel melācolicus uel cōmiſtus quo
uapores aquaſi groſſi eleuantur qui ad dētes ꝓue-
nientes ꝛ eis adherentes per actionē caloris reſolu
to ſubtili ꝛ groſſo remanente in ſubſtantiā uelut la
pideā tranſmutantur. Ex quo pꝫ efficiēs eſſe calidū
forte tale groſſū flegma reſoluēs: Ex quo pꝫ cā ue-
rificās affo. Tertio nota ꝙ nō ſolū in febricitā-
tibus ſed etiam in ſanis aliquādo huiuſmōi limoſi-
tas multiplicat̄ ueꝝ in illis non niſi in longo tēpore
ī febribus uero in modico. unde oportet in affo. ſu
plere ꝙ merito fe: huiuſmodi limoſitas in corpori
bus his multiplicetur.

Quibuſcūnq; tuſſes pleruq; ſicce et modice prouocate ī fe. urentibus non ualde ſitiē tes fiunt.

Concluſio affo. eſt iſta. Secūdum plurimū homies
intenſe febrientes in quibus modice tuſſes ſicce pro
uocantur non fiunt ualde ſitientes. probatur ſic. ꝑ
huiuſmodi tuſſes humectant̄ pulmo ꝛ guttur ꝛ con
ſequenter meri. igit̄ cōcluſio uera. pꝫ ꝯn̄a. ꝛ aſſūp
tum circa litterā declarabit̄. idē. vi. epidimaruz ꝛ
prima. iiii. tractatu ſecūdo ca. de cauſonide. ꝛ eſt
utilis ꝛ ampliatur ut pꝫ. Primo nota notāter di
ctum eſſe plerūq; quia non neceſſario cōtingit ita. cā
talia exſiccanti fortiori ualde exiſtente in actu.
Secundo nota tuſſes ſiccas cū quibus non eſt ſcrea
tus per tales enim potius exſiccatur canna pulmois
q̄ꝫ humectaretur. Tertio nota notanter dictuz ēe
modice ſi enī fortes fuerint ꝛ laborioſe. poſſēt plus
augere exſiccando ſitim q̄ꝫ ipſam diminuere attra-
hendo. ideo ꝛc. Quarto nota ꝙ per urētes ual-
de potiſſime colericas ꝛ maxime cōtinuas ut cauſo
nides non intelligendū hes nullatenus ſitientes fieri
ſed ꝙ fient ſitientes niſi diminute. reſpectu eorum
quibus non prouocantur tuſſes cū aliis paribus
Quinto nota ꝙ licet ſitis ſit propria paſſio oris
ſtomachi. ut colligitur tertia. iii. ac quarto de acci
dente. prouenit tamē magnitudo ſitis ꝛ paruitas.
merito diſpoſitionis pulmonis. ut ſecūdo tegni ex-
ſiccato enim pulmone exſiccatur meri. humectato
uero humectetur. Cū uero per hāc tuſſez humectet̄

pulmo. tū q̄a mouetur humiditas p pulmonē ipsā humectās. tū quia dato ꝙ nulla fieret humectatio ista. pulmone tamē taliter agitato attrahunt materie ad pulmonē. quibus pulmo humectet. ⁊ cum ipso etiā humectat meri. quare pꝫ ueritas affo.

In bubonibus omnes febres male exceptis effimeris.

Conclusio affo. est ista omnes fe. cum bubonibus existentes sunt male exceptis effimeris. probat sic. Omnes huiusmodi fe. significāt putredinē cordi cōicatā. igit̄ cōclusio uera. pꝫ ꝯña ⁊ assū ptū circa litterā declarabit̄. Similis snīa colligitur prima quarti ca. de fe. ex apāte. ⁊ primo de differentiis fe. ca. iiii. ⁊ xvii. cōtinentis ad principium ⁊ est utilis ⁊ ampliat̄ ut pꝫ. ¶ Prio nota hic termi nus bubo equiuocus ē. quādoq; eni sumit̄ ꝓ quolibet intrinseco apāte. quādoq; ꝓ omni apāte emunctorioꝝ. ⁊ quādoq; pro apāte emūctorioꝝ epatis. ⁊ omnibus moīs sumit̄ hic. Secūdo nota fe. quandoq; cōsequi. quādoq; ātecedere. ⁊ quādoq; simul incohoare incohoante bubone. ⁊ de omnibus uerus ē affo. licet sit deterius eas antecedere. ¶ Tertio nota bubo cōsequēs fe. dupliciter pōt sequi. Primo modo ꝑcedentibus signis dīgōnis. ¶ Secūdo signis digestionis sequētibus. ⁊ significabit crisiꝫ permutationis ⁊ hoc ē melius. Quarto nota in quo differūt effimera ethica ⁊ putrida. ⁊ ꝙ effimera ē ab effimeron pisce dicta. unde pꝫ ipsā minus malaꝫ esse. Consequit̄ eni primo bubonē p simplicē alterationeꝫ alterantem spiritū ⁊ ipsū in calefacto eē ponentē. quomō autē sit aut nō sit uera effimera uidebitur in q̄ōne. ¶ Quinto nota male. i. periculose notū est eni etiā effimeras malas eē. ⁊ ex hoc colligitur causa uerificans afforismum.

Febricitantibus sudor superueniēs non desitiente fe. malum prolongatur enim morbus et humores plurios significat.

Conclusio affo. est ista. Sudor supueniēs febricitāti nō deficiēte fe. est malus. probat̄ sic huiusmodi sudor significat ꝓlixitatē morbi: assūptū probatur quia significat materiā morbi eē plurimā iō idē. ii. quarti ca. de signis sūptis ex parte sudoris ⁊ ē utilꝭ ⁊ ampliatur ut pꝫ. ¶ Primo nota sudorē tripliceꝫ esse preueniētē consequētē ⁊ subsequētē. licet de oibus uerificetur. specialiter de subsequēte copioso i toto ⁊ humoroso. ⁊ hoc siue in die cretico fiat siue non. siue precedente digestione siue nō. Secundo nota nō solū q̄d dictū est de sudore ueꝝ ē. sꝫ etiam de qualibet euacuatione notabili. ut fluxu uentris urina fluxu sanguinis narū ⁊ sic de aliis ¶ Tertio nota nō deficiente fe. i. ipsa in suo permanete uigore. Secūdo nō deficiente. quia licet remittat̄ nō tamē penitus cesset. Primo mō maxie intelligitur. Quarto nota ad ueritatē affo. requirunt̄ due cōditiones. pria ut post sudorē nō succedat alia notabilis euacuatio. possibile eni eēt partē materie per sudorē euacuari fe. remanēte postea succedere aliā euacuatōeꝫ per quā fe. cessaret. Secūdo ꝙ fe. non sit mortalis. si eni morbus eēt mortalis. potius significatur breuitas ex multitudine materie. Ex quibus colligitur cōclusio affo. quō per sudorē habemus significare materiā exuberātē esse a qua pēdet febris ideo.

A spasmo et tethano habito febris superueniēs soluit egritudinem.

Uide istū affo. sup secūda particula afforismorum affo. xxvi. melius ē febrem in spasmo.

Causonide habito rigore superueniēte solutio fit.

¶ Conclusio affo. est ista. Rigore superueniente causonidi curatur causon. ꝓbat̄ sic. tūc expellitur materia a uenis ad extra uenas ⁊ euacuat̄ igit̄ cōclusio uera pꝫ ꝯña ⁊ assūptū circa lr̄am declarabitur. Similis snīa colligit̄ prima quarti ca. de rigore ⁊ oripilatione. dū inquit. Et quādoq; significat rigor ⁊ horipilatio sanitatem in febribus insensibilibus. quoniā significat ꝙ materia expellitur extra uenas ⁊ egredit̄. ⁊ secūda. iiii. ca. de signis declinationis materiei ad sudorē. ⁊ ad sūmū fe. icensiue cū non terminātur fluxu sanguinis narium terminātur sudore. ⁊ antecedit ipsū rigor. ⁊ ē utilꝭ ⁊ ampliatur ut pꝫ. ¶ Primo nota ꝓ causonē intelligere debemus febrē icensiuā a materia colerica itra uenas ⁊ in loco propinquo cordi pēdentē uel saltem a materia saguini cōmista. sicut ē flegma salsum. ⁊ ē hec febris cōclusa. quia i ea nō pcipit̄ secūdum piodos excrescentia ⁊ uariatio: licet rasis q̄rto alma. dicat ipsā de tertio i tertiū fortius egrotātē affliger̄ nō accipiēs causonidē proprie sed cōiter ut se extendit ad omnē febrē cōtinuā colericam. Secūdo nota p rigorē intelligēdū eē motū mēbroꝝ cōcussiuū cōtingentē a mordicatione materie super musculos ⁊ lacertos ueleciter ⁊ ipetuose sparse licꝫ ꝓpter alias cāas posset cōtingere superiꝰ tactas ⁊ colligendas. quarto de accidenti ⁊ pria. iiii. ca. de rigore ⁊ horipilatione. licet etiā itelligere debeamus sesationē hūc cōcussiuū motū cōsequētē ut alias declaratū est. ¶ Tertio nota materia intra uenas cōtenta maxime colerica dum ueleciter ⁊ ipetuose extra uenas expellat̄ cāt rigorē propter dictā causam que tamē intra uenas existēs nō caret: primo q̄a uene sunt mēbra parū sentientia. secūdo quia ipressio illius materie iā ē mēbro assueta. Tertio quia itra uenas nō ipetuose mouet̄. Colliguntur iste cāe q̄rto de accidēti ⁊ prima. iiii. allegato ca. Ex quo tāꝙ ex fundamento potest colligi hoc mō cāuerificans affo. Superueniēte enim rigore causonidi significatur uirtutē materiā colericā intra uenas putrescenteꝫ extra uenas impetuose ⁊ cū uelocitate expulisse. quare sparsa rigorē cāt: sed hac extracta significatur solutio: quia uictoria uirtutis supra materiā. igit̄. ¶ Quarto nota ad ueritatē affo. requiruntur tres conditiones. Prima ꝙ uirtus sit fortis ⁊ constet Secūda ꝙ signa digestionis precesserit ¶ Tertia ꝙ in die cretica contingat his stantibus ut in pluribus uerificat̄ affo. dico autē ut in pluribꝰ. q̄a possibile ē materiā solū secundū partē extra uenas

expelli ꝛ secūdū partem retineri. unde ꝛ si remitte retur causon nō tamē pfecte sanabit. Secundo etiā quia possibile est ex debilitate alicuius particule nostri corporis hāc colericā materiā ad determiatā corporis particulā moueri ꝛ in ea priusq̄ resoluatur aut incineretur malā derelinquere qualitatem que cōsequēter postea erit alterius colere per yodice reaggregatiua. unde ꝛ post causonidē remanebit tertiana interpollata secūdū plures pyodos. Posset igitur exponi solutio. i. sanatio uel dispositio ad sanationē preuia q̄a uel remissio uł pmutatō ad minus ad infestabilē egritudinem.

Tertiana uera si non indicatur in septē peryodis. longissima erit:

Conclusio affo. est ista uerā tertiana nō terminata in. vii. pyodis est longissima. probat̄ sic se habet pyodus ad interpollatā colericā sicut dies ad colericā cōtinuā. sed colerica continua uera transiens septimā diē est longissima. quia. s. ꝛ raro transit. igit̄ ꝛc. pꝫ ꝯña. ꝛ assūptū declarabitur. Similis sententia colligitur prima quarti ca. de differentia iter tertianā purā ꝛ nō purā. ꝛ est utilis ꝛ ampliatur ut pꝫ Primo nota per uerā tertianā intelligēdā eē tertianā interpollatam a pura materia colerica pendētem. Secundo nota per peryodū reditū egritudinis ad illud quod ante fuit cū ordine. ad bonū sēsum. ut de tertio in tertiū ꝛc. ut prima huius declaratū est: Ex hoc pꝫ. vii. peryodos ꝯpleri uł i. xiiii diebus uel paꝝ ante Tertio nota indicatur. i. cretice terminat̄ uel aliter indicat̄. i. cretico iudicio indicatur. Quarto nota licet fortius pugnet uirt⁹ cōtra materiā intra uenas collectā putrescentem in continua q̄ in iterpollata. proportionabiliter tamē existente interpollata termino lōgiori quo licꝫ uirtus tardius agat contra materiā que ē antecedens cā interpollate disponendo. uerisimile apparꝫ ipsā i septem peryodis esse terminādā quod etiā in experientis uidit ypo. similiter quia materia digestibil' ꝛ uirtutē maxie irritās ad purgandum in primis diebus creticis dꝫ ad cōplemētū digestionis perduci. Cū igit̄ materia colerica sit huiusmodi. sequit̄ ꝛc. Ex quo pꝫ cā uerificās affo. Quinto nota affo. esse uerum ut in pluribus. ꝛ egrotante debito utente regimine. Ex inordinatione eni regiminis potest oppositū contingere similiter etiā ubi uirtus fuerit debilis ualde ꝛ materia colerica multū contiger̄ potest ipsā. vii. pertransire pyodos. licet raro. Naꝫ si inordinatū regimē pōt ultra septimū pyodū longitudinē ꝓmouere tertiane. ꝛ nō minus pōt multitudo materie promouere q̄ regimē malū certū datum sequitur. Notādū tamē q̄ in pautioribus hoc contingit imo ualde raro contingit tertianā septimā peryodum attingere.

Quibuscūq̄ in febribus aures surdescunt. sanguis e naribus fluēs aut uenter turbatus soluit egritudinem.

Iste affo. expositus est supra. xxvii. affo. ꝛ etiam ex dictis commentatoris satis patet.

Que inparibus diebus idicantur discreta sunt et amica conuersionis.

Iste affo. ex dictis cōmentatoris satis patet.

Quicunq̄ in febribus cottidie rigores fiunt cottidie febres soluuntur:

Conclusio affo: est ista. Quibuscūq̄ febrientib⁹ cottidie rigores fiunt cottidie resoluuntur ꝛ eradicant̄ febres. probatur sic: quibuscūq̄ talibus corporib⁹ cottidie resoluitur totalis materia faciēs egritudiēꝫ igitur cōclusio uera. pꝫ ꝯña ꝛ assūptū circa litteram declarabitur: idem secūda quarti cap. de signis q̄ crisis erit cū exitura ad finē ꝛ est utilis ꝛ ampliatur ut pꝫ. Primo nota p febres intelligere debem⁹ materiales interpollatas a materia faciente rigorem pendentes. tales eni sunt que ad materie rigorem facientis euacuationē eradicantur. Secūdo nota huiusmōi fe. secūdū intentōeꝫ cōmētatoris intelligendas eē colericas. proprie eni rigor a materia cātur colerica. ut in cōmento colligit̄. licet etiaꝫ ad quartanā ampliari possit. nō autē ad flegmaticas: cū raro inueniatur flegmatica integre eradicationis. sicut raro reperitur quartana continua. similiter etiā in pluribus cōpositis fe. pꝫ affo. nō habere ueritatē. Tertio nota in fe. dictis cāri rigorē materia ad putredinē mota subito lacertos ꝛ musculos obuiante ꝛ sui acuitate mordicationem cānte. quare fit rigor ut alias dictum est. quia tamē hec materia postea calore resoluitur ꝛ finitur. aut per sudorem aut aliter extra expellitur. hinc ē q̄ fe. exsoluitur. ꝛ per cōsequens patet cā uerificans affo.

Quibuscunq̄ in febribus ycteritia superuenerit ante septiāꝫ dieꝫ malū est.

Conclusio affo. est ista ycteritia superueniēs fe. ante septimū diem malū est. probat̄ sic huiusmōi ycteritia significat apā uel opilationē epatis uel chistis fellis: aut expulsionē simthomaticā. uel in toto corpore maximū nocumētū. igit̄ conclusio uera. patet ꝯña. ꝛ assūptū circa litterā declarabitur. Similis sētentia colligit̄. ii. quarti ca. de signis ycteritie ubi ad litterā ycteritia ante septimā ꝛ ante digestioneꝫ est malum ꝛ infra. ꝛ ad ultimū ycteritia ante septimū nō est laudabilis ꝛ serapio quarto breuiarii nono ca: ubi presentem allegat affo. ꝛ ē utilis i actu pronostico ꝛ ampliatur ut pꝫ. Primo nota ycteritia. ut colligit̄. xv. tertii ē alteratio corporis feda ad citrinitatem uel nigredinem. propter cursuꝫ humoris nigri uel citrini ad cutem. ꝛ consequit̄ ipsam sine putrefactione. ꝛ propter hoc quod dicitur alteratio corporis ponitur genus. in hoc eni cōueit cum aliis cutis defedationibus. ut morphea alboras ꝛc. ꝛ per ly feda differt ab alteratione ad naturalem colorem. per li citrinitatem ꝛc. explicat̄ species ycteritie. que sunt due. ꝛ differt ab infectioib⁹ aliis ut sunt rubee uirides ꝛc. per hoc autē quod ad

iungitur propter cursum etiā tangit cā efficiens uel
materia coniūcta ycteritie . quia citrine est colera ⁊
nigre uero melācolia . Sed li sine putrefactiōe pōt
dupliciter exponi . ¶ Primo quia sine putrefactōe
quia ad hoc qđ dicat ycteritia requirit humorē istū
nō eē putridū . ⁊ hoc nō credo . Secūdo ut per il
lud daret intelligi ꝙ secūdū plurimū nō putrescit .
quia dum putrescit exalat ⁊ subtiliatur ⁊ nō reti-
netur secūdū plurimū . ¶ Exponit igit sine putredine
i . dato ꝙ non putrescat . ⁊ hūc sensū puto meliorē
hec enī passio multis modis noiat . Primo enī dicit
morbus arcualis ad similitudinē arcus celestis . ut
quarto ethimologiarū ca . viii . nōnulli uero hunc
morbū regiū alii uero aureū noiant tamq̄ cibis regi
is curandū quia subtilibus uel quia ꝓpter illud pro
pter qđ aureus dicitur . quia in auro fasciāt reges
Ultimo autē dicit ycteritia trāsūptione magis pro-
pria . ut Constantinus in uiatico ⁊ ysidorus ca . alle
gato . ⁊ testatur . Plinius metaphorice ab aue qua
dā ycteris nominata . cuius color est citrinus ualde
qualis est color ycterici . de qua plinius yctoris no-
mīnat auis a colore que si spectet ab ycterico . sana
ri illud malū tradūt ⁊ illū mori de qua ī metro . car
pe uiator iter sub arbore cōcinit icter . Ex quo patꝫ
primo ycteritiā proprie nō egritudinē sed potius ac
cidens quia qualitatē mutatā eē nominādā . Et ex
hoc ulterius pꝫ ꝙ licet diuidat icteritia in citrinā ⁊
nigrā nō tamē nigra proprie icteritia est denoianda
sicut nec tīpanites : idropisis . ⁊ pōt aliqualiter hec
sententia colligi sexto de accidenti ad finem . ¶ Se
cūdo nota huiusmōi icteritia quādoqꝫ prouenit a cā
primitiua . sicut ueneno exhibito interius uł exteri
us occurrente ut punctura uespe aut serpentis . aut
pediculi uulturis . aut assūptione fellis leopardi . et
de talibus in proposito nō ē sermo . uenena enī cali
da humores superflue ebulire faciēdo sanguinē ad
colere trāsmutat naturā . que per corpꝰ dispersa cā
est icteritie . Quandoqꝫ etiā prouenit a cā corporali
⁊ hoc iterū quādoqꝫ ꝓuenit in modū crisis uł sintho
matice expulsionis materia enī colerica digesta aut
non digesta naturā uehemēter stimulate uirtus ip
sam quādoqꝫ expellit ad cutim . que quia grossa et
non sub forma sudoris expellitur . sed iuxta cutim
trahens morā totā cutim tingit colore citrino . quā
doqꝫ autē nō creticā uel sinthomaticā expulsionē se
quitur sed nocumentū . ⁊ hoc pōt tripliciter eē quia
uel sequitur nocumētū in toto ut malā cōplexionē
colericā in toto : per quā sanguis totius transmutat
ad colorē colere . ⁊ hoc ē malū ualde . Quādoqꝫ au
tem nocumētū sequitur epatis quod pōt eē opilatio
apā uel durities p que nō seq̄strat colera a sanguie
consequitur quādoqꝫ nocumentū chistis fellis puta
opilationē uie inter ipsū ⁊ epar . aut uie tendētis ad
ipsa intestina Ad propositū de quolibet istorū ī pro
posito potest eē sermo . Colligitur . xii . tertii ⁊ q̄r-
to breuiarii allegato ca . ¶ Tertio nota ꝙ ycteri-
tia ex cretica expulsione cata sequitur crisim ꝑmu-
tationis . si enim uirtus potens esset ⁊ haberet com
pletum dominiū supra materiā . nō circa cutim re
tineretur . sed exterius expelleretur . ad quod etiā
coadiuuat hāc materiā colericam fecalē eē ⁊ gros
sam in cōparatione illius que per sudorē expellitur .
Ex hoc potest colligi probabiliter argumētū ad cō
clusionē affo . nam nūq̄ ante . vii . uirtus pōt suffici
enter digerere materiā . nisi materia fuerit ualde
obediens aut uirtus ualde supra materiā domina-
ta fuerit . sed dū fit icteritia ante . vii . uirtus nō cō
plete dominata est dominio sufficienti . iō tūc nō fu
it digesta ⁊ p ꝯñs expulsio sinthomatica . tota ꝯña
est nota . ⁊ pꝫ maior . nā nō in ualde breui tempore
potest uirtus digerere materiā nisi supra ipsā max
imū habuerit excessum . ⁊ pꝫ minor intelligenti . ex
his tamq̄ ex fundamēto patet ueritas affo . aut enim
hec icteritia fit per modū crisis aut per alia nocum̄
ta dicta . Si secūdū pꝫ hoc eē malū . significat enī ali
quod nocumētorū iā dictorū quorū quodlibꝫ ē maluꝫ
Si uero fit per modū crisis : cū fuerit permutatiōis
sequitur uirtutē materie ꝑfecte dominatā nō fuisse
⁊ sic nō in breui tempore ualde materiā poterat di
gere . sed quādocūqꝫ est ista expulsio . est sinthoma
tica ⁊ nō uere cretica . ⁊ p ꝯñs mala . igit . Pro isto
etiā uide cōclusionē probatā quā tangit conciliator
differentia . lxxviii : ¶ Quarto nota ꝙ licet ita sit
secūdū plurimū tamē est oppositū contingens . quia
contingit materiā ita eē paucā ut in . vii . sit digesta
⁊ fiat icteritia materia grossa aliqualiter existente
⁊ poris constipatis . Item quia cōtingēs est uirtutē
quātū ad digerendū ipsi ꝯpleto dominio dominari
ponatur igitur incē . ⁊ sequet affo . solū ut in pluri
bus esse uerū nec dicēdū ut auer . iiii . coll . qui īquit
quod autē dixit ypo . ycteritia si ante septimā diem
uenerit in egritudibus acutis est malū . reprōbatū
est experientia ī omnibus terris nostris . ⁊ si ueniat
in quita laudabile multū est uiua rōe . ⁊ maxime ī
corporibus calidis ⁊ in tēpore calido . ⁊ hec ē sētētia
collegiorū omniū medicorū persarū ⁊ in die maioris
⁊ pro maiori parte illorū de andalusi . ⁊ possibile ē
illud quod dixit locū habere in grecia . quia terra
illa hac frigidior existit ⁊ tu sequere dicta ꝯciliato
ris allegata differentia .

uibuscunqꝫ in febribus ī sep tio aut . ix . aut . xi . aut . xiiii . ycteritia superuenerit . bo num si non dextrū ypocondrium du rū fiat . si uero non : non bonum .

Conclusio prima affo . est ista . Quibuscūqꝫ corpori
bus febricitantibus superueīt icteritia in . vii . viiii
xi . xiiii . die est bonū probat sic huiusmodi icteritia
significat debitā ⁊ laudabilē crisī . igit cōclusio uera
pꝫ cōsequentia ⁊ assūptū . ubi est conditio requisita
s . ꝙ dextrum ipocundrium non fiat durum .

¶ si uero .

Secunda conclusio icteritia infra terminos eueniēs
nō ī die cretica non est bonum . probat illud . q̄a si
gnificat expulsionē sinthomaticā . ideo . Concordia
ampliatio utilitas huius ⁊ precedentis affo . eadē ē .
Primo nota per icteritiā in proposito intelligendā
esse creticā sola enim illa est terminus acutorū uł eē
potest . ⁊ nō infra quod pꝫ per terminos hos expli-
catos . s . vii . viiii . xi . xiiii . ¶ Secūdo nota ad ue
ritatē affo . siue prime ꝯclusionis oportere . ꝙ uirtꝰ
sit constans . ⁊ ꝙ apparuerit signa digestionis . quo
stante est illa conclusio uera secundū plurimum

Tertio nota dextrū ipocūdriū sit durꝫ ex apāte uel opilatione epatis hoc eni apparēte nō eēt conclusio uera. nō eni tūc ex icteritia arguimus euidēter sup expulsionē creticā. sed potius super opilationē uel apā Ex quo infertur etiā ꝙ sub duritie dextri ipocōdrii possumus cōprehendere chistis fellis nocumēta. Ex quibus huiusmōi contingit icteritia ⁊ ex his patet sententia affo.

In febribus circa uentrem cauma forte et cordis morsus uel tremor malum.

Conclusio affo. Cauma circa uētrē aut morsus aut tremor cordis in fe. cōtinuis ē signū malū probat̄ sic huiusmodi accidentia significāt colerā intensam ⁊ putrefactā eē circa os stomachi ⁊ cor cū uehementi incendio. igit̄ cōclusio uera. pꝫ ꝯñia. ⁊ assūptū circa litterā declarabitur. Idē secūda. iiii. ca. de signis sūptis ex parte stomachi dū inquit inflāmatio stomachi ⁊ pulsus cordis stomachalis fe. ē signū malū ⁊ spasmi colligit̄ idē. x. almā. ca. de signis malis ⁊ xxvi. continentis ca. i. ⁊ est utilis in actu pronostico ⁊ operatiuo. ⁊ ampliatur ut pꝫ. Primo nota per fe. hic acutas eē intelligendas. in solis eni talibus merito fe. cauma apparere contingit. Secūdo nota per uētrē partē stomachi circūstantē ⁊ ipsū stomachū intelligendū eē maxie uero stomachū. et similiter ampliari pōt ad partes pectoris uel spiritualiū. Tertio nota per cauma uehemēs icēdiū quod potissime cognoscitur ex siti ⁊ ariditate lingue ꝑ tactū etiā ⁊ ex iuditio patientis. Quarto nota ꝑ morsum cordis oris stomachi mordicatōēꝫ intelligi debere. prouenientē ab humore acuto mordicatiuo. s. colerico existente circa partes cordis aut a fumo colere mordicatiuo sibi occurrente. Quinto nota per tremorē cordis ut colligit̄ xi. tertii tractatu primo ca. de tremore cordis intelligēdum esse motū cordis tremulū ex dilatatione ⁊ constrictione cōpositū ita ut inter illū ⁊ motū aliū nō sit perfecta quies. ⁊ sit quilibet istoꝝ paruus ualde. cuius due possunt eē cāe. Prima ē concussiuus motus cordis ad expellendū rē nocētē que pōt eē aut mala cōplexio. aut soluta cōtinuitas. aut humor acutus ⁊ aut uenenum assūptum. aut morsus uenenosi animalis. aut punctura aliqua. aut uenenositas aut sensibilitas ⁊ sic de aliis causis colligendis. xi. tertii allegato ca. Secūda causa generalis ē uirtutis debilitas. Primo modo est accidens uirtutis naturalis: Secūdo modo uirtutis animalis. Et ex hoc colligitur causa uerificans affo.

In febribus ex somnis timores et spasmi malum.

Conclusio affo. timores ⁊ spasmi in febribus contingentes sunt malū signū. probat̄ sic huiusmodi accidentia significāt intrinsecus malas latere materias. quas calor in somno agitat. igit̄ ⁊c. pꝫ ꝯñia ⁊ assūptum circa litterā declarabit̄: Similis sententia colligitur secūda. iiii. ca. de signis sūptis. ex somno in sententia. ⁊ aliqualiter decimo. almā. ca. de signis malis. ⁊ est utilis in actu pronostico ⁊ ampliatur: Primo nota per fe. materiales potissime acutas. ⁊ exponitur in febribus quia merito fe. aut cāe. ⁊ non in somnis quia somnus in fe. sit huiusmodi causa: Secūdo nota timores in sōno maxime perseuerantes ⁊ nō hora inuasionis ꝑoxismi: sed potius hora qua somnus cōferre debꝫ significat intus malas latere materias ut melācolicas ⁊ nature horribiles que sursum ad caput ascendentes timorem causant. de illo autē timore infra spetialiter uidebitur huiusmōi etiā uapores nocumentum inferendo spasmū non proportionatū ad materiam causant uel cāre possunt. unde pꝫ causa uerificans affo.

In febribus spiritus offēdēs malum spasmū eni significat

Cōclusio affo. Spiritus offendēs in fe. ē malū signum. probat̄ sic. quia spasmū significat Similis sñia colligit̄. ii. quarti ca. de āhelitu. ⁊ decimo alman. de signis malis ex anhelitu. ⁊ pluries alibi. ⁊. x. tertii. ⁊ est utilis ⁊ ampliatur. Prio nota in fe. s. acutis. Secūdo nota offendens. q̇a difficilis uel aliter sicut bis pulsans ⁊ est sicut anhelitus plorantis: Tertio nota huiusmodi ī fe. acutis apparere cum duritie pulsus ⁊ aliis signis q̄ attestantur supra lacertos pectus mouentes exsiccatos esse ⁊ per cōsequēs iam inobedientes dilatatōi: unde uirtus non potest unica uice pectus ad sufficientes dimensiones dilatare quia tamen fortis. in secunda eleuat sufficienter quare ⁊c. Quarto nota significat. quia pronosticatur uel demonstrat. ē etiam malum per uiam signi ⁊ cause. ut patet.

[Q]uibus urine grosse et globose pauce non sine fe. multitudo ueniens tenuis ex his iuuat. maxime uero talia fiunt uel ueniunt quibus ex pricipio uel post pricipium celerius ypostasim habent.

Conclusio affo. multitudo urine tenuis ueniēs post urinas grossas globosas ⁊ paucas in corporibꝰ non sine febre existentibus iuuat. i. est bona. probatur sic. per hanc probatur potentia uirtutis in digerendo ⁊ expellēdo morbi materiā. igitur cōclusio uera. pꝫ ꝯñia ⁊ assūptum circa litterā declarabitur.

Primo nota ꝙ urina ut in cōmento a constantio colligitur. est sanguinis colamentū ab epate ueniēs ad uesicam. ysaac uero in suo de urinis. urina ē colamentum sanguinis de nature actionibus natuꝫ ⁊ dicitur colatura siue colamētum. quia aquositas ꝑ colationē sequestratur. Sanguine enim ad gibbuꝫ epatis cum multa aquositate trāseūte. ut prima ꝑmi de generatione humoꝝ ostensum est oportꝫ hac superfluam aquositatem a sanguine remoueri. unde per uenas emulgentes ductas ad renes cuꝫ aliq̄ sanguinis quantitate attrahitur. ⁊ recolitur. ⁊ sanguis ꝑ renū nutrimento retinetur. ⁊ pura aquositas ad uesicā ⁊ tandē exterius expellitur. Ex quibus pꝫ causa urine maetrialis quia humoꝝ aquositas: formalis etiam pꝫ. efficiens uero principale epar est. secundariū uero renes. ibi eni recipit urina

forma per quā. s. urina noiatur quāuis nō substantialiter trāsmutet. finalis uero est sanguinis et aliorū humoꝝ mundificatio ab aquositate superflua. et forte uesice et renū refocillatio uel uoluptuatio et totius corporis debita nutricatio. Aliter etiā interpretatur urina ex nois interpretatione. ut urina q̄si ī renibus una. i. unica et formata. uel ab urit q̄d est demōstratio. quia ipsa corporis mōstrat dispositiones uel ab urendo. quia calida et sicca existens ualde et acuta et fortiter mordicatiua et abstersiua. ii. can. ca. de urina. propter q̄d abstergit morpheam albaras saphati et exsiccat putredinē fluentē ab aure. et est subtiliatiua splenis et allegat ca. de splenetico sommate. ¶ Secūdo nota dupliciter pōt dici urina grossa. Primo respectu mediocris ul' temp̄ate: Secūdo ī cōpatione ad urinā huic uel illi corpori tempore sanitatis proportionatā. in proposito autē maxime. secundo modo intelligendū ē. Tertio nota per globosas duo intelligere possum⁹. primo uehementis grossitiei. Secūdo p globosas illas ī quibus quedā corpuscula humoralia uelut globi seminantur. in proposito utroq; mō ut in cōmento per se. uero materiales a quibus uel eaꝝ materia pendet urine grossities iā dicta. ¶ Quarto nota p tenuē urinā non esse intelligendū tenuē respectu tēperate. sed tenuē respectu grosse globose prius apparentis de tali enī uerificatur affo. et nō oportꝫ ipsam tenuē eē respectu temperati. imo pōt eē in substantia mediocris. per multā uero respectu precedentis multā intelligit quātitate peccātem materie proportionatā. Quinto nota q̄ in qualibet materia peccāte ad benignū nō reducibili intentio ē cq̄tio. ut prima quarti ca. de cura. fe. putridaꝝ. ut si subtilis ingrossetur. et si grossa subtiliet. et sic de aliis. ¶ Cum igit materia peccās super quā per urinā dictam significamus sit sua grossitie peccans sequit q̄ digestio in ipsa erit subtiliatio et equatio. et p ꝯ̄ns tenuis post eam iuuare debet. Ex quo hoc mō colligitur cā uerificās affo. ¶ Ex hoc eni q̄ prio uria apparet grossa et pauca postea multa et subtilis. significatur materiā a principio sui sua multa grossitie peccasse. quā quia nō perfecte ei dominabat uirtus nō poterat ipsā ī magna quātitate expellere uirtute tamē in processu uincente subtiliata materia et digesta uel equata. ipsā per uiā urine poterit uirt⁹ in magna quātitate expellere. quare huiusmōi urine tenuis multitudo iuuat. ut sonat affo. iuuat enī per uiā signi et cause. ut patet intellligenti. Sexto nota huiusmodi urine multitudinē propter multas cās prouenire. quādoq; fit ꝑpter mēbroꝝ et humiditatū naturaliū liquefactionē. aut debilitatē cōtentiue. aut fortitudinē attractiue renū. sicut in diabetica contingit passione. quādoq; etiā fit propt' naturā expellere matriā superfluā digestione et proprie quādo precessit grossa et pauca differūt autē quomā adhuc ultimā sequitur egrotātis alleuiatio in aliis autem non. Et hoc bene notauit Auice. summa de urina ca. vii. dū dixit et nos quidē differentias iter eas cognoscere possumus. secūdum uirtutis dispositionem. ¶ Ex quo patet conditio quedā requisita ad ueritatem. s. q̄ appareant signa replōis.

¶ maxime uero.

Secunda conclusio tales urine tenues multe post grossas paucas maxime fiūt in corporibus illis. in quoꝝ urinis a principio uel celerius fiūt ypostases pꝫ quia in talibus maxime adsunt superhabūdantes grosse materie in processu subtiliabiles. adest etiā uiaꝝ non multa cōstipatio. igit' pꝫ ꝯ̄na et assūptū statim declarabitur. ¶ Primo nota hic termin⁹ ypostasis sumitur dupliciter. primo cōiter ꝑ qualibꝫ materia cū urina expulsa a substantia urine differēte sicut dicimus aliquā ypostasim esse famosā. Secūdo proprie ꝑ superfluitate digestionis mēbroꝝ ex nutrimento derelicta cum ipsa urina expulsa. Ad propositū hic sumit' prio mō. huiusmōi eni ypostasis n̄ est nisi huiusmodi humor grossus cū urina expulsus uel flegmaticus uel eius nature attinens. Secundo nota q̄ apparēte tali ypostasi. significat uiā non oppilatā eē: sic q̄ natura uincente postea possit magnam quātitatē urine expellere significatur etiā adeē materias subtiliatione indigentes in eaꝝ digestione quare in talibus maxime contingit. ¶ Tertio nota ly ex principio exponi tripliciter. Primo ex pricipio. i. a principio. Secūdo ex principio. i. p⁹ principiū statim. et utroq; mō pōt cōclusio intelligi et talis sententia colligitur secūda primi doc. tertia summa secūda ca. iii. s. de significationibus substātie urine. et ca. vii. de significationibus multitudis et paucitatis substantie urine et est utilis et ampliat ut patet.

Quibuscunq; in febribus urie turbide uelut subiugalium his capitis dolores aut adsunt aut aderunt.

Conclusio affo. est ista. Corporibus febrientib⁹ q̄bus adsunt urine turbide aut ꝯuerse uelut subiugalium eisdē adsunt uel aderūt fortes dolores capitis probatur sic per huiusmōi urinas significat' adee ul' futurā esse multā grossoꝝ uapoꝝ eleuationē ad cerebrum. ad quā semp uel secūdū plurimū subsequit' capitis dolor: igit'. Similis snia colligit' secūda primi doc. iii. ca. de signis nūtiantibus sodam. et est utilis et ampliat ut pꝫ. ¶ Primo nota ut colligitur secūda. i. doc: tertia summa de urinis ca. iii. s. de significationibus substantie urine: turbidū et clarū indifferenter grosse et subtili urine attribui possunt Stat eni urinā eē tenuē et clarū. simul tenuē et turbidam. et similiter grossā et clarā grossā et turbidaꝫ In proposito eni p urinas cōturbatas intelligere debemus grossas oppacas. quia. s. uisū terminantes non trāsparentes. per cōuersas aūt intelligere possumus urinas a naturali temperie urinaꝝ trāsmutatas et factas tales. ut sūt subiugalib⁹ animalibus ꝑportionate que sūt animalia sub iugo hominis stātia ut equi asini. in his enim propter humoꝝ grossitiem et uiaꝝ vrine exit⁹ latitudinē vrine sut grosse modo iā dicto. Secūdo nota licet nō febricitātibus possūt huiusmodi vrine apparere de febrientibus tamē in proposito intellexit. In his eni maxime per actionē caloris preternaturā materiā ebullire facientem maxime reperit' huiusmodi vrine per

turbatio ⁊ uapoꝝ groſſoꝝ eleuatio. Tertio nota ad ueritatē aſſo. requirit̄ huiuſmōi urinas eē pſeuerantes. unde ⁊ propter hoc dixit urinas in plurali ⁊ non in ſingulari: ⁊ qd̄ ꝯñter his apparentibꝰ. nec ante apparuerūt ſigna digeſtionis: nec cretica ſit haꝝ urinaꝝ euacuatio. Quarto nota ꝙ ſecundum clarum ⁊ turbulentū in urina inueniūtur iſte diuerſitates. quedā enī emittit̄ clara ⁊ ſtatim pꝰ efficitur turbulenta. quedā econtra. ⁊ quedā emittit̄ turbulenta ⁊ tamē turbulenta manet. ⁊ quedā clara ⁊ clara manet. colligitur hoc. ii. primi allegato ca. ⁊ iiii. coll. ⁊ primo de criſi ca. xii. ⁊ ab yſaac ī ſuo de urinis particula: vi. Ad haꝝ autē diuerſitatum ſumēdas cāˢ oportet primo premittere. ut uiſus fuit. Auero. quarto coll. ſenſiſſe ꝙ in vrina q̇a deciſa eſt a maſſa humorali uirtute actionis caloris naturalis epatis ⁊ uenaꝝ remanet per tēpus pꝰ eius emiſſionē ueſtigiū caloris epatis ⁊ diſpoſitiōis materie a qua fuit deciſa. Ex quo ſequitur ꝙ per tempus poſt eius exitū deducto impedimēto ſit in ea actio proportionalis. cū igitur calor interꝰ quādoq; agat ita debiliter. ut nullā in partibus materie uel quaſi nullā faciat mixtionē. quādoq; uero aliquā licet paruā. quādoq; magnā. quādoq; perfectā facit ſequeſtrationē. iō emiſſa vrina. in ea eueniunt mutationes his proportionales. quia in prio caſu egreditur q̄ clara pmanebit in ſecundo emittitur clara que ſtatim poſt fiet turbida. quia ſtatiȝ poſt fiet actio proportionalis ei que in uenis. ȝ iſta poſt turbabitur. quia poſt fiet ebulitio. iō. In tertio caſu fiet turbida perſeuerās. quia intus maxima ē permixtio ſine ſequeſtratione. iō. In q̄rto fiet turbida que ſtatim clareſcit. aut clara pmanens. quia talis intus ſubſequetur operatio. Et ex hoc ſequitur primā urinā in ſalubri ſignificare principiū ſecūdā augmentū. quamū ad principium eius tertiā uero finem augmenti ⁊ ſtatum. quartā declinationē. Ex quo ulterius ſequitur. ꝙ tam propter cōpletā eius digeſtionē ꝙ̄ ꝑpter extremaȝ eius cruditatem poteſt urina clara emitti. ⁊ in ſua permanere claritate. iſte modus ſufficit medico nō curanti multum phāri. quia multas hic modus patit̄ inſtantias. Secundus modus hoc declarādi ſubtilior premittit. primo turbulentiā in vrina q̄ non fit per putrefactionē eius. ſicut quādo putreſcit in uaſe extrinſeco. ſit propter diſperſionē humorum groſſoꝝ uel ſaltem opacoꝝ per ſubſtantiā vrine et hoc propter uentoſitatē in eis ⁊ urina incluſā diuellentē ⁊ ſeīnatē eos per ſubſtantiā vrine intelligendo per uentoſitatem fumū uel uaporē groſſum. Secundo premittendū ꝙ aliquis humor urine permixtus cū calido actuali ſtat rarus uel paruius ⁊ diafanus. qui urina multū infrigidata ingroſſari poteſt ⁊ opacus fieri. unde per ſubſtantiā vrine diſperſus ipſam opacam reddere pōt ⁊ turbulentā. ſicut ī ſepo apparet uel in cera liquefacta a calido. Tertio premittendū ꝙ a calore forti agente in materiā groſſam groſſi ⁊ opaci fumi eleuātur. donec materia ſit digeſta qui ptibus ebulientibus includūtur ⁊ ⁊ cōmiſcentur. ſed poſtea dū materia digeritur excluduntur. ita ꝙ ipſa perfecte digeſta excluſi ſunt His premiſſis pȝ primo ꝙ vrina cruda ⁊ clara emittitur. ſubſtantia enī eius eſt pura aquoſa ſn̄ permiſtione materieꝝ humoraliū. Patet ſecūdo ꝙ ebulitione in materia notabiliter incipiente emittitur clara. humoribus illis a calido ſubtiliatis rarefactis ⁊ per ꝯñs traſparentibus exiſtentibus. q̇a tamen per ſubſtantiā vrine diuulſi ſunt a uentoſitate incluſa in eis. iō infrigidata urina. ⁊ cōgelatis illis ⁊ factis opacis apparebit turbida. Tertio pȝ ꝙ in fine augmenti ⁊ ſtatu ebulitōis mingit̄ turbida ⁊ remanet. Ex forti enim ebulitione facta multi fumi opaci ⁊ groſſi. ⁊ multe groſſe ⁊ terreſtres materie urine ſunt cōmixte quare emittit̄ opaca: ⁊ ſic permanet. in pricipio enī in pria medietate ⁊ augmento nō niſi ſubtiliores uapores ⁊ minus groſſi cōmiſcētur urine. Patet quarto ꝙ declinatione accn̄te emittitur turbida ⁊ ſtati poſt clareſcit. emittitur enim cū multis materiebus digeſtis ⁊ cōpactis ſeu cōmixtis que ex hoc ꝙ cōmiſcentur per urine ſubſtantiā. inde apparet turbulenta ipiſa tamen a uentoſitate depuratis exiſtentibus ſtati petiūt fūduȝ ⁊ ſic clareſcit. clara permanebit. Patet quinto quare vrina aliquo dictoꝝ modoꝝ turbulēta clareſcit. ſi uas calefiat. aut ponatur in aqua calida. Et ex hoc pȝ. quare ex vrina ſic rectificata euidenter poſſumus uel nō poſſumus ſignificare Patȝ ultimo cā ueriſicās aſſo. apparentibus enī urinis iā dictis ſignificatur ſortem ebulitionem eſſe in materia. ⁊ ꝙ a materia groſſi ⁊ opaci fumi eleuant̄. qui cerebro cōmunicabūtur. ⁊ ex cōſequēti cābūt capitis dolores. qd̄ quidē ut in pluribus cōtinet ueritatem. ⁊ cū cōditionibus iam dictis. Ex iſto ſequitur forte non expedire dicere adſūt uel aderūt. In propoſito enī ſermo ē de vrinis talibus. ſicut ſunt ſubiugaliū. quia ille tales migūt ⁊ tales permanēt ideo. ⁊c.

uibus ſeptia die terminatur his nubē habet rubeā quarta die urina et alia ſigna ſecūndum rationem:

Concluſio prima aſſo. eſt iſta. apparente nube rubea in urina die quarta ſignificat criſim futurā ī ſeptimo. probatur ſic. huiuſmodi rubea nebula ſignificat in materia notabiliter digeſtionē preceſſiſſe. ſed notabiliter materia digeſta in quarta que ē ſeptime indicatiua. in ſeptima die debet fieri criſis. ut ſupra oſtenſum eſt. igit̄ cōcluſio uera patet cōſequētia. ⁊ aſſūptum circa litterā declarabitur. Similis ſnīa colligitur ſecūda primi doc. tertia ca. de ſignificationibus ſpetieꝝ ypoſtaſis. ⁊ allegat̄ ſeptīo theorice ca. purgamētū. ⁊ pōt colligi ſecūda quarti capitulo de ſignis ſūptis a ſedimine ⁊ tertio de criſi expreſſius ca. iiii. per magnū proceſſū. ⁊ eſt utilis ⁊ ampliatur ut pȝ. Primo nota ꝙ penes auctores cōiter reperiuntur iſti termini ypoſtaſis nebula nephilis. idem eſſentialiter importantes. ypoſtaſis de omnibus his dici poteſt. proprie tamē ypoſtaſis eſt cum materia eſt groſſa. ita ut ſit apta ſubſiſter̄ Nebula autem cum ſubtilior ⁊ leuior ut uix uideatur quaſi a ſuperiori ſuperſitie pendere ⁊ nephilis adhuc ſubtilior ut ſupiori ſupſicie coniuncta uideat̄ ypoſtaſis maxime in pinguibus ⁊ habentibus hūo-

res grossas inuenitur. Nepilis ꝛ nebula in gracilibus ꝛ colericis. Ex quo pꝫ quid per nubē rubeā intelligendū Secūdo nota per signa crisis uaria significari possunt de eē eius an. s. egritudo p crisiꝫ uel sine crisi cōsumenda, cito uel tarde. absolute uł confuse. Primū per fortitudinē uel remissionē accidentiū. Secūdū p citā uel tardā apparentē digestionē uel cōtrariū. possumus etiā manerię eius significare. ut an erit salubris uel mortalis an perfecta uł diminuta. an cū permutatione aut cū euacuatiōe ꝛ sic de aliis. Quarto determinatam de ipso possumus habere notitiā. s. quantū ad manerię ꝛ terminuꝫ aduentus eius: sicut signū. in proposito ab ypo. expressum. Tertio nota ꝙ huiusmodi ypostasis quādoqꝫ significat digestionis cōplemētū quādoqꝫ uero nō sed notabilē digestionē in materia processisse incōpletā tamē quādoqꝫ uero significatur cōtrariū digestionis. s. corruptio uel putrefactio. Exemplū primi sicut ypostasis alba lenis ꝛ equalis residens in fundo. Ex albedine enī significatꝫ potentia mēbroꝝ spermaticoꝝ subtiliū secūdū colorē sibi assimilatū. significatur etiā ipsā decisam eē a materia que dealbatur: ꝛ pfecte digeritur. Ex lenitate eniꝫ ꝛ equalitate significatur calorē sup totū uniformiꝫ obtinere. Ex residentia autē in fundo. significatꝫ uētositas a materia perfecte exclusa esse. propter qđ descendit unita nec stat diuulsa. sed cū fuerit corpꝰ humoꝝ subtiliū ualde. loco ypostasis dicte fiet nebula uel nephilis nō petēs fundū sicut ypostasis dicta Exemplū secūdi sicut ypostasis rubea clara ad albedinē tendēs significat notabilē nō tamē cōpletam in materia eē digestionē. Exemplū tertii sicut ypostasis nigra uel uirulēta Ex quo pꝫ ꝙ sicut ypostasis alba maiorē significat in materia digestioneꝫ precessisse ꝙ̄ rubea ita alba nebula ꝙ̄ rubea. ꝙ̄ nebula rubea significat in materia notabilē digestōēꝫ precessisse. Ex quo pꝫ ulterius hāc nubem maxime apparere in augmento. quia digestione manifesta ꝛ non cōpleta. Patet tertio hanc maxime apparere materia subtili existente. Ex his colligitur causa uerificās affo. nā apparente huiusmodi nebula significatur iā materiā eē notabiliter digestā. ꝛ egritudinē esse in augmento. sed notabiliter materia digesta in quarta in septia dēt eē cōpleta digestō ꝛ cōsequenter esse status ꝛ crisis. ꝛ per ꝯñs terminus egritudinis. ꝛ maxime cū materia sit ualde subtilis. quod ꝯprehēditꝫ p nebulam igitur. Et per idē pꝫ ꝙ apparente contrario digestionis in quarto ut nebula nigra significatur mors in septima ut colligitur tertio de crisi allegato ca. Quarto nota nō solū hoc de nebula sed etiā de ypostasi ꝛ aliis digestōis signis est siliter significandum.

Et alia secundum rationem.

Secunda cōclusio. signa digestionis secūdū rōēꝫ eandem his supple apparentia in. iiii. nūtiant crisim in vii. probatur quia sicut se hēt ypostasis aut nebula ad suū significatū. ita alia signa ad sua significata.

Nota prio ista lr̃a alia duplicē pōt habere expositionē. Prima alia: i. alie dies indicatiue. secūduꝫ eādē rōēꝫ apparentibus in eis signis digestōis significant crisim in cretica radicali uel in alia cretica non tamen hoc differēter eē. ut tangitꝫ in cōmento qa sicut tardatur apparitio signoꝝ digestionis. ita tardatur digestionis cōplemētū. ꝛ econtra. apparente enim signo digestionis in quarto quia uelociter apparet uelociter cōplebitur. unde in septima fit. sed si apparitio signoꝝ digestionis tardaretꝫ usqꝫ ad undecimū cū significetꝫ per hoc materiā magis eē digestioni rebellem significatur tardius futurā eē crisiꝫ post hoc. unde erit crisis in die. xvii. uel. x. expectanda sicut testatur galie. in cōmēto. ꝛ licet hic intellectus posset eē uerꝰ nō tamē uadit ad mētē gal. Aliter ut in cōmento uidetꝫ ꝛ alia secūdū rōnē his idest alia signa digestionis significantia his signis secūdum rōnē similiter sunt significantia ut sputuꝫ egestio sudor ꝛ sic de aliis. Ultimo nota ad ueritatem affo. requiruntur alique conditiones. Pria ꝙ nō superueniat accidentaliter impedimētū. ut regiminis inordinatio. aut alia egritudo impediens operationē uirtutis in materiā hāc egritudinē facientem. Secūda ꝙ ista egritudo sit morbus uehemens ut fe. ultimata quia. s. accidentia sua uehementia sint possibile naqꝫ ē egritudinē remissoꝝ accidentium in qua in quarta apparet signū digestōis non terminare per crisim. Tertia conditio ꝙ non contingat materiā ad aliquod principaliū repere sicut in pestilentialibus frequenter cōtingit. his stantibus erit affo. uerus in quo est signum: s. nubes rubea ꝛ significatum. s. crisis in. vii. ꝛ conditio ꝛce. s. ꝙ appareat in. iiii. ꝛ hoc de affo.

Uibuscunque urine limpide aut albe male maxime uero si in freneticis apparent.

Conclusio affo. est. vrine limpide quia clare aut albe in corporibus egrotantiū apparentes sunt male probatur sic. huiusmodi vrine significatꝫ extremā cruditatē siue digestionis elongationē. igitꝫ cōclusio uera. pꝫ ꝯñā ꝛ assūptū circa litterā declarabitꝫ. Similis snīa colligitꝫ septio theorice. capi. urine substantia ꝛ ab ysaac in suo de urinis secūdo ca. de urina alba. ꝛ. iiii: coll. ca. de signis sūptis a coloribus urinaꝝ dū inquit. ꝛ urina alba ꝛ clara sicut aqua significat digestionis defectū ꝛ uirtutis nutritiue debilitatē aut opilationē aut omnia. ꝛ. iiii. alman. ca. de urinis ubi inquit. Cum autē calor vrine in egritudinibus apparet albus. nō existente nec potatione cum largo cibo precedente. ultimā protendit cruditatē ꝛ digestionis priuationē ꝛ epatis frigiditatem ꝛ primo can: fen. secūda doc. tertia de significationibus coloꝝ vrine ꝛ ca. de significatōibus vrine substantie. ꝛ est utilis in actu practico ꝛ ampliatur ut pꝫ. Primo nota ꝙ p li quibus exponitur egrotātibus ꝛ maxie acute. quāuis de omnibus uerificetur. ꝛ per urinas nō solū urinas sed etiā alias superfluitates ualde crudas egredientes. Secundo nota per urinas limpidas intelligit urīas subtiles ꝛ claras. per albas uero aquosas. quia tales sunt sicut est aqua tinctura carens. ita ꝙ per albas non debemus intelligere albas uere sicut lac aut spma. sed trāslucentes siue perspicuas. licet etiaꝫ ad uere albas possumꝰ ampliare. Tertio nota ꝙ huiusmodi urine possunt ꝑpter multas apparere cās.

Prima est uehemens frigiditas epatis ꝛ naturaliū mēbroꝝ. ꝑpter quā nō fit a calore cōmixtio partiū humoraliū urinā tingere aut aliter ingrossare debentiū: unde egreditur limpida ꝛ alba. Secūda cā potest eē multus aque potus ꝛ cibi potissime crudi ꝛ indigestibilis assūptio. Tertia cā pōt eē debilitas cōtentiue epatis ꝛ canaliū urine. Quarta fortitudo attractiue renū sicut i passiōe diabetica cōtingit quia probibetur retentio aquositatis tanto tempore ut digerat Quinta debilitas tam attractiue ꝙ expulsiue canalium urine. attractiue ꝑpterea ꝙ ñ attrahit nisi subtile. expulsiue uero nō nisi subtile possit expellere licet attrahat. Sexta opilatō in uenis ꝛ canalibus vrine unde retinet grossū ꝛ nō egreditur nisi ꝙ subtile est. Septia raptus materie ad alia loca ut cerebrū cor ꝛ spiritualia. sicut frequēter contingit in egritudinibus acutis ꝛ maxime pestiferis. Ad propositū licet ad multa is dictoꝝ ampliari possit. in ꝑposito est sermo quādo nō est talis a cā primitiua nec per diabetē nec opilationem. licet in omnibus malū sit. exclusis tamē his significat materie maximā elongationē a natura digestionis. ꝛ caloris debentis digerere maximā impotentiam. ubi tales perseuerent.

maxime si in:

Secunda cōclusio huiusmōi urine maxie sunt male si appareant in freneticis. probat sic. huiusmōi urine significāt plurimū cursū materierū ad locū ubi ē apostema. aut extremā cruditatē materie. que ī egritudine acuta est pessima. pꝫ pña ꝛ assūptū circa litterā declarabit. Similis sententia huic colligitur tertio can. sen. prima tractatu tertio ca. de carabito. dū inquit ꝛ nullus quidē uisus ē habēs apā ī partibus cerebri. cuius urina fuerit aquosa q̄ cualeriit ꝛ quarto colliget allegato ca. ꝛ possibile ē ut sit urina alba in egritudinibus acutis. sed est ut plurimū perditionis signū: quia significat ascen ū colere ad superiores partes. ꝛ ibi facit apā. ꝛ est utilis ꝛ ampliatur ad omnes egritudines acutas. Nota per frenesim carabitum qui ē apā calidū in uelamie subtili ꝛ grosso absqꝫ corporis ipsius ꝛc ꝛ ita de oībus aliis egritudinibus acutis intellige. alter sensus cōclusionis quē uidet sequi cōmentator. ꝙ tales vrine maxime apparent in feneticis igitur.

Quibuscunqꝫ ypocundria suspensa et subrugientia. lumbis superueniente dolore. uentres his humectantur: si non uentositates erumpant. aut urine multitudo superueniat in fe. uero hec fiūt.

Tōclō pria qbuscūqꝫ corpib⁹ fiūt ypocūdria suspēsa subrugientia: lūboꝝ dolore superueniēte. uēter soluitur. nisi sit probibēs. probatur sic. in quibuscunqꝫ talibus corporibus habūdant materie humorales uentositatibus cōmixte ad inferiora declinātes igitur cōclusio uera. pꝫ pña ꝛ assūptū circa litteraꝫ declarabitur Primo nota ypocūdria loca sub costis lateralia dicta ab ypos ꝙ ē sub ꝛ cūdriū qꝺ est costa. Secūdo nota dicit suspensa quia tēsa res enim suspensa tensa uidetur. licet aliter reperiatur subtensa. i. que tensa reddūtur: aut propter exsiccationē sicut pellis timpani dū exsiccat. aut propt apostema. aut ꝑpter collectionē humoralē siue multitudinē humoꝝ. aut ꝑpter humores simul cū uentositate. qualiter est in proposito ut uidebitur.

Tertio nota ꝙ ex motu uētositatis p intestina causatur sonitus quidā qui cōiter dicitur rugitus. si tamen fuerit uētositas pura: fit sonitus clarus ꝛ acutus propter motū uētositatis pure uelotiorē. ꝛ ipaꝫ etiā ī motu uelotius frangi. Si uero fuerit uentositas humoralibus humiditatibus cōmixta generat sonitus quidā raucus uel obtusus. propter uentositates illas tardius moueri ꝛ minus frangi in motu Ad propositū per subrugientia intelligit sonus illo rauco uel obtuso sonantia. cuius cā est humiditas iam dicta. Quarto nota per dolorē lumbi intelligere debemus dolorē ex directo carniū istaꝝ musculosaꝝ que cōmuniter lumbi uocantur: nō tamē sic. ꝙ dolor ille sit in lumbis. sed in intestinis secūdum inuolutiones tamen intestinorum uersus lumbos iam dictos existentiū. per qꝺ significat materiā ipsā ꝛ uentositateꝫ ꝛ per flexuositates intestinoruꝫ ad inferiora declinare. ꝛ ex hoc colligitur cā uerificans affo. Quinto nota uentositas materieb⁹ humoralibus cōmixta iuuat ad eaꝝ expulsionē multis modis. Primo quia uias dilatat Secūdo quia expulsiuā stimulat. Tertio qa materiā cui cōmiscet agitat. Quarto qa rarificat. quīto qa ipa uētositas facile ipellit ꝛ ad ipulsionē facilit recipit ipetū. quo recepto facile materias propellit quibus obuiat ut patet in tussi ꝛ bōbardellis pueroꝝ. ꝛ sic de aliis. Ex quo pꝫ ꝙ uentositate per se sine materia erūpēte remouetur una de potissimis cāis expulsionis. s. uentositas. ꝛ sic poterit eē ꝙ non humectabit uēter multa etiā prouocata urina nō fluet. cū vna euacuatio minuat aliam. ut infra affo. ultimo declarabit.

In febribus:

Secūda cōclusio. talis suspensio subrigitus ypocūdrioꝝ maxie fiunt in febribus. probatur: quia ī febribus maxie habūdāt materie p fluxū uētris expellibiles ꝛ uentosabiles. igit. pꝫ pña ꝛ assūptuꝫ circa litterā declarabitur. Primo nota per febres materiales eē intelligendas potissime dependentes Secundo nota hoc maxie fieri in fe. Primo qa ī febre maxie habūdāt materie peccātes tā proprie ꝙ cōmunes circa nutritiua membra. Secūdo quia in fe. maxie fit materieꝝ uētosatio debilitato calore naturali. aut incrudas ꝛ indigestas operāte materias. Tertio quia in ipsis maxie fiūt indigestiones ad quas sequitur hūorū ꝛ uētositatū multiplicatio Et similis sententia colligit xvi. cōtinentis ca. prio ꝛ xiiii. tertii in summa ca. ultimo ꝛ secūda iiii. ca. de signis declinationis materie ad uias egestionis. ibi ꝛ altitudo eius quod ē sub ypocūdriis ꝛ augmētum eius. permutatio rugit⁹ ac dolores dorsi ꝛc. ꝛ ampliatur ut dictum est. Dubium circa dicta quomodo uentositas grossa pōt eē cā retentiōis fecum ꝛ causans colicam. ꝛ quomō iuuat ad expulsionem. vidisti prima primi.

uibus ſpes eſt ad articulos apā conuerti eruet ab apoſtemate urina groſſa et multa alba facta uelut in laborioſis fe. ſi a quartanis diebus quibuſdam incipiat ſolutio fieri: ſi uero ſanguis ex naribus fluat ualde et celeriter ſoluuntur:

Prima concluſio vrina multa groſſa alba eueniēs in die quarta. i. in die indicante creticam in corporibus egrotantibus talibus egritudinibus quales ſunt febres laborioſe in quibus eſt ſpes in articulis fieri apoſtaſes eruet iſta corpora ab apoſtaſi. uel ponatur ita corporibus egrotantibus ſicut febribꝰ laborioſis in quibus ē ſuſpitio aduentus apoſtaſis ī articulis. liberat eos ab apoſtaſi vrina groſſa alba multa. probat̄: quia per iſta euacuat̄ materia factura apoſtaſes igitur pꝫ ꝯña ⁊ aſſūptū circa litteraꝫ declarabitur. Primo nota ſpes. i. ſuſpitio ad articulos. ⁊ per articulos omne emūctoriū. apoſtaſiꝫ i: collectionē apoſtemoſā. Secūdo nota quia dicit multā per quā ſignificat̄ materiā multā euacuari: groſſam ⁊ albā que atteſtantur materiebus peccātibus. ⁊ hoc precedentibus ſignis digeſtionis. ī febribus laborioſis. i. lapſitudini coniūctis. ut ſupra ſi quartanis quibuſdā diebus. i. indicatiuis ꝑ quod ſignificatur expulſio cretica ⁊ ordinata. incipit q̇a in aliis cōplebitur.

ſi uero:

Secunda concluſio pꝫ. Nota hoc intelligendum materia in uenis exiſtēte ⁊ ſtante ſanguinis peccato aut materia multū ſanguini cōmixta. idē habet ſecūda quarti ca: de ſignis criſis cū exitura. ⁊ ē utilis ⁊ ampliatur ut pꝫ.

J ſanguinem aut pūs minxerit renum aut ueſice ulcerationem ſignificat:

Concluſio affo. eſt iſta. Mictus ſanguinis aut ſaniei uel ſecūdū alios mictus ſanguinis cū ſanie ſignificat ulcerationem ueſice aut renū. probat̄ ſic. huiuſmodi mictus ſignificat ſanguinē uel ſaniē ex renibus uel ueſica educi. igitur cōcluſio uera. tenet ꝯña ⁊ aſſūptū circa litterā declarabitur. Similis ſententia colligit̄. xviii. tertii tractatu ſecūdo ca. de ulceribus renū ⁊. xviii. ca. ii. de ulceribus ueſice ⁊ de mictu ſanguinis. ⁊ aliqualiter colligit̄ a ſerapione quarto ſui breuiarii ca. xiiii: ⁊ ē utilis in actu practico ⁊ ampliatur ut pꝫ. Primo nota hic per ſanguinē intelligēdū eē ſanguineā maſſā nō autē ſanguinem purū. ⁊ notāter dixit minxerit. ad denotāduꝫ hoc frequēter contigiſſe. Secūdo nota ꝙ ſanguinis mictus uel mictura pōt ex multis cāis cōtingere ut. xviiii. tertii allegato ca. Primo a cā exteriori ſicut caſu uel percuſſione uel potu ueneni iſtas uias excoriantis ⁊ potu cātaridū ⁊ ſimiliū ⁊ de hoc n̄ ē hic ſermo Secūdo a cā interiori. ⁊ huiuſmodi cā poteſt eſſe multiplex. Prima ex ſubſtātia ſanguinis in toto. unde repletis uenis nimis ſudat ſanguis ad extra aut uenaꝝ aperiūtur orifitia. aut cogitur uirtus ut ſe degrauet. cū aquoſitate per emulgētes uenas plurimū emittere ſanguinē. Secūda cā pōt eē ſanguinis ſubtilitas ⁊ acuitas. quare ſtimulat uirtutē. aut per uenas reſudat. uel nō pōt uirtꝰ renū ipſū retinere ſubtilitate ſua. Tertia cā debilitas cōtentiue uenaꝝ aut epatis aut renū non potentiū aquoſitatē a ſanguine ſequeſtrare. quia cum aquoſitate emittitur ſanguis ſicut ydropico cōtigit ⁊ diſſinteriā epaticā patientibus. Quarto quando expellit̄ ſanguis cretice per urinā. ſicut etiā frequēter per emorroydas. Quinta cā pōt eē mēbri abſciſio ut manus uel pedis. ſed hoc reduci pōt ad ꝑmū. abſciſo eni pede cū in epate tantundē generet̄ de ſanguine ſicut prius. non tōtū cedit in nutrimentum: cū unū mēbroꝝ nutriendū deſitiat. quia paulatine aggregatur in uenis. donec uirtutē grauet. ⁊ ſtimulet ad ſe expellendū. quē expellit quādoqꝫ fluxu uentris. quādoqꝫ fluxu ſanguinis nariū. quādoqꝫ per uias urine. ⁊ aliquādo uomitu ⁊ huiuſmodi ſanguis mictus. quādoqꝫ peryodicus eſt. ut tertio can. fen: xviiii. allegato ca. ⁊ illa. ſ. ſanguis mictura que fit cā reſolutionis aut dimiſſionis exercitii aut abſciſionis mēbri quādoqꝫ hēt peryodos. Sexta cā pōt eē apātis apertio uel reſolutio cōtinuitatis in epate uel ſplene aut aliis mēbris ut canalibꝰ renum uel ueſice aut locis mediis inter renes ⁊ ueſicā diſtinguūtur autem hec omnia per maniſeſta ſigna colligenda locis preallegatis. ⁊ tu ibi recurre. Ad propoſitū cū dicit̄ in affo. ſanguinē ⁊c. oportet ſupplere hoc nō proueniēte propter aliquā aliā cauſaꝫ de cāis iam dictis que per ꝓpria dignoſcūtur. Tertio nota ꝙ mictus puris poteſt ꝓuenire ab aliis mēbris ab inſtris urine ut apertione apātis in gibbo epatis aut in diafragmate. ut colligitur ī locis allegatis. quādoqꝫ prouenit a renibus: quādoqꝫ a ueſica quādoqꝫ a canalibus mediis inter renes ⁊ ueſicā quia poris uritidibus. ⁊ diſtinguūtur hec per maniſeſta ſigna. Prima eni cā cōprehendit̄ ex leſione epatis uel diafragmatis Secūda ex dolore renū. et quia puſ ualde cōmiſcetur urine ꝓpter longitudinē tranſitus. ⁊ eſt dolor remiſſus propter obtuſionem ſenſus renū. ⁊ ſanies eſt tēdens ad rubedinē aut generatur in ueſica ⁊ eſt dolor uehementior ⁊ ſanies fetet. ⁊ egrediuntur uelut ſquame quedaꝫ. in uiis autem mediis medio mō. Jtem etiā ex loco doloris que nota ſunt potiſſime ulceribus non antiquis ⁊ cōfirmatis pōt eni exire ſanies ab ulcere ī concauitate uirge exñte ⁊ tūc ſanies ſecūdū plurimū antecedit urinā. urina ipſa expellente. Quarto nota ꝑ ulcerationē ītelligit etiā ſolutōeꝫ cōtinuitatis notabilē. ī his mēbris ſequatur ulcus propter ſupflui tates ad mēbra iſta cōtinue fluentes.

uibus ī urinā pinguī et groſſa exiſtente carnea fruſtra medica aut pili exeunt: his de renibus egrediuntur:

Concluſio affo. eſt iſta. urina groſſa exiſtente ⁊ cū

ea egredientibus substan:iis quibusdā. que sūt ue
lut carnīū frustra. aut pili huiusmodi substātie de
renibus exeunt. uel sit frustra sicut carniū uł sicut
pili cū vrina grossa egredientia. ex renibus exeūt
probatur sic huiusmodi materie a renibus decidūt
igit̄ cōclusio uera. pʒ ꝯña ⁊ assūptū circa litterā de-
clarabitur. Similis sñia colligit̄ quātū ad primam
partē. xviii. tertii tractatu secūdo ca. de ulceribus
renū ⁊ quantū ad secūdā. xviiii. fen. tractatu secū
do ca. xx. ⁊ est utilis ⁊ ampliat̄ ut pʒ. ¶ Prio no
ta per urinā grossā in proposito intelligendū eē me-
diocrē. quia nō sit grossa nimis. nec nimis subtilis
sed in substantia mediocris. Ad quid aūt sic intelli-
gere oporteat uidebit̄ in cā ucrificante asso. Se
cundo nota exeuntiū cū urina quedā ex toto preter
naturā egrediuntur. quedā uero naturaliter. Exē-
plū primi sicut lapis ¶ Exemplū secūdi sicut ypostasis
laudabilis: Eoꝝ uero que ex toto genere preter na
turā egrediuntur. quedā sunt indicatia prius q̄ eua
cuētur aliquādo de sua retentione. quedā indicāt ꝺ̄
sui expulsione: Exemplū primi sicut sanguis lauda
bilis purus ex scissura uene egrediēs aut etiaʒ fru
stra carniū. Exemplū secūdi sicut lapis ⁊ harena pi
lus ⁊ huiusmodi. Et iteꝝ indicatiū de sua retentiōe
quedā fuerūt partes mēbroꝝ. quedā nō. Exemplū
primi sicut frustra carniū. Exemplū secūdi. sicut sā
guis: Ad propositū de duob⁹ facta ē mentio i asso.
s. de frustris carniū ⁊ pilis. ¶ Tertio nota per fru
stra carniū intelligenda ēe quedā uelut grana ut ga
lie. vi. interioꝝ ca. ii. partibus uel frustulis carniū
similata ad rubedinē uel modū substātie carnis tē
dentia. que colando urinā maxie discernūt̄. conse
quūtur autē ulcera ⁊ corrosiones substantie renum
humore enī ulcerāte renes ⁊ corrodente. alique p-
ticule carnose separantur. ⁊ ad poros uritides simł
cū urinis expellūtur. que postea in urina apparent.
Qualiter autē sit possibile illas expelli. collige mo-
dū tertio. xiiii. ca. de cā asclitis. ⁊ dicit̄ quasi. quia
nō oīo uerā seruāt carnis similitudinē. ⁊ ꝓter corro
sionē. ⁊ propter longū transitū ⁊ longā ipsaꝝ cū uri
na ꝑmixtionē. sūt autē ad rotūditatē tendentia pro
pter partes angulares i transitu rotōdari ¶ Quar
to nota huiusmodi frustra cū sint a substātia renuʒ
decisa debēt esse ad rubedinē tēdentia. quia etiam
substantia renū est solida in substātia debēt etiā eē
solida in substantia ⁊ ex isto cū dolore renū cōpre-
henso ⁊ mordicatione cōprehendit̄ differentia iter
huiusmodi frustra ⁊ sanguinē coagulatū cū uria ex
pulsum. Quinto nota per pilos intelligenda esse
corpora quedā gracilia in lōgū ꝓtensa ad similitu-
dinē piloꝝ simul cū urina emissa generata in reni-
bus calore forti agente in materiā uiscosā ⁊ grossaʒ
⁊ ipsā extendēte ⁊ ꝑ loca angusta expellente. licet
galie. allegato loco dicat etiā in uenis generari. et
ad hoc adducit similitudinē corporis neruei uł ner
uo similis ex sanguine glutinoso uel humore in ue-
nis cruris gnāri ⁊ mo⁹ satis clar⁹ ex his pʒ prio mā
generationis nō enim est terrestris. quia dilatatio
nem siue extensionē nō reciperet. sed potius in ha
renulas aut lapidē renū conuerteret̄. nec est aerea
uel aquosa subtilis. quia tūc in uaporē cōuerteret̄.
est enim materia tenax siue uiscosa grossa. que ui
scositate sui resistit resolutioni. item etiā resistit ter

restrificationi ⁊ incinerationi ¶ Patet secūdo cali-
dū huiusmodi nō esse multū diminutū nō tamen ita
forte sicut harene uel lapidis generatiuū. Tertiō
pʒ modus generationis. materia enī uiscosa existē
te. calor agit ⁊ ipsā extendit. ⁊ ꝑ loca angusta pau
latim ⁊ per partē ante partē propellit. cuius uisco-
sitate partes inuicē adherēt tenaciter ⁊ nō sepantur
unde cōtinua propulsione cū extēsione caloris. ge-
neratur corpus quoddā subtile in longū protensum
sub forma pili. ¶ Patet quarto q̄ etiā generatur
i uenis. cā imediata ē debilitas uirtutis digestiue.
⁊ fit modo quo corpus illud rubeū de quo dixit ga
lie. allegato loco. Ex quibus ultimo pʒ cā uerificās
asso. apparente enī urina mediocri qꝺ̄ notanter dici
tur. quia tenuis uel grossa posset aliā dispositionem
in mēbris aliis significare cū his signis significanter
dicta. ⁊ hoc de urina media bene declarabit̄ i cōmē
to: Ex his oībus pōt colligi q̄ pilus est uel pōt esse
causa morbi uel morbus uel accidēs. pōt enī eē cā
morbi. quia opilationis coartatio. itē etiā morbus
ī numero īmediate ledendo. tertio accidēs quia ex
iens mutatum.

uibus in urina pingui existē
te furfurea sedimina mingū
tur: his uesica scabit.

Conclusio asso. est ista. vrina existente mediocri.
⁊ sicut squamis furfureis apparentibus in vrina:
uesica scabit. i. scabiē patit̄: probat̄ huiusmodi uri
na existente nō apparet aliqꝺ̄ aliud mēbruʒ a quo
possint huiusmodi squame decidi. igit̄ cōclusio ue-
ra. pʒ ꝯña ⁊ assūptū circa litterā declarabitur. ideʒ
habetur secūda primi ca. de significationibus ypo-
stasis. . vii: theorice ca. illo prīo purgatō ⁊ xviiii
tertii ca. de scabie uesice tractatu secūdo. ⁊ ē utilis
⁊ ampliatur ut pʒ. ⁊ quarto coll. ca. de signis ypo-
stasis. ¶ Primo nota per urinā pinguē debem⁹ uri
nam naturalē ⁊ mediocrē intelligere que pinguis
appellari potest. quod est enī bene digestuʒ quodā
mō pingue est. propter debitā cōmixtionē humidi
aerei ⁊ unctuosi cū sicco terreo. quia igit̄ naturalis
bene digesta est. iō ⁊ pinguis pōt quodāmō appel
lari. Secundo nota per furfurea intelligenda eē
corpuscula quedā lata quasi superficialia squamis
furfureis assimilata aut corticibus frumēti. ¶ Ter
tio nota huiusmodi squamaꝝ exitus cum urina ex
multis causis posse contingere. Primo a causa
primitiua. sicut potuū excoriantiū uesicā. ut cātari
dū. Uñ auic. scꝺ̄a primi doc. tertia ca. de significa
tionibus ypostasis. dixit se quidā homini in potu de
disse cantarides. ⁊ de illis nō ē sermo. ¶ Secundo
a cā intrinseca ⁊ corporali. ⁊ hec ut ex dictis aucto
rum colligi pōt quadruplex: Prima magna in-
censio in sanguine ⁊ epate. ex qua alique particule
epatis ⁊ sanguinis adurūtur. ⁊ cū urina exteri⁹ ex
pellūtur sub forma squamaꝝ. ⁊ appellat̄ ypostasis
squasmosa ab auic: secūda primi allegato capi.
¶ Secunda cā pōt esse fortis adustio intra uenas exi-
stens. quare fit a substātia uenaꝝ separatio quarū
dā partiū corticaliū squamis similiū. Tertia cā
potest eē scabies renū. ex qua separatur a renibus
quedā squame furfuree. ¶ Quarta cā esse potest

ſcabies ueſice ex q̄ ſquame quedam quaſi furfuree albe ſeparaт̄: poſſumus etiam addere aliam .ſ. ſcabiem in poris uritidibus que inter renes ⁊ ueſicam mediāt: differūt autem he ſquame ab īuicem: q̄a in primo caſu non eſt urina natal̄ nec media ſ3 ſecūdū plurimū tenuis ignea ⁊ ſimiliter in ſecūdo: ſtāte enī uehemēti intēſione in epate uel uenis notum eſt urinam nō egredi naturalē. In tertio uero caſu percipit̄ dolor aut pruritus circa renes. ut .xviii. tertii tractatu ſecundo ca. de ſcabie renum: ſunt cum ſignis ulceru3 in exitu eius quod egredit̄: cum cōmotiōe ⁊ pruritu in loco renū ⁊ cete. ⁊ illud quod egreditur de ea que ſit in meatibus ē pāniculoſu3. ⁊ cu3 hoc ſunt ſquame ille ad rubedinem tendētes. In quarto caſu percipit̄ dolor ⁊ pruritus circa radicē uirge ⁊ mictū albū raꝝ cū fetore ⁊ paꝝ urine ⁊ ypoſtaſi cōmixte. ⁊ de iſta in propoſito eſt ſermo. Ex quo colligitur cā uerificās aſſo. ſic cōditionatū quibus uelut furfurea alba cū urina pingui. i. mediocri ut cōmentator in cōmento ⁊ apparēte dolore circa radicē uirge ⁊c. Quarto nota per ſcabiē ueſice intelligendū eē ſuperfitialē ueſice ulcerationem propter humorē ſalſū uel acutum.

uicunq̃ ſanguinem ſponte mingunt: his de renibus uene rupturam ſignificat.

Concluſio aſſo: eſt iſta. Sanguis mictus ſignificat uene rupturā in renibus. probat̄. quia nō appar3 ꝓbabiliter unde deciſi poſſit ſanguis hic aliunde. igit̄ p3 ꝯñā ⁊ aſſūptū circa litterā declarabit̄. ide3 habet̄ xvii. tertii tractatu ſecūdo ca. de mictu ſanguinis ⁊ eſt utilis ⁊ ampliatur ut p3. Primo nota ſpōte exponitur primo naturaliter. ut in ſecundo aſſo. prime particule. Secūdo ſine manifeſta cā extrinſeca. ut labores ſpontanei. Tertio ſponte. i. ſubito: ⁊ taliter ſumitur hic. ſ. quia nō preceſſerūt notabilia ſigna uel accidentia hoc indicātia ut dolor ul̄ aliud huiuſmodi: Secūdo nota ſāguinē multiplicit̄ mingi poſſe. primo a cā primitiua. ut ſupra aſſo. xviii: declaratū eſt. Secūdo ab intra ul̄ a cā corporali. ⁊ hoc iteꝝ multipliciter. primo ab epate uel uenis uel aliis mēbris extra mēbra urine. Secūdo a renibus. Tertio a ueſica propter apertionē uenarū ueſice ex ulceratione ul̄ ſil̄i. prīo mō pōt prouenire aut propter habūdātiam ſanguinis ī toto. aut criſim aut membri mutilationē aut debilitatē cōtētiue ⁊ diſcretiue epatis ⁊ uenaꝝ. Ex renibus aute3 aut propter debilitatē cōtentiue uel uenis apertionē. ⁊ ſi apertionē uel fracturā uel perforationē a ueſica p3. Differūt autē quoniā ſi ab epate uel uenis egreditur. aquoſitati urinali plurimū eſt cōmixtus propter longitudinē tranſitus Ex fractura uero uene in renibus egreditur purior ⁊ minus cōmiſtus ꝓpter breuitatē tranſitus. Differūt etiā factus ab ulcere corrodente facto ꝓpter rupturā. quia ille ē niger aut uirulentus aut ſorditiei cōmiſtus alter uero nō. ſimiliter uero differt a facto propter ſubtilitatē eius. maxime uero ex flobothomia factus etiā a perforatione differt a facto a fractura. quia ille paulatim hic ſubito. Ex quibus p3 ueritas aſſo. bene intelligenti taliter conditionati: Quicūq̃ ſponte i. ſubito ſanguinē. ſ. puꝝ urine nō multū cōmixtū ⁊ multum mingūt ⁊c. de ſanguine aūt a ueſica egrediente. patet in cōmento.

uibuſcunq̃ in urinis harenoſa ſubſtant ſedimina his ueſica aut renes lithiaſim habēt

Concluſio aſſo. ē iſta harena ſubſtans in urina ē ſignu3 lapidis renū aut ueſice. probat̄ ſic harena huiuſmōi ſignificat materiā ex qua generat̄ lapis renū uel ueſice. ⁊ cū hoc ſignificat agens. ſ. calorē terreſtrificātem: igit̄ cōcluſio uera. p3 ꝯñā ⁊ aſſūptum circa litterā declarabit̄: Idē hēt̄ tertio can. xviiii. tractatu ſecūdo ca. de lapide renū. ⁊. xviiii. tractatu primo ca. de lapide ueſice. ⁊. iiii. breuiarii ſerapionis ca. xviiii. ſ. de generatione lapidis. ⁊ ē utilis aſſo. ⁊ ampliatur ut p3. Primo nota per harenas intelligendas eē ſubſtantias quaſdā granuloſaſ harene ſimiles. quandoq̃ ad albedinē quādoq̃ ad rubeū colorē declinantes. Secūdo nota huiuſmodi harenoſas ſubſtantias quādoq̃ decidi a mēbris uel uenis ut epate uel uenis aliis ab īſtrumētis urīe quādoq̃ autē a renibus uel ueſica. a mēbris autem dupliciter. Primo propter lapidoſitatē ī mēbris exiſtentē. ſicut. iiii. interioꝝ ultīo ca. de illo ī cuiꝰ pulmone lapides generabātur. ⁊ ipſe cū tuſſi expellebat. ⁊ nō uideret̄ īpoſſibile aliquas particulas ad minima diuiſas illoꝝ etiā expulſas fuiſſe p urinam Itē ſexto interioꝝ ca. primo auctoritate quorūda3 dicitur in inteſtinis lapides generatos eē. ego autē uidi lapidē ſub lingua generatū ī domino. Nicolao de ſumma ripa. Secūdo ꝓpter fortē aduſtionē ī ſāguine ⁊ humoribus cōtingente. q̄ aliqua pars incinerat̄ ⁊ ad ſubſtantiā cōuertitur harenoſam. ſicut in febribus adurentibus frequēter apparet. differt autē hec arenoſa ſubſtantia ab illa que a renibꝰ ul̄ ueſica decidit̄. quia iſta nō deſcendit īmo frequēter ſupernatat. prīo quia a calore leuigatur. Secundo quia ex longitudine tranſitus ualde cū diuiſa ⁊ cōmixta eſt urine. Tertio quia tranſiens per loca anguſta eſt multū ſubtiliata. econtra autē ſe hab3 de harenulis a ueſica uel a renibus deciſis propt̄ cauſas oppoſitas. Ex quo p3 ꝙ ex harena nō deſcēdente uel ſubſiſtente ſignificat̄ ipſā a longis partibus ꝓuenire. Patet ſecūdo quare dixit ſubſtāt. ut per hoc excluderet̄ harenoſa nō ſubſiſtentia. Tertio nota tam in renibus q̄ in ueſica contingit lapidem generari. ⁊ cōueniūt iſti lapides inter ſe ⁊ differūt Conueniūt primo in materia quia utriuſq̃ materia eſt humor groſſus uiſcoſus. cōueniūt etiā in generante. quia utrobiq̃ fortis calor terreſtrificans licet ſit intenſius ⁊ fortius circa renes q̄ circa ueſicam. Differūt autē in magnitudine. quia maior ut plurimū in ueſica Itē colore. ī ueſica declinat ad albedinē uel nigredinē uel colorē cineritiū. ecōtra autē in renibus: Differūt etiā in duritie ⁊ aſperitate. durior enī eſt lapis ueſice ⁊ aſperior q̄ lapis renū. ⁊ proportionabiliter differūt harenule a renibus ⁊ ueſica prouenīētes. lapis enī non eſt niſi multitudo harenoſoꝝ corpuſculoꝝ adinuicē cōgeſtorum ſiue cōglutinatoꝝ. Ex quibus pōt colligi modus generationis lapidis renū. materia enim uiſcoſa groſſa

Nota hic conuenientiam et differentiam inter lapidem generatum in uesica et lapidem generatum in renibus

Conclusio affo. Mulier a qua non exierit purgationes patiēs anxietates defectiones abbominationes neque frigore neqꝫ febre superueniente est pregans. ꝑbatur stante huiusmodi retentione cū circūstantijs dictis ꝛ dicendis: significat̄ huiusmodi retentionem a causa preternaturali non esse pendentem ꝛ per cōsequens a naturali que non potest esse nisi ꝯceptio. ergo ꝛc̄. patet cōsequentia ꝛ affm circa literam declarabitur. Ideꝫ colligitur. xxi. tertij tractatu. i. caº de signis inpregnationis: ꝛ est vtilis ꝛ ampliat̄ vt patet. Primo nota per purgationes intelligendas esse menstrua a muliere ordinate et naturaliter effluere solita quod notanter addo: qa si in muliere solita essent menstrua preternaturalit̄ ꝯtineri: hac via super impregnatōe ei⁹ significare non possum Secūdo nota menstrua vt supra habitū est. multipliciter retineri. s. a cā preternaturā vt frigore extrinseco occurrente vel calore febrili resoluente: aut humores ad alias corporis partes trahendo ꝛ sic de alijs: quandoqꝫ vero naturalit̄ vt propter cōceptionem ꝛ alias causas per se notas discernantur. aut probabiliter hoc modo. qa si vides mulierem: vt bertam nunc bene sanam ꝛ ornatissime debitis temporibus menstruantem. deinde nulla causa egrotatiua occurrente in ipsa: vides subito menstrua retineri cum cōditionibus dictis. probabilit̄ cōclude ꝙ hoc est propter cōceptionem. Tertio nota: ꝙ facta huiusmodi retentōne propter ꝯceptionem contingūt accidentia in affori. tacta. s. anxietates: qa anhelitus difficultas abbominationes. qa corruptio aut ablatio appetitus. ꝛ alie lesiones: aut vomitus nausea ꝛc̄: ꝛ defectiones. i. lipotomie. quorū omniū causa est menstrui retentio. ꝛ qº p actionem caloris etiam illud commiscentis ꝛ agitantis menstruum eleuant̄ fumi mali. q̄ ad diafragma ꝛ spiritualia peruenientes causant anxietatem: ad cor sincopi aut lipotomiam: ad os stomachi appetitus defectionem: nauseam abbominationem ꝛc̄. ꝛ ex his patet pmo veritas affo. secūdū plurimum si cū alijs signis impregnationis cōiungat̄ tactis alias auteꝫ non plenā habet euidentiaꝫ Patet secūdo huiusmodi accidentia nō necessario i omnibus pregnantibus contingere. In quibusdam enim dū impregnantur non reperitur menstruum praue qualitatis: qa forte mundificate erant nouit̄ Patet tertio qa in primis magis ꝙ̄ in posteriori

bus mensibus ꝯtingũt huiusmodi accidentia vt. iiij de accidenti ⁊. xxi. tertij. ca. alias allegatis.

Quecunque frigidas et densas matrices habẽt non concipiunt propter frigiditatem et quecunqꝫ humidas habent matrices non concipiũt: extinguitur ĩ eis semẽ. Et quecũque matrices habent siccas magis et ardentes non concipiunt: indigentia eni nutrimẽti corrumpitur semen: Quecunqꝫ uero ex utrisqꝫ temperiem habent moderate huiusmodi generantes sunt.

Prima cõclusio affo. est ista. Quecunqꝫ femine habentes matrices frigidas ⁊ dẽsas non cõcipiũt pbat̃ per frigiditatem ⁊ densitatem matricis sperma ĩfrigidat̃ ⁊ calor eius extinguitur. ⁊ vene angustantur: ita vt non debite ad fetũ generandũ menstruum attrahat: ergo ꝯclõ est vera. pꝫ ꝯñ̃a ⁊ aĩ̃m circa litterã declarabit. Primo nota matrices esse frigidas: aut naturaliter: aut p̃ternaturalit̃: ⁊ utroqꝫ modo: aut parũ p frigiditatem a temperamento naturali recedendo: aut multũ: ad propositũ hic est sermo de recessu tam naturali q̃ preter naturam dum tamen sit multus ⁊ extremalis: vtrum autem distemperantia ista matricis qua mulier in etate iuuentutis aut consistentie redditur sterilis: possit esse naturalis: alias videbitur. Secundo nota per matrices densas: intelligere possumus: prio stricturam poroꝝ ⁊ orifitiorũ venaꝝ matricis qua ꝓhibetur menstruũ ad matricem debite attrahi vel effundi: aut imaginari possumus intensam frigiditatem eius cuius est condensare. Secũdo intelligere possumus spissitudinem eius: aut corpulentiã aut profunditatem eius. qua prohibet̃ matricis debita collectio ⁊ corrugatio supra spermaticã materiam in ipsa receptã: ⁊ de quolibet verificat̃ affo. ⁊ secundũ hunc modũ saluaret̃ posse matricem esse frigidã ⁊ non densã: licet etiã saluari posset aliter: vt videbitur in cõmento. Tertio nota frigida existente matrice ⁊ densa: multipliciter impeditur cõceptio: p̃mo q̃a calor spermatis extinguit̃: vel saltem nimium remittitur: secũdo q̃a sperma nõ coquitur vel digeritur frigiditate matricis coctioni resistẽte: tertio q̃a menstruũ infrigidat̃. q̃rto q̃a in parua quantitate ad matricem attrahitur: aut totaliter resecatur. Quinto q̃a debita colligãtia secundine ad orifitia uenarũ matricis prohibetur propter istaꝝ venarum angustiam ⁊ prauitatem. Ex quibus pꝫ causa verificans conclusionem.

Et quecunqꝫ humidas:

Secũda ꝯclusio. ⁊ quecũqꝫ habent matrices humidas non cõcipiunt. Probat̃ q̃a in talibus semen: s. spiritus in semine inclusus extinguit̃ ergo conclusio vera: patet ꝯñ̃a ⁊ aĩ̃m circa litterã declarabit̃ ĩ cõmento sicut de semine seminato in terra multũ humida. Primo nota matrices posse esse humidas aut qualitatiue aut substãtialiter aut madefactiue

Exemplum p̃mi ⁊ secundi pꝫ. Exemplũ tertij sicut si in matrice contineant̃ materie multe humide madefacientes ⁊ lubrificantes matricẽ. Ad propositũ p̃mo ⁊ vltimo modo intelligit̃ raro tñ̃ inuenitur mĺta humiditas qualitatiua ĩ matrice siue madefactiua vel nunq̃. Secũdo nota q̃ excessꝰ potest esse magnꝰ vel paruus In proposito tñ̃ intelligitur de multũ magno: puus enim licet difficultatẽ generet impregnationis sᵐ omnẽ q̃litatem: nõ tamẽ sterilitatẽ: vt in ꝯmento videbit̃: ⁊. xxi. tertij allegato caᵒ. põt etiã esse naturalis ⁊ preter naturã: et de quolibet hoꝝ est sermo. Tertio nota propter multa habentes matricẽ humidã excessiue non ꝯcipiunt. p̃mo q̃a nimia humiditas debilitat ꝯtentiuã ⁊ matricẽ lubrificat: q̃re non põt sperma debite continere Secũdo q̃a ex humiditate nimia fit nimia suffocatatio calidi naturalis spermatis: sicut suffocatur ⁊ extinguitur flãma ex humiditate. Tertio q̃a menstruũ q̃d attrahit̃ est nimis humidũ. vnde ĩeptũ est debite ꝯstantie requisite ad membrorũ generationem. Quarto quia generat̃ cotilidones debiles ⁊ non potest fieri debita iuiscatio venarum secundine ad orifitia venarũ matricis taliter humide Ex quibus omnibus impeditur conceptio: vt patere potest intelligenti.

Et quecunqꝫ enim siccas:

Tertia cõclusio: quecũqꝫ habentes matrices siccas magis ⁊ ardentes non concipiunt. probat̃ in omnibus talibus est indigentia nutrimenti gᵒ ꝯclõ vera pꝫ ꝯñ̃a ⁊ aĩ̃m ꝓbatur q̃a ex indigentia nutrimenti corrumpit̃ semen. Primo nota notanter dc̃m esse siccas magis: aut ad denotãdũ: q̃ maior requiritur lapsus in sicco q̃ in humido: vt impediat̃ conceptio: ⁊ hoc non credo. Aut dixit magis ad denotandũ hunc recessum nõ esse paruũ: sed magnũ: Et hoc puto verius. Uel forte ly magis est in alijs cõclusionibꝰ replicandũ. vt quecũqꝫ frigidas ⁊ dẽsas habent matrices magis ⁊ similiter humidas magis q̃ debeat̃. Secũdo nota q̃ sicca existente matrice: paucificatur menstruum ⁊ hũores. quare spermati deficit nutrimentũ dictum improprie nutrimẽtum quo foueatur ⁊ erigetur. Et ex quo membra materialiter generentur. Alie etiã possunt eẽ cause vt siccitas venarum matricis. Similiter ⁊ habẽtes ardentes cõsumunt substantiã spermatis. ⁊ spiritũ gingnitiuũ euanescere faciunt. adhurũt etiã sanguinem menstruum: quare fit nutrimenti indigentia ⁊ per cõsequens ⁊c̃.

Quecumqꝫ uero.

Quarta conclusio quecũqꝫ matricũ habent temperantiã ex vtrisqꝫ contrarietatibus: omnes tales sũt generatiue: probatur sic alique sunt generatiue ⁊ non alique distemperate iam dicte. ergo temperate: consequentia videtur nota: ⁊ aĩ̃m patet intuenti. Primo nota per temperiem in vtrisqꝫ non debemus intelligere temperiem in duabus qualitatibus cõtrarijs dato enĩ q̃ esset temperantia media inter nimiã caliditatẽ ⁊ nimiã frigiditatẽ: nõ tñ̃ esset generatiua mulier: sed posset esse distemperantia ĩ cõtrarietate altera. s. in humido ⁊ sicco. Per ly ergo vtrisqꝫ debemus ĩtelligere utrasqꝫ ꝯtrarietates

p 5

s. inter actiuas ⁊ passiuas: tali enim temperie stante non adest ex pte mulieris: ꝯceptõnis ĩpedimẽtũ. Secũdo nota p tẽperiez nõ eẽ ĩtelligendũ tẽperiẽ iu stitialẽ optimã: nã tã flegmaticã ꝙ sanguineaz ꝙ co lericã matricẽ habẽtes ꝯcipiũt: Sz p tẽpiez debemꝰ ĩtelligere dispositõz: ꝯceptioni nõ repugnatẽ: q̃dã magnã habẽtẽ latitudinẽ: flegmatice matricis ⁊ silr sanguinee ⁊ sic de aliꝫ. vñ matricis dispõ põt di uidi ĩ duas ptes: quaꝝ vna ẽ extremalit̃ recedẽs a tpamẽto: ⁊ cũ illa non ẽ potentia ꝯceptiua: altera ẽ nõ multũ recedẽs: ⁊ hanc ipse noĩat tẽperiez. s. q̇a nõ est distẽperies Et siliˢ snĩa huic totali colligi po test 3° cañ. fen. xxi. tractatu pmo ca°. de signis ste rilitatis. ⁊ q̇nto breuiariꝫ a sera. ca°. xxxiiꝫ. vbi p̄ sentẽ mãz discutit. Et est vtilis tã in actu pnostico ꝙ operatiuo. vt pz: ⁊ ampliat̃ vt pz.

imiliter autem in maribus aut propter raritatẽ corpo ris spiritus extra fertur: ut non incidat semen: aut propter densĩ tatem diffunditur humidũ extra: aut propter frigiditatẽ non calefit: ita ut congregetur ad locũ hunc: aut prop ter caliditatem hoc ipsum fit.

Prima cõclusio huius affor. qui nõ fuit ypo. est ista sicut in mulieribꝰ propter distẽperãtiam fit ste rilitas: ita in maribus. probatur sicut nimia frigi ditas ⁊ humiditas ĩpedit virtutẽ ꝯceptiuã ĩ muliere ita viri virtutẽ impedit generatiuaz: ⁊ similiter sic citas ⁊ sic de aliꝫs ergo ⁊c̃. pz ꝯña ⁊ assᵐ ĩ precedẽ ti affo. ⁊ cõmento declaratũ est vel possumꝰ dicere ꝙ declarat assᵐ in affo. discurrendo p cãs sterilĩ tatis in maribus.

aut enim.

Secũda conclusio nimia raritas corporis est cau sa impeditiua generationis in maribꝰ siue sterilita tis pbat̃ sic ppter raritatẽ nimiã spiritus extra euo lat ⁊ nõ retiet̃ in spmate: q̄re efficit̃ sperma nõ pro lificũ: ergo ꝯclo vera pz ꝯña ⁊ assᵐ circa litterã de clarabit̃. Prĩo nota p raritatẽ corporis intellige re possumꝰ pmo corporis humani a quo deciditur sperma: ⁊ sub hoc sensu ꝯclusio istius affo. plata ẽ falsa: vt videbitur in cõmento. secũdo p raritatez corporis intelligi potest raritas corpulenti seminis ipsius qua. s. sperma est fluidũ ⁊ aquosũ: ista rari tas sequitur humiditatẽ niniã ⁊ sub hoc sensu põt ꝯ clusio sustineri. Cum enim spiritus gignitiuꝰ sit fa ciliter r̃solublis: spmate nimis fluido ⁊ tenui uel ra ro exñte facilit̃ euolabit debite aũt digesto ⁊ cõglo bato retinebit̃: ⁊ ad locũ cõceptiõis cũ corpulẽto se minis ĩpellet̃ ideo ⁊c̃. 2° nota ista pticula extra fert̃ vt incidat semen a cõmentatore exponit̃: ꝙ cõ positoris affo. intentio fuerit: ꝙ spiritu trahente ⁊ mouente trahet̃ corpulentũ spermatis ad locũ con ceptionis: ⁊ ideo euolante spiritu: non incidit semẽ s. in matricẽ: quod quidẽ nõ ẽ neꝝ: ĩmo potiꝰ econ trario est: q̇a spiritꝰ includit̃ in spermate: vt in eo coseruet̃: ⁊ a resolutõe phibeat̃ ⁊ cũ hoc ut spmatis complementuz sit sibi velut vehiculũ ad locũ cõce ptionis deferens. Secũdo potest exponi vt non incidat sperma. s. spirituosuz in matricem: quare ñ est plificũ: sed ista expositio de mente cõmentato ris non est ergo ⁊c̃.

aut propter densitatem:

Tertia conclusio dẽsitas nimia ẽ cã sterilitatis in maribus pbat̃ ppter densitatẽ nimiã diffundit̃ sper matis humidũ extra locũ generatõnis: ergo ꝯclusio vera patet ꝯña ⁊ assᵐ circa litterã declarabit̃. Primo nota p densitatẽ intelligi posse densitatẽ cor poris q̇a. s. spissitudinẽ poroꝝ corporis. s. a quo sp ma deciditur: ⁊ sub hoc sensu probat̃ ꝯclio a cõmẽ tatore ĩ ꝯmento. licz enim corpꝰ esset valde densũ staret tamẽ vasa spermatica esse conseq̃nter lata ad materiam generationis effundẽdam. Secũdo vero potest intelligi densitas vasorũ spermaticorũ ⁊ sub hoc sensu potest concedi cõclusio: vasis enim spermaticis strictis ⁊ angustis quod maxime pro pter superfluam siccitatem contingit aut licet etiam propter frigiditatem humidũ spermaticũ qđ in illis deberet recipi: ⁊ ab eis effundi nõ recipitur: nec ef funditur: sed potius per totũ corpus extra vasa illa spargitur: ⁊ hoc intellexit p illud qđ dixit extra lo cũ generationis diffundit̃. Tertio possuꝰ ĩtelliger̃ dẽsitatẽ spmatis q̄re ñ eẽt extẽsibile ⁊ vesicabile sic req̇rit̃ ĩ generatõe. sz hec expositio nullatẽꝰ cõcor dat expõni quam tangit cõmentator in affo.

aut propter frigiditatem.

Quarta cõclusio affo. propter frigiditatez nimiã fiũt mares steriles: probat̃ ppter nimiaz frigiditatẽ nõ calefit sperma: ita ꝙ aggregetur ad locũ hunc. s generationis: ergo cõclusio vera: pz ꝯña. ⁊ assᵐ sa tis deducetur. Primo nota ꝙ propter frigidita tem nõ calefit sperma. supple debita calefactione qua digeratur digestione: qua ex eius corpulento spermatica membra generent̃ Juxta sentẽtiã gali. Secũdo nota aggregetur. i. attrahat̃. cũ. n. at tractio spermatis ad locũ cõceptionis calĩo psiciat̃: vbi sperma est frigiduz non recipit impressionem calidi attrahentis vel aggregentis. vt digerat̃ ⁊ ꝯ stans fiat digestione ⁊ cõstantia requisita ad mem brorũ fortificationẽ: vt declaratuz est sup ca°. de generatione embrionis.

aut propter caliditatem:

Quinta cõclusio nimia caliditas est cã sterilitatis in maribus probat̃. propter nimiaz caliditatem fit hoc ipsum quod fit propter nimiã caliditatem ma tricis de quo supra pretractatũ est. ergo conclusio vera pz ꝯña. ⁊ assᵐ circa litterã declarabit. s. ĩ cõ mento: vbi vide quomodo calidum ꝯgreget ⁊ disgreget.

ac dare caput dolẽtibus ma lum: malum uero et febrici tantibus: et quibus ypocun dria suspẽsa rugiunt siticulosis: malũ uero et quibus fellei secessus: et in a cutis febribꝰ et quibus sanguis mul ta ẽgestio facta est. conuenit uero et

ptisicis non ualde febrientibus: dare uero et in febribus longis nullo taliũ precedẽte et extra rationẽ tabefactis

Prima ɔclũo asso. est ista. Lac caput dolentibus exhibitũ est malũ. ꝓbat̃ sic huiusmodi exhibitiõ lactis auget capitis dolorẽ: ergo cõclusio vera: pʒ ɔña. ⁊ assumptuʒ patebit. Idem colligit tertio .ca°. de lacte ⁊ a Gali. idẽ ca°. de lacte 3° alimẽ. ⁊ mesue de apropriatis ca°. de ptisi. ⁊ secundo cañ. ca° . de lacte. Prio nota: p lac debem⁹ intelligere super fluũ animalis .s. femelle albũ: in mamillis ex sanguine generatũ. vnde ⁊ dicitur sanguis bis coctus a mesue vbi. s. ⁊ vt nutriat̃ nouiter nat⁹ i introitu sue natiuitatis ⁊ vsq; quo firmet̃ ⁊ crescat eius virtus ⁊ fiat fortis ad digerẽdũ cibũ fortẽ ⁊ solidũ. xiij tertij ⁊ tu declara hanc descriptõʒ. Et dr̃ lac leucor grece qd̃ latine est albũ. vt Isidor⁹. xi. ethimolo. ca° . pmo. Diuidit̃ aũt lac in tres substãtias complexione sua ad inuicẽ differentes: in ptẽ. s. aquosã serosã quã qdaʒ frigide complexionis asserũt. butyrosã tẽpamẽto attinẽtẽ: licet ad calidũ declinet ⁊ humidũ ⁊ casealẽ frigidã ⁊ siccã: q̃uis totũ aggregatũ frigidũ ponat̃ ⁊ humidũ. secũdo cañ. allegato ca°. etiã ⁊ aliqualiter a Mesue vbi. s. ꝑpter qd̃ ponit̃ cõplexione mediũ inter sanguinẽ ⁊ flegma. q̃nto de simplici: ⁊ secũdo practice. Tertio nota lac multipliceʒ varietatẽ recipere. s. ex pte animaliũ: qa alteri⁹ nature ẽ asininum: camellinũ: humanũ: ouinũ ⁊c̃. Et ex pte etiã temporis: qa aliud est recenter emulsũ. similiter ex pte ꝑparationis pascuoꝝ: ⁊ sic de aliꝭ. Ad propositũ sermo est de lacte anialiũ: q° ɔmunit̃ vtimur: vt bois asine capre ouis ⁊c̃. nõ aliqua extranea preparatõe ꝑparato. Tertio nota: per dare possum⁹ intelligere omneʒ modũ administratõis: vel in cibo: potu: embrocatõe ⁊ sic de aliꝭ In proppositio aũt puto intellectũ ypo. fuisse i solo potu: Quarto nota lac nõ cõpetere dolentib⁹ caput maxime dolore materiali: ⁊ p idẽ etiaʒ alias passiones cerebri materiales patiẽtib⁹ vt epilẽsiaʒ vertigineʒ scotomiam: litargiam: omnibus eni ex eadẽ cã nocet: eo eni qd̃ lac est in fumũ faciliter trãsmutabile ⁊ vaporẽ grossũ: calore stomachi debili existente: ⁊ fumosũ igneuʒ calore stomachi forti existente nocet dolentib⁹ caput sursum ad cerebrũ eua porãdo: ideo nõ cõpetit regularit̃: cũ quo tñ stat q̃ irregularit̃ ⁊ sumpta indicatione ab alio ɔueire potest: vt ex multis dictis auctoꝝ ꝑpendi põt.

malum uero et febricitantibus.

Secũda cõclusio: malũ est dare lac febricitãtib⁹ ꝓbatur: qa in febricitantibus facile totũ corrũpitur ⁊ in fumuʒ igneuʒ ɔuertitur: ergo ɔclusio vera pʒ ɔña qa ex hoc fe. auget̃ ⁊ eius materia: ⁊ ass̃m circa lr̃aʒ patebit. Prio nota p febriẽtes potissime debemus intelligere febre materiali ⁊ intense febrientes: talibus ei potissime nocet: ⁊ mãʒ fouendo: ⁊ febreʒ intendendo q̃uis i aliꝭ prodesse possit: tñ multũ intensius fit notabiliter nocumẽtũ: cui⁹ cã tacta ẽ s. passibilitas ⁊ corruptibilitas eius. eo eni q̃ secũdũ pteʒ facile euaporat ⁊ inflammat auget febrẽ: eo q̃ facile corrũpit ⁊ putrescit: materiã febris augmentat. Secũdo nota hoc totũ intelligendũ ẽ regulãriter ⁊ idicatione sumpta a febre sumpta eni indicatione ab alia dispositõe febri cõiuncta: cõpetere potest: vt in ptisi ⁊ ethica ⁊ huiusmõi ⁊c̃.

Et quibus ypocondria:

Tertia cõclusio: malũ est dare lac habentibus ypocõdria inflata ⁊ subrugientia. ꝓbat̃ qa per hoc auget̃ inflatio ⁊c̃. Primo nota p ypocõdria suspensa intelligenda esse ypocondria inflata. que vident tanq̃ pensa sursum. propter inflationem p rugientia vero intelligit habentia quendã sonitũ obtusum cuius causa est ventositas cũ humiditate cõmixta. vt. s. de accidenti: ⁊ supra ꝓnosticoꝝ commento. xxiiij. ⁊ quarto huius cõmento. lxxiij. illi⁹ Quibus ypocondria subrugientia ⁊c̃. ⁊ ibi vide q̃ notasti Secũdo nota huiusmõi subrugitũ: secũdũ pmũ a diminuto ꝓcedere calido exhibito ergo lacte cũ sit natura frigidũ ⁊ humidũ: i chymũ frigiduʒ ⁊ humidũ ⁊ ventositatẽ cõuertetur q̃re ⁊c̃. suspensio uero põt esse apã aut ventositas ⁊c̃.

Et siticulosis:

Quarta ɔclusio malũ est lac dare siticulosis probatur qa auget sitim: eo q̃ i fumosũ vaporẽ ɔuertitur: ergo ɔclusio vera. patet ɔña: ⁊ ass̃m circa litterã declarabit̃. Nota p siticulosos sitientes multũ ⁊ frequenter: propt̃ dominiũ colere in eis exiccanteʒ: ⁊ sitim inducentẽ. in quibus lac in fumositatem cõuertitur ⁊ corrumpit̃.

mali uero ex quibus:

Quinta cõclusio lac est malũ habentibus fluxus felleos siue collericos. probat̃ qa augʒ illos. Nota p secessus colericos flux⁹ quibus euacuatur humor colericus: his lac incõueniens. Primo qa fluxuʒ auget. secũdo qa in colericũ transmutatur humorẽ. Secũdo nota p hoc dʒ intelligi de lacte in propria dispositione exhibito: aliquo enim modo ꝑparato cõuenire potest sicut preparatũ cũ calculis fluuialibus incensis aut cũ calibe ignito in lacte pluries extincto: vt secũdo cañ. ⁊ tertio alimento. ca°. de lacte ⁊ ras allegato loco qa per talẽ ignitionem resoluunt̃ partes serose ⁊ butyrose ⁊ inflammabiles: et totũ remanẽs remanet stipticũ. ⁊ tu nota modũ preparationis positũ a mesue suo de appropriatis ca° de ptisi: qa vult q̃ in lacte ꝓiciat circiter quintam pteʒ de aqua pluuiali. deinde extinguat̃ ferruʒ aut lapides donec partes aque consumant̃ dicit qualit̃ etiã fiat lac acetosum.

Et in acutis febribus et quib⁹ sanguis

Sexta cõclusio habundantibus fluxu sanguinis p inferius lac est malũ. ꝓbatur ut alia Nota ex fluxu sanguinis corpus vehement̃ infrigidat̃: corpori aũt tali non ɔpetit lac. Secũdo nota: hoc veruʒ esse de lacte in propria substantia exhibito. tamen conuenire potest.

conuenit uero ptisicis.

Octaua cõclusio: lac cõuenit ptisicis nõ multũ febriẽtibus: in lacte eni aggregantur omnes intentiones que habende sunt in cura ptisi. ergo pʒ ɔña: et ass̃m circa litterã declarabit̃ Primo nota p ptisicos proprie sũptos. licet etiã ad alios possit ãpliari

Secūdo nota i cura ptisis multe cōplicāt intentio
nes. vt Mesue de appropriatis. ⁊ Aui. iiij. x. ca°
de ptisi. s. abstergendi: nutriendi: ⁊ humectandi tā
substantisice ꝙ qualitatiue: ⁊ ꝯsolidādi: que omnia
i lacte repiunt. ṗmo abstersiua virt⁹ ⁊ lauatiua:
quātū ad serosaȝ. secūdo humectatiua ꝙtū ad eā q̄
litatē ⁊ substantisice: ꝙtū ad butyrosaȝ partē. ter
tio ꝯsolidatiua ⁊ stipticatiua q̄ntū ad casealem. vn̄
mesue p̄allegato ca°. lac ꝯgregat itentiones tres: ē
enī res cibalis ⁊ dilecta nimis ⁊ est ex reb⁹ que sūt
velocis ꝯuersionis in sanguineȝ est enī sanguis bis
coctus. Est et post illud medicina abstergens vlc⁹
virtute serositatis eius ⁊ res cōglutinās ipm̄ virtu
te caseitatis eius cōglutinās ⁊ tu nota vt ex dictis
suis colligit̄. viij. bonas proprietates lactis in ptisi
co. ṗmo facilis est assumptionis. secūdo facilis dige
stionis. tertio cite penetratōis ⁊ proprie camelinuȝ
eq̄nū asininū. q̄rto bone nutricationis. q̇nto hūec-
tatiuū. sexto ꝯsolidatiuū. septimo lauatiuū: octauo
abstersiuum ⁊ complectionis temperatiuum quare
cōprehenditur sub genere bonorū humorū ex qui-
bus patet causa verificās conclusionē.

Et febribus longis.

Septima ꝯclīo cōpetit febribus longis: q̇a remo
uet dispositionē preter naturā: maxime ad se curā
vertentē. Nota iste sunt febres longe cuȝ multa
corporis extenuatinoe ⁊ sunt remisse: i q̇b⁹ est ma-
ior indicatio humectādi ⁊ resumendi ⁊c̄. vt in com
mento declaratū est: nullo istoꝝ. s. ꝓhibentiū for
ti existente: ⁊ erit forte ethica.

Et extra rationem.

Nota ex̄ rationē q̇ magis cōsumpti sūt ꝙ merito
solius cause extenuātis deberet cōsumi: qđ nō con
tingit: nisi q̇a cause extenuanti cōiungit̄ virtutis de
bilitas. his ergo competit lac que omnia debent in
telligi posito: ꝙ corpori non adsit proprietas. qua
lac sibi disconuenit: sicut per plurima reperiūt̄ cor
pora dubia que hic tangunt̄ alias tangent̄.

Quibuscunqȝ in mulieribus tumores apparent: non valde spasmantur: neqȝ insaniunt: his vero non apparentibus repente spasmantur Quibus quideȝ retro apparentibus spasmi et thetani fiunt: Quibus vero in priori parte: mania et dolor lateris acutus: aut empima aut dissinteria si rubei fuerint tūores

Prima cōclusio. Quibuscūqȝ in mulieribus appa
rent tumores: ex illis patientes nō valde spasman
tur vel insaniunt. ꝓbat̄ in huiusmodi patientibus
materie non transeūt ad cerebrū vel neruos aut nu
chā ergo ꝯclusio v̄a: pȝ ꝯn̄a ⁊ ass̄m circa litterā de-
clarabit̄. Primo nota: ꝑ tumores intelligendos
esse tam apostemosos ꝙ nō apostemosos: dū tamē
sit notabilis quātitatis materia notabileȝ i loco vul
nerato tumorē faciens Secūdo nota huiusmodi
tumores aliquādo excedūt vuln⁹: aliq̄n nō. In pro
posito est sermo de nō excedentib⁹ vuln⁹. exceden
tes enī frequenter possunt spasmū ꝓuocare vt su-
pra quinto hui⁹ cōmēto secūdo colligi potest. ⁊ ter
tio tegni. Nerui vero ⁊ tenantos pūctura. ⁊ dixit
notanter Apparens vt per hoc denotaret̄ ipsos nota
biles tumores esse extrinsecos ⁊ nō intrinsecos.
Tertio nota ly Non valde pōt dupliciter exponi. ṗ
mo nō valde. i. raro vel nō frequenter: sic enī se
pe vtitur ypo. hoc termino nō valde ⁊ valde pro
sepe vt infra vi. hui⁹. xxxiij. accidit ructuantes n̄
valde pleuretici. secūdo non valde. i. debiliter vl̄
non fortiter siue intense spasmant̄. ⁊ vterqȝ sensus
potest esse bonus: ⁊ vtriusqȝ eadeȝ causa Quar
to nota ꝙ tumore apparente in vulnere: tota vel
quasi tota materia agitata in vulnere mouet̄ ad lo-
cum vulneratū: quare diuertit̄ a neruosis membris
ad que fluenda cāt spasmū: diuertit̄ enī a cerebro ⁊
a ṗncipalib⁹ membris intrinsecis: ⁊ ꝑ ꝯsequēs nec
spasmuȝ causat nec alienationem. iō ⁊c̄. Quinto
nota casus veritatis cōclusionis opposite vel falsi-
tatis eius esse. Prim⁹ si corpus sit multū repletū
habens materias valde agitabiles. quare ⁊ multa
ad vulnus ⁊ multa ad neruos nuchā vel cerebrum
poterit moueri. Secūdus si vulu⁹ fuerit in ner-
uoso membro: tūc enī poterit spasmū prouocare
Tertio si vulnus fuerit a tumore exicatū: tūc enim
materia regurgitante poterit causare spasmum.

His vero non apparentibus:

Secūda ꝯclusio: tumoribus vulnerum retro vl̄
in pte posteriori repente delitescentibus: fiunt spas
mi ⁊ tehetani: probat̄ his humoribus delitescenti-
bus repit materia ad neruosa membra: ergo cōclu
sio vera: pȝ ꝯn̄a. ⁊ ass̄m circa litterā declarabitur
Primo nota in ꝓposito ideȝ esse tumorem repē
te delitescere: ⁊ repēte nō appere ⁊ repente quiesce
re ⁊ repente occultari: per nō apparentes ergo re-
pente: intelligit repente se occultantes: postꝙ appa
ruerūt vel delitescentes Secūdo nota tumorem
posse occultari dupliciter. ṗmo paulatine ⁊ hec tu
moris occultatio est laudabilis secūdū plurimū. ꝓ
uenit enī secūdū plurimū ex materie facientis tumo
rē resolutione ⁊ cōsumptōe: q̄ q̇a fit paulatie pau
latim minuitur ⁊ cōsumit̄ ⁊ occultat̄ tumor. Se
cūdo occultari potest tumor subito ⁊ in breui tēpo-
re. ⁊ hui⁹ cā pōt esse multiplex colligenda. ij. pro-
nosti. cōmento. xij. ꝓ parte ṗma paucitas materie
vnde a virtute forti subito resoluitur secūda subti
litas eius propter idē: tertia raritas membri. quar
to caliditas materie: q̇nto fortitudo impressionis:
sexta vehemens corporis robustio ⁊ fortitudo his
enī aut plurib⁹ hoꝝ causis cōcurrentibus: fit subita
i. valde velox tumoris occultatio: hoc est rōnabi
le ⁊ veritati conforme: vltimo cōtingit fieri subi-
tam delitescentiaȝ materiei ad interiora nulla ista
rū causaꝝ cōcurrente. vel salteȝ nō propter aliqua
vel aliquas istaꝝ: q̇a. s. propter motū materiei ad
interiora ⁊ de tali in proposito est sermo. Tertō
nota: materiā tumorē exteriorē facientem posse ad
interiora permutari aut propter subtilitatē ⁊ cali-
ditatē eius. sicut dū furiosa: aut propter venenosita
tem eius. vel propter causā interi⁹ attrahentem: ⁊
hec potest esse medicīa aut dolor aut inflatio extrī
seca aut debilitas intrinseca membri hec enim sūt
vel eē possunt huiusmōi cā Quarto nota ꝑ retro

vt in cōmento tangit̃ intelligere debem⁹ dorsū nuche satis ꝓpinquū existēs: ad qd̄ materia faciens tumorez pmutata ꝛ neruis ibibita ꝉ i nucha: pōt cāre thetanū aut spasmū potentez eē repletionalē potentez etiā eē nō proportionatū ad materiā: ꝛ tu ex his que de spasmo ꝛ thetano tacta sunt: facile potes hoc perpendere. ꝛc.

Quibus uero

Tertia ꝯclusio affo. est ista. Quibuscūqꝫ repente delitescit tumor anterius inat⁹: illis superuenit mania dolor lateris acut⁹: empima: vel dissinteria: si illi tumores rubei fuerit ꝓbat̃ sic qa ex tali subita delitescentia significat̃ motus materie ad partes cerebri: pectoris: aut intestinoꝝ. sed materia calia existente mota ad ista loca causat accidētia iā dicta ergo conclusio vera: pꝫ ꝯña: ꝛ aſſ^m circa litteram declarabitur. Primo nota: p anteriorē ptez vētrez torace guttur ꝛ faciē esse intelligendū: ð talib⁹ eni vniuersalit̃ verificat̃ affo. Secūdo nota: per maniā hic posse intelligi omnez lesionē virtutū cognitiuarū: quarū actio i pte anteriori cerebri pficit̃ siue cū furore siue non. p dolorez acutū lateris: nō solū dolorē intelligere debem⁹: sed etiaꝫ ei⁹ cāꝫ. s. apā puta pleuresim. p empima uero qd̄ frequenter scriptū est supra. s. collectionē saniei in pectore vel pectoris mediastino per dissinteriā vero non solum dissinteriā ꝓprie dictam que est cū excoriatione. ſꝫ etiam magis proprie diarriā sanguineam. ꝛ hoc si materia delitescens rubea fuerit rubore sanguineo hec enim omnia simul aut aliquod illoꝝ: subsequi possunt delitescentiā iā dictā. materia eni delitescēte pmutata ad pleurā ꝛ pleura apāta: fit dolor lateris acutus ꝛ pleuresis. sparsa vero ad pectoris mediastinū empia. ad stomochū vero ꝛ intestina dissinteria vera. si materia acuta ꝛ excoriatiā fuerit: vel diaria sanguinea: si sanguinea non excoriatiā ad ptes vero cerebri ꝓueniente causat̃ insania siue mania. Ex quibus patet pmo veritas ꝯclusiōis affo. 2°. pꝫ nō solū dissinteriā aut alia accidentia iaꝫ dicta ad hoc posse sequi. sed etiā vomitus sanguineos colericos ꝛ alia talia multa. pꝫ tertio: nō necessario ad hanc delitescentiā subsequi hec omnia: ſꝫ hec vel aliquod hoꝝ: vel aliqua istoꝝ: cōcordia affo. colligitur. iiij. quarti tractatu. iij. ca°. i. ꝛ est vtilis affo. in actu ꝓnostico. vt pꝫ ꝛ operatiuo: ꝛ p cōsequēs docemur materiā mois dictis delitescētem ad exteriora trahere. ꝛ ampliat̃ vt pꝫ. Nota tn̄ vltimo nō esse intentionē ypo. ꝙ delitescente materia posterius: nō eueniat accidentia dicta anterius ꝛ ecōtra: possūt eni contingere. qa tamen delitescente tumore anterius. facilius ꝛ frequentis accidētia iam dicta cōtingunt ꝛ ecōtra posteri⁹: sic istum protulit affo. ꝛc.

i in uulneribus malis et fortibꝯ existentibus tumor non appareat: hoc magnum malum: laxa bona cruda mala.

Prima cōclusio affo. In vulnerib⁹ malis ꝛ fortibus nō apparere tumorē: est magnū malū. ꝓbatur ex hoc significat̃ materiā malā transire transmissaꝫ vel transiturā esse ad nobilia membra. ergo ꝯclusio vera. pꝫ ꝯña ꝛ aſſ^m declarabitur. ſ. Primo nota p vulnera mala intelligenda esse suspecta. s. ad mortez fortia vero ad que vehementia ꝯsequunt̃ accidentia ꝛ infesta: vt dolor fortis. ꝛ sincopis ꝛ hu⁹ modi: qualia sūt vulnera que sunt in extremitatib⁹ musculorū siue lacertoꝝ: de quib⁹ dicit ꝯmentator i proposito loqui ypo. eo ꝙ talia sunt suspecta ꝛ sūt infesta ꝓpter sensibilitatem loci vulnerati. Secūdo nota p non apparentiā duo in ꝓposito intelligere possum⁹. pmo delitescentiā qm̄. s. repēte latitat tūor postꝙ apparuerit: de qua i precedēti affo ris. Secūdo intelligere possum⁹ simplicē pⁱuationez apparentie antequā. s. nō precessit apparentia ꝛ de quolibet pōt verificari ꝯclusio. licet pncipali⁹ secūdo modo videat̃ ꝯclusio intelligenda Tertio nota ꝙ malo ꝛ forti existente vulnere vt in locis iam dictis: vehemens ꝛ fortissimus causatur dolor ꝛ humorum agitatio ꝛ cōmotio ꝛ inflatio. si ergo n̄ tumescat vulnus: significat humores hos sic vehementer agitatos ꝛ quasi furiosos factos: ad locum vulneratū nō fluere: sed ad aliquod nobilissimū mēbrū repere: aut per totū corpus ad neruosa mēbra spergi hoc aūt est periculosuꝫ ꝛ magnū maluꝫ. ideo cōclusio vera. Ex quo pꝫ pmo cā verificās ꝯclusionez affo. Patet secūdo ad veritatē oportere: nō precessisse magnā corporis euacuationem. Patꝫ tertio merito dixisse malis ꝛ fortibus. si eni fuerit vulnus debile ꝛ nō malū: non subsequente tumore non esset magnū malū. Patet vlteri⁹ in casu esse melius partē vulneratā apāri ꝙ non apāri. Ex quo vlterius patet nō semper in pncipio vulneris repcussiua ꝛ apā probibentia approximāda: fallit enim hoc in multis casibus: vt in cāu affo. i emūctorijs: vbi materia fluens sit venenosa vbi sit maxima i toto repletio: ꝛ materia fluens ad membrū sit ipsi⁹ suffocatiua iterius aut sit materia fluēs valde grossa frigida: ꝛ sic de alijs.

laxa bona.

Secūda ꝯclusio vulnerata laxa sunt bona ꝓbat̃ qa laxitate vulneris iam dicti reddit̃ corpus securū a spasmo ꝛ alijs prauis accidentib⁹ numeratis ergo cōclusio vera. pꝫ cōsequētia ꝛ assumptū declarabitur post: Primo nota per vulnera laxa intelligēda eē illa: ex quibus sanies effluit copiose: que metaphorice laxa dicūt: sicut eni ventrē ex quo materie fecales plurime effluunt laxum dicimus: ita ꝛ vulnera ista laxa metaphorice nominanda. Secūdo nota ista sūt bona: pmo effluente laudabili sanie: ꝓ quāto significat materiā ad locū vulneratuꝫ fluere ꝛ ibi vinci a calore naturali ꝛ ibi digeri. Secūdo etiā si sanies ista fuerit laudabilis. bonū est respectu eius quod esset: si nihil efflueret: qa meli⁹ ē hanc prauā materiā egredi ꝙ retineri. Credo tamē per laxa in proposito in telligenda esse illa potissime ex quib⁹ effluit sanies multa ꝛ laudabilis ꝛc.

cruda mala.

Tertia cōclusio: vulnera cruda mala sunt. ꝓbat̃ ꝯclusio sic: qa laxa sunt bona. iō ꝛc. Prīo nota p cruda intelligenda esse illa: ex quib⁹ nihil effluit q̄ crude etiā metaphorice nominant̃: sicut ex re cru

da nihil digestū egredit̄ nihil succositatis: vt ex pomo imaturo: ex maturo aūt ecōtra sic. ita in proposito: vel forte dicūt cruda pro quāto significat materiā fluentē ad vulnus crudā esse quā calor nō sic superat: vt ipsa possit digerere: ecōtra autē dicuntur laxa vel matura. Alij tamen per laxa: medicinas laxantes uulnera: q̄a calefatientes ꝛ aperiētes intelligūt: dicētes laxa. i. medicine iā dicte sūt bone i vulneribus iam dictis malis ꝛ fortibus ꝛ econtra p cruda istantia stipticantia ꝛ repercussiua que i prefatis vulneribus sūt mala: vt declaratū ē q̄d ꝛ si verū sit: nō tamen vadit ad intellectū ypo. et Gali. in cōmento. iō dicendū cruda ad intellectū datū esse mala: pro q̄to significant cruditatem materierū fluentiū ad vulnera ꝛ impotentiā virtutis ad ipsam digerendum: ecōtra vero laxa bona sunt. ꝛ idē colligitur. iiij. quarti tractatu. iij. ca. i. ꝛ est vtilis in actu practico ꝛ ampliatur vt precedēs.

Posteriora capitis in fronte recta uena incisa iuuat.

¶ Conclusio istius affo. est ista. Recta vena frontis incisa: iuuat posteriora capis dolentibus probat̄ p huiusmodi icisionē vel aptōem euacuat̄ cā doloris ergo ɔclusio vera pȝ ɔña ꝛ aīs^m circa litterā declarabit̄. Similis sn̄ia colligitur. vi. epidimiaꝝ. i. ca°. ꝛ p̄mo breuiarij: vi. ca ꝛ p̄ma tertij ca°. de cura sode calide vbi ad litterā inquid ꝛ minutio uene que est in frōte. s. confert sode: ipsa namq; est vena cuius floīa secundum plurimū egritudines capis extirpat: ꝛ oportet vt in hoc dolore attendat̄ pars: nā si fuerit lateris posterioris: vena que est lateris anterioris minuetur ⁊c̄. ꝛ quarta p̄mi. xx. ca° vbi inquit q̄ vena que est int̄ duo supercilia flobotomata: cōfert grauitati capis ꝛ proprie illi que est in posteriori illius: ꝛ grauitati: oculorum: ꝛ est vtilis afforissimus. in actu operatiuo vt patet. ꝛ ampliat̄ nō solū ad dolorē capis qui est in posteriori pte: sed etiā stupori capitis perseueranti antiquo. ꝛ dolori oculorum q̄rta p̄mi p allegato ca. Primo nota p posteriora capitis intelligenda esse partem capitis illam que occiput dicitur. distincta contra sinciput. ¶ Secundo nota per dolorē intelligere debem⁹ materialem inmaterialī enim non conuenit vt possit p flobotomiam curari licet per accidēs possit cōpetere ꝛ hoc vbi mala ɔplexione calia sine materia existente adsit repletio ꝛ humoꝝ dispositio ad raptū ꝛ inflammationem. tūc enim in casu isto ad cōseruandū: cōpeteret floīa vt colligit̄ p̄ma tertij allegato ca°. Tertio nota q̄ stante hoc dolore pōt hec flobotomia cōpetere: vt gratia diuersionis aut euacuationis materie a loco: ꝛ ad preuidendū ne materia ad locū dolentē trahat̄ ꝛ in quolibet hoꝝ cōpeteret. ¶ Quarto nota q̄ per venā rectam frontis. intelligere debemus venā quandā magnā inter duo supercilia trāseuntē a qua plurimi ramificantur rami. quoꝝ aliqui tendūt ad partē capitis posteriorē. quidā vero ad oculos. quidā ad tempora ꝛ sic de alijs. ꝛ propter hoc huiusmodi vene flobotamia confert dolori i parte posteriori capitis existenti: aut temporuȝ aut emigrance male: potissime sanguinee: ꝛ oculorū dolori: ꝛ obtalmie: ꝛ sic de multis alijs: propter quod Aui. p̄ma tertij allegato ca°. ipsa namq; est vena: cuius flobotomia plurimū egritudines capitis extirpat. Ex quibus patet cā verificans affo. ¶ Quinto nota: ad veritatē affo. requiri tres cōditiones. p̄ma cōditio: q̄ materia a qua pendet dolor sit sanguinea: aut sanguini multū admixa. secūda cōditio q̄ corpus non sit nimis plectoricū. si enim sic foret possemus hanc venam flobotomando nimiā materiā ad locū lesum attrahere. ad quē intellectū se retulit. Aui. quarta p̄mi ca°. tertio de quādo ꝛ qualiter euacuare oportet q̄ intendens diuertere non dȝ a capitis dextero i sinistruȝ diuerter̄ ne nouam materiam ponat in fluxu ad locum illum quod intelligitur: vbi materia plurima fuerit. Tertia ɔditio. q̄ materia non sit venenosa: tūc enī non est p contrariā sed per partem euacuanda patien teȝ

Rigores in mulieribus incipiunt ex lumbis magis et per dorsum ad caput: sed in uiris retro magis quam in priori parte corporis uelut cubitorum coxarum sed et cutem raram declarat pilus.

Prima conclusio affo. Rigores in mulieribus incipiunt magis ex lumbis ascendentes p dorsū ad caput pbat̄ mulieres sunt viris ex natura frigidiores ꝛ maxime circa partes iā dictas. ergo cōclusio vera pȝ ɔña. ꝛ aīs^m circa litterā declarabit̄. ¶ Prio nota p rigoreȝ hic intelligendū motum membrorū ɔcussiuū: ppt̄ motū humoꝝ uelocit̄ sp̄soꝝ super musculos ꝛ lacertos: ꝛ non solum rigoreȝ: sed etiā typū q̄libet febrē āncedēteȝ vt frigus oripilatio ⁊c̄ de his enī omnibus verus est affo. vt patebit. Secūdo nota: q̄ ɔclusio affo. potest habere intellectū duplicē. p̄mo q̄ rigores in mulieribus magis incipiunt ex lumbis q̄ ex alijs partib⁹ corporis ꝛ hūc sensum non puto esse verum cū enim alie partes ut extreme: sint frigidiores densiores lūbis. frequentius alijs paribus ex illis partibus rigores incipiūt secūdus intellectus esse potest: vt per complexioneȝ cōparent̄ mulieres viris: in tali inceptione rigoris ex lumbis: vt sit sensus. q̄ magis in mulieribus incipiunt rigores in lumbis ⁊c̄. q̄ in viris. ꝛ sub hoc sensu videtur cōclusio cōcedenda: ꝛ sic videt̄ a cōmentatore in cōmento: ꝛ exponit̄ magis idest intensius ꝛ freq̄nti⁹. 3° nota: q̄ stāte in membro debita dispositione ad sentienduȝ. tres videnter potissime cāe impedientes rigoreȝ: vel remouentes aut diminuētes. p^a fortitudo v̄tutis mēbri. 2^a caliditas mēbri. Tertia raritas mēbri ppt̄ ei fortitudinē expellitur materia ad partes debiles: propter caliditatē subtiliat̄ calefit ꝛ resoluit: ꝛ non retinet̄ materia q̄a nō sic cāt rigorē sicut in membro vel in corpore alio aliter se habente: propter raritatem vero trāspirat materia. q̄re ⁊c̄. q̄ cause secūdū plurimū in viris q̄ i mulieribus magis r̄periūt ⁊c̄ Primo q̄a alijs paribus: habitudo viri est calidior fortior et rarior ꝛ porosior: tota habitudine mulieris. Secūdo q̄a iuxta lumbos aut renes vel musculos illos circa renes existentes dictos vulgariter lumbi vel parum distāter: situatur matrix in mulier̄ que est membrum frigidum in genere membrorū

cuȝ sit neruosa vel ligamentalis. xxi. tertij. caᵒ. i. ī viris aūt nō est ista: ⁊ colligiť hec cā a cōmētatore li. epidimi. li. iij. Et ex his pȝ cā verificās cōclusionē. Tertio nota: licet ita sit. secūdū plurimū tamē potest contingere ⁊ de facto contingit oppositū: eo primo ꝙ cōtingit aliquam mulieré aliquo viro esse calidiorem aut merito etatis aut merito cōplexionis secundo etiam quia contingit materiam esse in viro situatam in loco vbi extra venas egrediens a virtute non victa vel superata: in viro necessario causabit rigorem in loco iam dicto ⁊ incohabit in muliere aut econtra Quarto nota ꝙ postꝙ rigores circa lumbos inchoauerint: ascendūt postea ad nucham ⁊ tandem caput ⁊ cerebrum: q̇a he sunt partes consequēter minus calide ⁊ molliores: ideo passibiliores: propter etiam propinquitatem nuche ad lumbos. ⁊ rectitudinem nuche ad cerebrum ⁊ caput ⁊c̄.

Et uiris.

Secūda conclusio. rigores in viris magis incipiunt retro ꝙ ante: retro inquā: quia circa cubitos ⁊ cossas: probatur cutis ī anteriori parte est rarior ꝙ in posteriori: ergo circa illam partem minus incipiunt rigores: consequentia tenet ⁊ assᵐ probatur quia pars anterior est pilosior ergo ipsa est rarior.

Primo nota ex deductione cōclusionis: aliam fieri comparationem in hac secūda conclusione: ⁊ aliam in prima: in prima enim comparabatur mulier ad virum vt patet: in hac autem comparatur pars posterior viri ad partem anteriorem eius: q̄ntum ad rigorem. Secundo nota: ꝙ ex quo anterior pars calidior: est fortioris complexiōis ⁊ rarior parte posteriori. potest aliqua materia sparsa ad anteriorem partem non esse sufficiens causare rigorem: que tamen pulsa ad posteriorem causabit propter causam circa precedentem conclusionem assignataȝ

Tertio nota: hoc verū esse non semper: sed vt ī pluribus: sicut in precedente conclusione: de muliere respectu viri declarabatur: saltem quantum ad vltiāȝ cāȝ hēus ei casū ī dñā margarita dñi. U. q̄ omni die patiebatur in principio paroxismi rigoré fortem: ⁊ īcipiebat circa partes pectoris: deinde ad faciem ⁊c̄. Ultimo nota per raritatem in proposito intelligere debemus porositatem: pars enīȝ anterior porosior est posteriori: quia calidior: cuius signū est: quia pilosior ⁊ sic videtur commentator exponere in cōmento hic possent fieri quedaȝ leues instantie. Primo contra primam conclusionem quia aliquibus maribus alique mulieres sunt calidiores: ergo ⁊c̄. Secunda citius imprimit ⁊ facilius materia calida rigoris causatiua in partem calidiorem q̄ȝ frigidiorem: ergo citius ⁊ fortiorem causabit in ea rigorem. Item quia sensibilior: ⁊ multa sēsibilitas est de causis rigoris: vt p̄ma q̄rti caᵒ. de rigore ⁊ oripilatōne. Tertio stante sola siccitate materiali causať pilositas maior: ergo istud argumentū nō tenet. pilosior ergo rarior: ⁊ calidior. Ad p̄mū patet quid dicendū. Ad secundum dicitur negando cōsequentiā: citius ⁊ facilius imprimit ⁊c̄ licet enim facilius imprimat: facilius tamen ⁊ citius recipit impressionem ad quā sequiť eius resolutio ⁊ ⁊ prohibitio rigoris: non eniȝ quelibet impressio sufficit causare rigorem. sed hoc est raro propter causas tactas. Ad confirmationem similiter patet respōsio. Ad terium dicitur illud esse verum: quia sola siccitate aucta supra temperamentum fit maior adustio materiei que in pilum cōuertitur: veruntamen vbi percipimus pilos plures ⁊ grossiores: ⁊ cū hoc partem non esse sicciorem sed molliorem: sicut est anterior pars: concludere possumus ipsaȝ esse calidiorem vel rariorem: vel dicitur vt quidaȝ: hoc esse verum vt in pluribus.

quartāis habiti non ualde a spasmis apprehenduntur: si uero apprehendantur plus et superueniat quartana soluuntur

Prima conclusio patientes quartanas non valde a spasmis comprehenduntur. probatur in patientibus quartanam non inueniť causa spasmi causatiua ergo conclusio vera patet consequentia ⁊ assᵐ circa litterā declarabitur. Secūda conclusio: quartana superueniens patienti curat spasmum: probatur quartana exiccat vel consumit materiam spasmum causantem: ergo conclusio vera. pȝ ꝯsequentia: ⁊ assᵐ circa litteram declarabiť. Idem prima iiij. tractatu secundo caᵒ. de quartana p̄iodica ad finem. dum inquit. Et quartana que salua est. liberat ab egritudinibus malis melancolicis. sicut epillia ⁊ melancolia ⁊ in ea est securitas a spasmo: qm̄ humor est siccus: ⁊ secūda tertij: quartana confert ad illud propter consecutionem tremoris eius: ⁊ ꝓpť multitudiné sudoris sui: ⁊ cui accidit quartana raro accidit ei spasmus: nam securus est ab eo: ⁊ sexto epidimiarū allegato capitulo ⁊ est vtilis in actu practico ⁊ ampliať. vt pȝ. Primo nota: per habitos a quartanis intelligentes esse fortes ⁊ longas quartanas patientes: Secundo nota: hos etiam non valde: quia raro a spasmis comprehendi per spasmos repletionales spasmos intelligendo propť multa p̄mo quia corpore habito a quartana: significatur in eo dominari humorem melancolicuȝ qui quia terrestris est vehementer: non est aptus ī substantiam nerui penetrare. ⁊ consequenter spasmos causare. quaȝ causam explicat Auicen. p̄ma quarti allegato caᵒ. dū inquit ⁊ ī ea est securitas a spasmo quoniam humor est siccus. Secūdo. q̇a quartana est corporis ⁊ humoris valde exiccatiua. primo pro quanto se. est que est morbus calidus ⁊ siccus. vt colligitur. primo huius cōmento. xvi. ⁊. xviiij s. humide diete: secundo etiam quia materia a qua pendet quartana est humor valde siccus: ⁊ per consequens exiccatiuus ad quā intentionem fortasse retulit Auic. nā in quartana est sudoris multitudo ad quam sequitur corporis exiccatio ⁊ per consequens neruorum ineptitudo ad spasmum repletionalem Similiter quia in sudore euacuantur humores flegmatici: siqui in corpore fuerint: aut saltem subtiliāť tur: ⁊ dereliquunť solum terrestres inepti ad faciendum spasmum: vt supra dictum est. Quarta cā potest esse fortitudo tremoris seu rigoris: ad quam sequitur fortis commotio: id est. agitatio neruosorum ⁊ lacertosorum membroruȝ in quo materie sique lacertis imbibite sunt: aut resoluunť aut expelluntur: vel saltem subtiliantur ⁊ resolutioni ⁊ eua

cuationi preparantur. ideo ⁊ cetera ⁊ has duas vltimas causas tetigit aui. secūda tertij allegato ca°. cū inquit. Quartana quoq; cōfert ad illud propter cōsecutionē tremoris eius ⁊ propter multitudinem sui sudoris. ¶ Intelligendū est tertio: licet ita sit ꝑ per accidens tamen possꝫ quartana multum inbecillitādo digestiuā virtutē eē causa ut mltiplicaret humor frigidus crud⁹ qui posset esse causa spasmi. verum est tamen ꝙ hoc est valde raro. talis enim secunda quartana non esset salua: de qua in proposito non est sermo: vt patet in concordia superius allegata hic possent fieri leues instantie: fortes autem generaliter tetigi supra secūdo huius affo. ⁊ cōmento. lvij. ā spasmo ⁊ thetano ⁊ ibi vide ⁊c̄.

Quibꝫ coria circuntēdūtur sicca et dura sine sudore finiēt uitam: Quibus uero relaxa et rara cum sudore finient uitam:

Prima cōclusio: morituri quibus coria circundātur dura ⁊ sicca existentia. finient: i. morietur sine sudore. probat̄ in talibus deficit sudoralis materia vel non saltem circa cutem expellitur ergo conclusio vera. pꝫ ꝯña ⁊ assm̄ circa litterā declarabitur. ¶ Secūda conclusio morituri quibus coria sunt rara ⁊ laxa. finient. i. morientur cum sudore. probatur in talibus propelletur iam materia sudoralis ad cutim. ergo conclusio vera. pꝫ consequentia. et assm̄ circa litterā declarabitur. Similis sententia colligitur sexto epidimiaruꝫ allegato loco ⁊. x. continentis ꝑmo ca°. ⁊ secunda quarti ca°. de speciebus mortis: dū inquit. Et quādo cutis est sicca ⁊c̄. ⁊ est vtilis ⁊ ampliat̄ vt patet. Primo nota: ꝑ coria cutim intelligendaꝫ esse: que dura ⁊ tensa fit propter vehementē resolutionem ⁊ exiccationem. primo qa siccitas est causa duritiei. secūdo de generatione. Secūdo quia per resolutōnem fortem euacuantur partes subtiles aeree ⁊ aquee: q̄re remanent terrestres ⁊ dur̄ ⁊ aspere: tendunt̄ autē ꝓpter cutis minorationem ⁊ corrugationem: paucificato enī humido substantifico cutis abbreuiatur in dimensionibus suis. quare remanet valde tensa circa partes ¶ Secūdo nota per cutem laxam rarā intelligere debem⁹ cuteꝫ quodammodo fluidā ⁊ molleꝫ quod ꝓuenit ex materia humida multa ad cutim mota: sicut experimur in principio anteꝙ fiat sudor i corporibus. Tertio nota: ꝙ licet virtus prope mortem succumbat. frequenter tamen in expellendo materiam vltimuꝫ facit conatum. ad quem sequit̄ alicuius partis materie expulsio: quandoq; prouocatur sudor quandoq; secessus qa quādoq; prouocatur sudor in quo casu prius fit cutis rara laxa: ex isto patet veritas afforis. dubitationes que caderēt sunt leues ⁊ cetera.

Ictericī non ualde inflati fiūt

Conclusio affo. est ista Inflati non fiūt ycterici quoꝝ ycteritia est ex nimia caliditate epatis nimiam coleram multiplicantis que per totum dispersa corpus facit ytericū Yeteritia tamen ex oppilatione contingente: posset Et dixit notanter non valde. i. raro quia aliquando posset esse: sicut patet de timpanite que consequitur malam complexionem epatis. et cetera.

¶ finis quinte particule

In diuturnis lienteriis: oxiremia superueniēs prius non existens signum est bonum.

Prima conclusio istius affo. est ista Oxiremia superueniens lienterijs diuturnis: ⁊ prius non existēs est signum bonuꝫ. ꝓbatur quia oxiremia superueniens significat lienteriaꝫ declinare: ⁊ virtutem taꝫ retentiuam ꝙ digestiuāꝫ cōfortari. ergo conclusio vera. patet consequētia: ⁊ assm̄ circa litterā declarabitur. Idem: xiij. tertij tractatu. v. ca. de lubricitate stomachi sine leuitate: dum inquit. Et eructuatio acetosa est secūdū ypo. signū bonū. significat enim augmentum caliditatis diminute. nam si non fuerit caliditas non erit ventositas nec eructuatio ⁊ xvi. tertij ca°. primo satis ad ꝑncipium ⁊ est vtilis i actu pronostico ⁊ operatiuo. pro quanto facit me dicuꝫ scire causam lienterie. ⁊ ampliatur ad omnia in quibus contingit lienteria cū oxiremia secundum modum inferius dicenduꝫ. ¶ Primo nota vt in cōmento colligitur. Lienteria est velox exitus cibi uł potus per inferiora in eisdem qualitatibus quibus sumpta sunt ⁊ hoc propter impedimentum in virtute stomachi contentiua ⁊ digestiuia contingens. Ex quo patet primo quid per diuturnam lienteriā sit intelligendum. ¶ Secundo ꝙ non omnis exitus cibi vel potus indigesti est lienteria. nisi cum hoc ponatur ipsum esse velocem ⁊ in breui tempore factum. post horum assumptionem: nisi etiam hoc ponatur contingere vitio stomachi quandoq; medicina solutiua illud idem facere posset. sed non esset ꝓpric lienteria. Patet tertio lienteriam proprie non esse egritudinem sed accidens. est enim actio lesa: ⁊ per lienteriaꝫ intelligimus actum illum expulsionis preter naturam: aut exiens mutatum. licet autem intelligatur per lienteriam res sic preternaturaliter expulsa frquenter tamen per lienteriam intelligunt auctores malam complexionem vel egritudineꝫ stomachi: ad quam sequitur fluxus iam dictus Dicta est autem lienteria eo ꝙ cibū tanꝙ per lineā intestinorum nullis obstantibus faciat prolabi. q̄r to ethimologiarū. vij. ca°. enteron grece latine intestinum: ideo lienteria ⁊ non lientiria proferatur ¶ Secundo nota ꝙ in qualibet lienteria reperitur duplex actio lesa. s. retentiua ⁊ expulsiua. ⁊ fortasse attractiua: principaliter tamen ex impedimento digestiue ⁊ retentiue fit lienteria: ⁊ augmento expulsiue: sed hec virtutes in lienteria vario modo leduntur. verbi gratia digestiua. quandoq; enim

leditur per essentiã: quãdoq; per cõmunitatẽ ⁊ ꝑ col
ligantiaꝫ: per essentiam quidem. quia per distempe
riem instrumenti digestiue essentialiter deseruientis
puta caliditatis hac enim distemperata: quia au-
cta vel diminuta taliter vt digestio impediatur di
cimus virtutem digestiuam essentialiter ledi. econ
uerso vero quãdo non est distemperãtia in instru
mento primo virtuti deseruiente. sed leditur pro
pter lesionem alterius sibi subseruiẽtis virtutis di
cimus ipsam ꝑ colligantiam ledi: sicut si lesa reten
tiua impediretur actꝰ digestiue siue digestio obiec
to digerendo non debito tempore retento lederẽt
digestiua: quandoq; autem contingit vtrunq; quia
simul est distemperies in instrumento digestiue. ⁊
retentiue: Ad propositum hic potissime est ser-
mo de lienteria in qua in virtute digestiua est es
sentialiter nocumentum: datuꝫ ad intellectum nisi
enim ita esset: non esset conclusio vera. vt pꝫ:
Tertio lienterie multiplex potest esse causa: primo
multa lubricitas ⁊ humiditas stomochi ⁊ intestino
rũ. secũdo ulcera ĩ stomacho vel ĩ intestinis vł ex
coriatio. tertio multa frigiditas digestiuã impedi-
ens ⁊ cõtentiuam debilitans ⁊ de tali potissime est
sermo: alia causa potest esse nimia caliditas vł sic
citas: eo ꝙ omnis immoderata qualitas deijcit ⁊c̃
Quarto nota. per oxiremiã ĩtelligere debemꝰ ace
tosaꝫ eructuationeꝫ: cuius causa põt esse multiplex
vt. xiij. tertij tractatu ꝑmo de signis dispositionũ
stomachi sumptis ex eructuatõne. ꝑma multitudo
melancollie effuse ad os stomachi: secunda flegma
acetosum a capite uel ad stomachũ fluens aut etiaꝫ
in stomocho generatũ. tertia mala complexio cali
da faciens ebulire cibum ⁊ ipsum ĩ acetositateꝫ cõ
¶ Nunc Gali. satisfacit dubio ꝛ diuiditur in tres secundum numerum trium intentorum ex quib⁹ ad dubium respondendo apparebit ibi secunda q si totum ver sit humidnm. Tertia ibi quod si superueniente estate: Dubium sub hac forma proponitur hyeme enim frigida ꝛ sicca vere vero austrino ꝛ humido succedente videtur morbos debere generari in vere hūs vtrisq; temporib⁹ a propria natura mutatis ¶ Pro dubio ergo in parte prima dicit Gali. q causa quare non contingant morbi i vere austrino ꝛ humido succedente est: quia yems frigidior fuerat ꝛ siccior: vnde corpore infrigidato ꝛ per hyemem exiccato non solum non infirmatur corpus in vere: imo liberatur a passionibus que solite erant vere contingere etiam a vere aliquando taliter iuuatur vt ad deperditum reducatur temperamentum. ea propter nos monet ypo. non solum anni presentes horas inspecturos immo ꝛ preteritos ex qua summa patet responsio ad dubinm. Nam i uere non fiunt morbi vere ꝯtemperante indispositiōes corporis productas per hyemem. ¶ Indisposita enim corpora ad frigidum ꝛ siccum humiditate ꝛ caliditate temperantur que summa etiam colligi potest. secunda primi doc. secunda capitulo octauo ad principium satis. Notandum primo q pars continet veritatem quantū ad aliquā ptez veris ꝛ non quantum ad totum ver: toto enim calido existente ꝛ humido vt dicetur in parte sequenti corpore mutato ad calidum ꝛ humidum vltra temperamentum succedente estate ebulitiones fient ꝛ putrefactiones.

¶ Secundo etiam notandum q talis reductio ad temperamentum non est reductio ad temperatum precise ita bonum sicut primo cum horum temporum distemperate qualitates virtutes prostrauerint corporuz ex ista sententia colligitur etiam superius habitum q licet absolute sit melius tempora suas obseruare naturas. alicui tamen corpori aliquādo melius est aliquod tempus non suam seruare naturam

¶ Quod si totum uer:

Nunc ponit propositionem secundam vel intentum dicens q si totum ver sit humidum mutabit ꝛ vt prius sit dictum in contrariam dispositionem habite dispositioni per yemem quia mutabitur ad calidum ꝛ humidum vbi yeme fuerat frigidum ꝛ siccū diuturnitate tamen veris humido ipso a mittente. temperamentum in humiditate ipsum reuerti oportet. ex quo patet afforismum continere veritatem toto vere existente humido.

¶ circa partem quereret aliquis qualis dispositio insit corporpori yeme existente frigida ꝛ sicca ꝛ vere existente temperato: Respondendū q corpus ad frigidum declinabit ꝛ siccum. Nam si sumatur corpus temperatuz yems temperata ꝛ uer temperatum: corpus in vere permanebit temperatum: ergo yeme existente frigida ꝛ sicca ꝛ vere existente temperato corpus ad frigidum in vere declinabit ꝛ siccum. antecedens notum est cuilibet consequentia tenet quia per hyemem frigidam ꝛ siccam mutabitur versus frigidum ꝛ siccum ergo succedente vere temperato minus permanebit in temperie quam si yems fuisset temperata ergo hoc modo ad frigidum plus declinabit ꝛ siccum.

¶ Quod si superūeniente

Nunc Gali. facit q est dictum: dicens q si estate superueniente appatum sit corpus putrefactioni hec apparatio causa sit obtalmie ꝛ dissinterie: terra enim adhuc existente humida ventis adhuc non spirantibus qui spirare solent in diebus canicularibus hoc tempore inter estatis initium ꝛ dies existentes caniculares febres acutas consequi necesse est putrefacientibus humoribus ex dominio caloris ꝛ humiditatis. vnde dissinterie causantur ꝛ obtalmie. Ex qua sententia patet responsio ad questionem pz etiaz verificatio affo. pro parte.

¶ hec enim contingunt.

Nunc Galie. affo. dearticulando verificat⁹ ꝛ sic procedit. primo explicat morbos contingere maxime quibusdam corporibus naturaliter dispositis ad eos aut preter naturam. ¶ Secundo ponit morbos quosdam quibusdam accidere corporibus secūdum quandam dispositionem sexualem. Tertio īfert modificationem ratione naturalis complexionis aut preter naturam. ¶ Quarto ponit modificationem ex conditione temporum. Quinto incipit corpora in quibusdam etatibus a dispositione hoꝝ morborum ibi. secunda Dissinteria vero. Tertia. ibi. ¶ Inde ergo dixit flegmaticos ibi quarta. Qui morbus necesse quarta. ibi. Quod si non mortalitas. De prima sic dicit quod isti morbi contingunt secundum quod membra recipientia humores sunt

vicina humoribus exemplum supplendo sententiā
oculi enim paciuntur obtalmias tanq̄ membra vi
cina humoribus capitis: quare vero oculi potius pa
tiantur quam membra viciniora liquet ex preha-
bitis contingunt etiam hȳ morbi secundum diversi
tatem corporum in complexionibus obtalmie tamē
sunt naturales omnibus habentibus oculos debiles
⁊ non fortes: cum supple propter debilitatem oculo
rum ⁊ vicinitatem a capite fluant humores ad ocu-
los debiles. ¶ Notandum hic tamen quod stante
paritate debilitate oculi rariores calide complexio
nis existentes ⁊ humide dispositiores sunt ad obtal-
miam recipiendam nota est causa.

dissinteria vero.

¶ Nunc facit quod est habitum dicens ꝙ dissinte-
ria fit in habentibus complexionem naturaliter hu
midam ⁊ maxime in mulieribus supple naturaliter
humidis cum sint etiam humide supple ⁊ sexualiter
sicut testatur ypocr. supple eis maxime accidere dis
sinteriam: eo ꝙ materia supple humida seruata a
prehabitis temporibus in estate inficitur supple per
viam putrefactiōis a caliditate estatis ⁊ fit salsa vn
de etiam sua salsedine exasperat ⁊ vlcerat intestina
⁊ causat dissinteriam maxime in mulieribus vt est
dictuȝ quia sunt humidiores masculis. sola ergo pu
tredine inflammata in hȳs corporibus corpora hu-
mida dictos morbos patiuntur. nam humiditas est
quasi materia putrefactionis. caliditas autem est cā
efficiens: merito ergo supple corpora humida esta-
te succedente incurrunt putrefactiones cuȝ habeant
materiam vt humiditatem ⁊ efficiens seu caliditatē
estiuam. humiditas ergo precedentis aeris supple
non permittens desiccari humiditates corporum fit
iuuans causa putrefactionis. Notandum primo
quod non solum in mulierib⁹ ⁊ humidis natura seu
preternaturam dissinterie possunt causari immo etiā
infectiones cutis ex salsa seu alia materia putrefac-
ta procedentes. verum quia materias superfluas
natura conatur expellere ad loca maxime expulsio
ni deputata vt intestina ideo hac sola materia sua
salsedine idest sui acuitate aqueam humiditateȝ sal
sante exasperante ⁊ excoriante intestina dissinteria
causatur ⁊ tenasmon. ¶ Notandum secundo hoc
etiam probabiliter magis contingere in humidis p̄-
ter naturam: aut virtute in eis humiditate preter
naturam prostrationi facta. Tertio notandum
humiditatem non esse veram mariam putrefacti-
onis non ē ei putrefactio forma inherens humidita
ti sed est quasi: quia sicut materia: sicut enim agens
agit transmutando materias ⁊ ipsam disponendo.
⁊ taliter qualificando. sic etiam caliditas agit in hu
miditatem idest corpus humanum faciendo ipsum
ebulire ⁊ corpus humidum extraneando. caliditas
autem est causa efficiens putrefactionem extranea
existens: non quidem quia extrinseca semper sed ex
tranea quia non regulata ⁊ a virtute directa vt cō
ueniens instrumentum immo vt inconueniens ad
seruandum virtutem ⁊ producendas operationes:
quia tamen contingit pluries caliditatem extrinsecā
vt nos continentis aeris esse causam putrefactionis.
aut saltem manifestius ideo quarto methaurorum
dictum est ad principium putrefactio est corruptio
proprie ⁊ innate caliditatis ab aliena caliditate hic
est que ambientis. ¶ Ultimo notandum ꝙ licet pro
babiliter aliquo viro aliqua mulier esse siccior po-
sit posita tamen paritate eorum que comparantur.
Galieni dictum continet veritatem. comperato eni
colerico viro ad colericam mulierem ⁊ flegmatico
ad flegmaticam ⁊ cetera cuius signuȝ est maior mol
licies mulierum maior etiam nuditas pilorum.

Inde ergo.

¶ Nunc Galie. infert corpora naturaliter humida
bis fore parata passionibus dicens ꝙ ergo prop-
ter prehabitam causam dixit ypocras flegmaticos
pati pluries febres aut secundum aliam punctuatio
nem pluries febres cum corpora eorum sint humi-
diora. quibusdam enim putrefacientibus humori-
bus ⁊ in his remanentibus febres generantur ex his
enim dissinterie ad intestina exeuntibus. Notan
dum ꝙ corpora flegmatica secundum lr̄aȝ primā
patiuntur pluries febres propter diuersitatem hu-
morum qui putrefiunt quamuis enim abundent ma
xime in flegmate potest etiam putrefieri sanguis ꝓ
pter eius nimiam humiditatem. potest etiam fleg-
ma propter caliditatem estiuam ⁊ vernalem ad co
lericam deduci naturam vt febres ex distinctis cau
sentur humoribus. secundū etiā ꝑm punctuationeȝ
plura flegmatica corpora ad differentiam flegmati-
corum parum lapsorum vel eorum que taliter pre
seruantur euacuādo etiam vt non egrotant quia ta-
men plura sunt flegmatica multum lapsa aut non d̄
bite recta ⁊ preseruata. ideo plura patiuntur febres
Sed statim licet querere an sanguinea plus patian
tur. Hic potest vtraqȝ teneri via. ¶ Pro nunc di-
cendum ꝙ calida ⁊ humida paratiori sunt vt colli-
gi potest ex sententia octaua terapen. ad finem ⁊ p̄
ma quarti capitulo secūdo de preparatis ad febres
his in humiditate habūdantibus ⁊ caliditate. sic etiā
intelligendum de calidis preter naturam ⁊ humidis
Notanduȝ secundo notanter esse dictum si ex
eant per intestina: cum hee materie putride possint
per alias regiones expelli: quamuis probabiliter na
tura forti pellantur ad loca expulsioni maxime de
putata vt intestina. et supponendum etiam est ꝙ
causantur dissinterie nisi intestina fuerint fortia ⁊
has salsas materias cito expellentia. De febribus
autem non est sic. Cum enim febriente corde febri-
at corpus ⁊ non febriente non febriat: vt colligitur
primo de differencijs febrium: ⁊ cum contingat in-
distinctis membris existentem materiam calidita-
tem in corde accendere. ideo contingit pluries cau-
sari febrem quam dissinteriam. continuam dico vel
interpolatam pluries tamen continuam propter hu
mores pluries ⁊ pluries i venis superabundare.

¶ Quiȝ morbi.

Nunc facit ꝙ est tactum dicens quod necesse est
per totam estatem hos morbos esse. vt non reuer-
tar. causa est in promptu. corpore propter nimiā
humi ditatem veris tota estate satis humido rema

nente caliditate etiam in estate perseuerante subdit: Gali. per totam estatem sunt et cetera. ¶ Si vero superueniat supple aeri aliqua mutatio in diebus canicularibus. Et quare dixit Galienus in diebus canicularibus. quia in his diebus ut declarabitur quarto afforissmoruꝫ affo. quinto Est caliditas vehemēs ideo tunc maxime est apta fieri putrefactio. Si ergo illis diebus fiat mutatio aeris corpora defenduntur a putrefactione: non quidem quin etiam facta mutatione in alia parte estatis nō etiam defendantur corpora a putrefactione. sed per hanc mutationem defenduntur a vehementi putrefactione: illis diebus fatigabili. aut forte ꝙ illis diebus propter constellationes quas ignoro aut propter fortissimas euaporationes probabile est consequi vehementes pluuias refrigerentes aerem. vnde dixit Y in libro de aere ⁊ aqua ⁊ regionibus ꝙ dissinteria fit mulieribus ⁊ natura humidis supple stante casu afforis. Et subdit Ypocras hic si post dies caniculares veniat tempus hyemale idest frigidum vel pluuiale idest humidum ⁊ succedant venti perflaturi illo tempore idest valde flaturi illo tpe morbi quos credamus venturos sunt cessaturi supple propt̄ causam assignatam. ⁊ erit autumpnus sanior cuius causa est quia non ita adurentur materie in estate. autumpnus etiam non erit tante siccitatis. materie ergo recluse in autumpno non erunt ita male.

Quod si non mortalibus

¶ Nunc facit quod est habitum dicens quod si non supple fiat aliqua mutatio speranda est mortalitas pueris ⁊ mulieribus supple secundum plurimum et pluribus propter nimias humiditates ad putrefactionem corpora disponentes: Dicit vltimo quod iuuenes sunt remoti ab his infirmitatibus supple respectu precedentis estatis: propter supple eos fore sicciores ⁊ plus remotos a putrefactione ⁊ superfluitatibus attamen quicunqꝫ pueri euasuri sunt a morte sine dubio supple secundum plurimum cadant in quartanam. resolutis partibus subtilibus ⁊ calidis ⁊ humoribus per viam adustionis in melancoliam transeuntibus. ⁊ postea transmutantur in ydropem primo multa melancolia fortiter splenem oppillante. vt inde debiliter epar primo quidem splene non debite expurgente epar a melancolia iterum etiam splene ad stomachum materiam melancolicam trāsmittendo vt stomachus debilitetur. quare tamen fiant hee passiones ⁊ qualiter fiant explanandum. subiunxit ypocratem in libro eodem. ¶ Pro parte notandum ꝙ primi senes adhuc sunt remotiores ab his infirmitatibus propter remissionem caloris ⁊ humiditatum quamuis vltimi senes propter nimias humiditates multiplicatas hos possent incurrere morbos ⁊ cetere.

hunc autem:

¶ Nunc exponit hanc partem necesse est dicens ꝙ ipse exposuit hunc totum afforissmum nisi hanc partem necesse est quam partem similiter posuit in libro de aere ⁊ aqua ⁊ regionibus quam dᵒ certificauit rationibus ⁊ inuestigationibus rerum naturalium quia causarum ⁊ effectuum ⁊ non solum experimento. Naꝫ quotiens viderit hoc ⁊ in quot ciuitatibus. forter enim vidit bis vel ter vel quater in vita sua aut parum amplius. ex qua supple visione non potuit certificare prehabitum afforissmum. Nam si tu videris quinque vel sex homines quacū ꝙ medicīa volueris moueri ⁊ ex hoc cōcludere volueris experimento omnes moueri posse hoc supple notabiliter poteris facere. non ergo dixit Ypocras necesse est nisi pro quanto hoc consequitur experimento quod falsum est propter prehabita: dixit ergo necesse est scilicet ex ratione ⁊ inuestigatione rerum idest causarum et effectuum naturalium que autem sint iste rationes ⁊ que non etiam causa patuit verificando aforis. ¶ Notandndum ꝙ ex parte concipitur ꝙ ad causandam experientiam requirit̄ comprehensio non paucorum particularium immo plurium vt ex pluribus de aliis paucioribus coniectura sumatur. Secundo notandum quod nec paucis visionibus credendum est: nec soli experimēto dicto Galieno quinto interiorum ad finem in auctoritate allegata. Nam qui solis experimentis sine ratione vtuntur non possunt ea que raro contingunt congnoscere nihil enim sue menti accomodant nisi que multociens probauerunt.

dubitatur utrum uer possit esse in tā

tum calidum ⁊ humidum vt sua caliditate ⁊ humiditate borealis yemis frigiditatem superet ⁊ siccitatem. ¶ Negatiue arguitur sic hyems est naturaliter humida igitur ver sua humiditate non potest superare siccitatem antecedens notum est consequentia tenet. quia tunc siccitas hyemis cum sit condisconuenientia nature hyemis non autem humiditas veris veri. erit siccitas hyemi maior lapsus: iuxta afforissimum trigesimum quartum secunde particule eius commentum cuius initium. In morbis minus. ¶ Item de caliditate arguitur sic. hyems est naturaliter frigida: ver vero naturaliter tēperatum. ergo hyems permutata ad frigidum ad frigidius poterit permutari quam possit ver ad frigidum. antecedens est omnium auctorum nostrorū tempora complexionantium. consequentia tenet: Nam qualiter se habent distemperate complexiones corporum ad complexionem temperatam: taliter ⁊ distemperata tempora respectu temperati nūc corpus frigidum magis est labile ad frigidum quaꝫ temperatum ad calidum. primo temperato non inclinato ad aliquod extremorum. Secundo probatur sic quia corpus frigiduꝫ similiter est labile ad frigidum sicut calidum ad calidum lapsu existente proportionabili: igitur corpus frigidum est magis labile ad frigidum quam temperatum ad calidum consequentia tenet quia temperatum vt est notum est minus labile ad calidum quam sit calide ad calidum. Consimiliter ⁊ yems magis erit labilis ad frigidum q̄ sit ver ad calidum quod fuit vnum ex intentis. ¶ Secundo arguitur sic tempus veris tem

pore hyemis est brevior ergo non potest tantum calefacere et humectare quantum hyemis infrigidare antecedens est ex auctoritatibus concessum communiter: consequentia tenet quia ceteris paribus agente in pluri tempore applicato passo intensior producitur effectus ¶ Ad oppositum videtur esse afforismus et commentum. Pro dubio hec prima propositio supponatur: aer est naturaliter calidus et humidus hec suppositio secundo de generatione sumitur ¶ Supponendum et secundo simplex aut mixtum mobilius esse ad intensionem qualitatum conformium et naturalium suppositio etiam satis nota est propter tale simplex aut mixtum taliter alteranti repugnare minus Tertio supponendum ceteris paribus calefactivum fortius esse in calefaciendo quam infrigitativum in frigidando. Hec propositio persuadetur ex communi concesso caliditas activior est frigiditate ergo consequentia tenet quia agens ceteris paribus cum fortiori et activiori instrumento etiam est in agendo fortius ¶ Ex istis propositionibus infertur hec conclusio. Aer est mobilior ad caliditatem et humiditatem quam sit ad frigiditatem et siccitatem. proppositio sic persuadetur: aer est naturaliter calidus et humidus per propositionem primam ergo per propositionem secundam mobilior ad calidum et humidum Secunda conclusio principalis de facto aer plus movetur ad siccitatem quam humiditatem respectu humani corporis. propositio patet propter aerem estivum de facto plus exiccare et resolvere ad experientiam quam humectet aer alterius temporis. ¶ Tertia propositio est hec non est bene demonstrabile aerem de facto secundum tempora anni plus mutari ad calidum quam ad frigidum vel econtra estate enim et hyeme suas naturas observantibus quam extreme ponitur estas calida tam extreme frigida ponitur hyems. Quarta conclusio est hec mutatio veris ad calidum et humidum minus est absolute preter naturam corpori humano quam ad frigidum et siccum hec propositio persuadetur uno fundamento communi supposito quod homo declinet ad calidum et humidum: quod suppositio arguitur sic caliditas et humiditas sunt conformiores et naturales magis igitur etc. consequentia tenet per secundam preambulam propositionem. ¶ Quinta propositio est hec ver potest ita mutari ad calidum et humidum intensive et gradualiter sicut hyems ad frigidum et siccum. hec propositio sic persuadetur. ubi contingit fieri estivum ex parte caloris contingit etiam fieri valde humidum ergo antecedens notat experientia quamvis rara: consequentia tenet cum primo caliditas estatis equiperetur frigiditati yemis cum etiam propter innumerabiles pluvias aer veris ad multam possit advenire humiditatem. Sexta propositio est hec. licet ver non mutetur ad tantum gradum caloris et humiditatis ad quantum gradum frigoris mutatur hyems: tamen potest esse tantum mutatum preter naturam et plus. propositio nota est cuilibet propter lapsum aliquem a temperamento veris esse tanto preter naturam vel quanto gradus frigidioris additum hyemi est preter naturam hyemi. ¶ Istis positis patet responsio ad obiectum primum dicendo ad punctum quod ratio non concludit. aliud nisi quod aer hyemis ad maiorem possit devenire frigiditatem quam aer veris ad caliditatem cum hoc tamen stat quod aere hyemis deveniente ad aliquam frigiditatem preternaturam ad tam intensam caliditatem devenire possit ver. licet non ad quamcunque frigitatem deveniente hyeme ad tantam caliditatem ver devenire possit: vel dicendum ad unum punctum quod aer in vere quamvis dicatur temperatus ad calidum tamen declinat et humidum quibus labi potest facilius

Ad secundum punctum tempus veris est brevius primo dicendum quod verum est naturaliter se habente. si tamen a sua propria natura mutetur contingit oppositum concessum etiam ad dubium.

¶ Secundo dubitatur utrum yeme existente sicca et boreali vere vero austrino et pluviali febres acute generentur estate quod sic per afforismum et commentum. Negative arguitur: febres generantur propter tempus fuisse humidum ergo non debent generari acute consequentia tenet per afforismum octavum antecedens colligitur ex commento: ¶ Pro dubio respondendum non universaliter esse verum quod in tempore sicciori morbi generentur acutiores: propositio arguitur sic: quia in tempore temperato non generantur morbi acutiores quam in tempore humidiori. Secunda propositio est hec propter tempus fuisse humidum de per accidens sequitur generatio morborum acutorum: propositio patet propter reperiri materiam minus regulabilem a natura et magis ebulibilem a caliditate intensa qualis estiva. unde si tempus fuisset minus humidum ita fuisset paucificata materia quod non fuisset factus morbus: sed si ponamus paritatem quantitatis materierum in tempore calido et humido preter naturam. Et sic calido et sicco: acutiores causabuntur in calido et sicco. ¶ Isto concluso patet solutio ad obiecta non discurrendo per ipsa.

Ultimo dubitatur sine argumentis ¶ Utrum si estas non servet naturam propriam veritatem contineat afforismus breviter dicendum quod si non servet naturam propriam ut tangit Galienus in commento quia mutetur ad frigidum et siccum sic afforismus non continet veritatem. Sed si mutetur a natura propria ad calidum et siccum vel ad calidum et humidum adhuc magis verificatur afforismus.

Si autem austrina hyems et pluuiosa fiat. uer uero siccũ et boreale: mulieres quidem quibus ad uer partus inest Ex omni enim occasione abortiunt si uero genuerint inbecilles et morbidos pariunt pueros: ut aut statiʒ resoluantur: aut tenues et morbidi uiuant existentes: aliis uero iunioribus quideʒ dissinterie et obtalmie fiunt sicce: senioribus uero catarri celeriter dissoluentes.

Presens afforismus sic continuatur ad precedentem. Postq̄ ypo. in presenti affo. tetigit effectus ꝛ morbos qui consequntur hyeme boreali ꝛ vere austrino in presenti affor. tangit effectus ꝛ morbos qui consequuntur hyeme austrinali ꝛc. Et vere boreali. ꝛ continet presens afforissmus duas partes principales. primo tangit effectus q̄ mulieribus pregnantibus consequuntur. Secundo tangit effectus qui aliis corporibus contingunt etatiue ab inuicem separatis ibi secunda. Aliis vero iunioribus quidem. prima in duas secundum duplicem lesionem. Primo tangit lesionem mulieribus contingentem ꝛ fetibus. Secundo tangit lesionem solis fetibus contingentem ibi secunda. Si vero genuerint. In prima parte vult Ypocras istam conclusionem. Quod yeme existente austrina pluiosa ꝛ tranquilla vere autem sicco ꝛ boreali: mulieres pariture vere abortiunt ex qualibet leui causa: propositio arguitur sic: illo tempore mulieres sunt aborsure quo fet9 valde leduntur ꝛ ab aeris qualitate superantur: quo tempore etiaʒ mulieres valde debilitantur. sed in vere boreali hyemem austrinam consequente fetus debilitãtur ꝛ superantur ꝛc. ac etiam mulieres ergo propositio maior p tanto est nota. quia aborsus causatur vel propt̃ lesionem mulieris vel fetus vt notuʒ est ex duodecima tertij patet proppositio minor. Nam cũ propter hyemem austrinam pori mulierum latificati sint ꝛ per ꝯsequens etiã fet9 adueniente vere boreali propter sui frigoris intensioneʒ ꝛ passi debilitatem laxitatem ꝛ aperturam vehemẽs sequitur percussio ꝛ debilitatio cuius ratio sic sola cõclusio explicatur intextu. sed si yems sit austrina pluiosa ꝛ tranquilla ꝛ ver sit boreale ꝛ sic cum certe mulieres paritate in vere ex omni occasione idest causa supple leui abortiũt idest perdunt Sequitur textus.

si uero

Nunc ypo. facit quod dictum est ꝛ vult conclusionem istam. Mulieres paritiue ꝛ non abortientes pariunt pueros debiles ꝛ egrotatiuos conclusio probatur sic illo tempore mulieres pariũt pueros debiles ꝛ egrotatiuos quo tempore pariunt pueros cito morituros ꝛ ḡciles ꝛ morbidos existentes. sed tempore veris ꝛc. sic pariunt ergo maior est nota. patebit minor ex notatis huius rationis. primo conclusio explicatur in littera. secundo minor vt expositam conclusionis. ibi secunda vt aut statim resoluantur. Dicit primo sed si mulieres genuerint supple in debito tẽpore ꝛ partu tunc pariunt pueros debiles ꝛ egrotatiuos dicit secũdo supplendo sententiã q̄ sunt ĩbecilles ꝛ morbidi vt supple propter inbecillitatem ꝛ morbiditatem statim consumantur ꝛ moriantur aut viuant tenues supple ꝛ graciles ꝛ existentes morbidi.

aliis uero:

Nunc facit quod est dictum ꝛ continet partes duas. Primo tangit effectus corporibus iunioribus contingentes secundo senioribus vel decrepitis. ibi secunda Senioribus vero catarri. In parte prima vult conclusionem istam q̄ corporib9 iunioribus accidunt tempore taliter se habente dissinterie ꝛ sicce obtalmie conclusio sic persuadetur illis corporib9 hec accidunt in quibus flegma salsum multo tempore remanet in intestinis ꝛ i quibus colerice materie ad oculos transmittuntur. sed hoc est in iunioribus illo tempore ego maior est nota quia flegma salsum diu retentum in intestinis causat dissinteriam. ꝛ collerica materia defluxa ad oculos tempore frigido causat siccam obtalmiam apparebit minor in notatis cuius ratio sic in littera conclusio ponitur sed iunioribus certe fiunt dissinterie ꝛ sicce obtalmie.

senioribus

Nunc facit quod est dictum ꝛ vult conclusionem istã. Catarri cito interficientes accidunt corporibus seniorũ propositio arguitur sic: illis corporibus accidunt catarri cito interfitientes ꝛc: in quibus transeunt humiditates ad venas sub capite existentes prohibentes sensum ꝛ motum seu appoplesiam facientes sed senioribus hec accidunt ergo maior propositio patet per notitiam catarri de quo loquitur hic Ypo. minor apparebit ex notatis ꝛ cõmento cuius ratio sic in littera explicatur conclusio sed supple tempore sic se habente supple fiunt catarri citius interficientes senioribus quia decrepitis: Ad intellectum affloris. primo est notanda affo. concordia que habetur primo problemmatum probleumate nono ꝛ in libro de aere ꝛ aqua regonibus ypo. ꝛ. 17°: continentis ca°. de aere ꝛ. 5°. theorice Aliaba. illo ca°. accidentis ꝛ passiones ꝛ secũda ṗmi octaue ca°. in principio Secũdo est notanda affo. vtilitas est enim presens aforis. vtilis quantuʒ ad actum pronosticum ac etiam preseruatiuum vt enim ex littera euidens est scimus pronosticari quarundam dispositionuʒ preter naturã euentum. Secundo est vtilis quantum ad actum preseruatiuum. prestito eniʒ a ueris frigore pregnãtes esse lesibiles eis preapproximando calida a-

futuro lapsu eas possumus preseruare. Tertio est notanda affori. ampliatio: non enim solum austrine hyemi vero boreali succedente hic consequi possunt: immo etiam qnolibet pregnante valde calefacta causa frigida succedente idez consequi poterit. Quarto est notanda presentis affori. ad precedentem conuenientia et differentia: primo cum similibus qualitatibus vtrobiqz tempora mutentur: differunt vero vt est euidens Nam vbi prehabitus affori. hyemem siccam posuit et borealem ver vero austrinum hic hyemē austrinam posuit a boreale ver Quinto notandum litteraliter hyporatem intelligere per hyemem austrinam et pluiososam hyemem calidam denominatam austrinam aut propter flatum austri vel quia austro sit in calore similata potissimum denominatur etiam pluiosa propter pluuie copiam et humiditatem et per pluuiosam magnā humiditatis denotat habundantiam. Sexto notandum quod licet pluuia ponatur frigida propter tamen caliditatē austri pluuie frigiditatē superantem contingens est hyemem calidam esse et humidam. Septimo notandum q yems potest appellari calida vel respectu equalis ponderis vel respectu temporis tēperati quod est ver vel respectu hyemis temperate quomodocumqz exponatur affo. continet veritatem: cuius intellectum esse puto sm modum tertium: Notandum octauo quod yems potest appellari tranquilla quia quieta a flatu ventorū que expositio veritatem continet hoc modo vt hyemem non dicamus absolute tranquillam austris vt est habituz flantibus. sed comparatiue respectu hyemis borealis flatum habentis austeriorem. aut dicatur tranquilla et austrina quia similata austro in calore et humiditate non quidem quia flet auster in ipsa: erit autem tunc calida et humida aut propter vapores a locis calidis et humidis eleuatos. aut propter celestem influentiaz aut vlterius appellatur tranquilla non quia qnietum habens aerem sed quia in suis qualitatibus alteratiuis mitis est non frigoris intensi vt hyems propriam naturam obseruans. Nono notandū ver posse itelligi boreale et siccū. i. frigidū et siccuz l' respectu pōderis vel respectu suimet ppriā naturā obseruantis quomodocumqz intelligatur affori. cōtinet veritatem secundus tamen modus est ad littere intellectum. Decimo notandum quod non solum mulieres pariture in vere abortiunt. etc. immo etiam pariture in estate propter maximam lesionem eis contingentem ex vere et maximam fetuum exilitatem. quia tamen de pariturris in vere plus verificatur affori. plus fetu lesibili in exitu quam retento ideo de perituris in vere ypocras presentem proposuit affori. Undecio notandū q mulieres que pepererūt in hyeme saltem prope ver boreale etiaz leduntur ex vere propter causam que tangitur in commēto. ledunt etiā fetus minus tñ q geniti in vere ut est notum. Duodecimo notandum q mulieres etiaz impregnate in yeme austrino venientei etiā ver boreali leduntur ppter causā que colligitur ex cōmento et propter causam generalem quia corpora absolute non bene se habent quando tempora non suas obseruant naturas Notandum deciotertio q ponitur ex omni occasiōe in parte q occasio potest sumi dupliciter pmo communiter p quacunqz causa et potissimū effectiua q occurrit idest contra passum currit ad causanduz effectuz secūdo sumitur occasio p cōtraria causa intenti naturaliter vel debite: vnde occasio ab orsus. i. causa ob. i. contra naturalē generationē Notandū decioquarto q non est itentio ypo. velle q omnis causa sit causatiua aborsus requiritur enī ad producendū effectū certa pportio ad passum: ut colligitur secūdo de accidenti: sed intētio eius est q ex omni causa scilicz leui exteriori vel etiam interiori abortiunt mulieres. Notandum decioquinto q non soluz ex oī occasione vltra dispositionem aeris causat aborsus īmo etc. concurrente sola indispositione aeris d qua loquitur affo. multotiens abortiūt mulieres quia tamen leuis causa cum aeris indispositione ɔcurrēs mulieris facilitat aborsū iō d tali occōe loqtur affo. Notandum etiā affori. verificari secundū plurimū robustis exceptis mulieribus ac etiaz fetibus et debito regimine rectis. Notandum deciosepto propter iuuenes q abortire seu aborriri non est nisi fetum non debito tempore producere vel produci aut non debite dispositum imo mortuum vel monstruosum. in proposito tamen mulieres abortiunt quia producūt fetus mortuos et sic abortos idest a debito ortu separatos Notandum decimo octauo q si contigat fetus supple generari viuos sunt imbecilles quia debiles propter frigiditatem veris debilitantem calidum naturale eorum: vnde secunduz plurimum sunt complexionis frigide et sicce propter qualitates veris taliter alterantes. vel saltem habēt modicum de corpore calido vel etiam propter istas dictas qualitates: sunt etiam fetus morbidi quasi morbo apparati et frequenī subiecti propter debilitatem eorum sunt autem hijs vel alijs apparati morbis secundum aptitudinem cōplexionum eorū: aut propter dispositōnem causarum morbidarū vt a leui causa calida calesiant et frigida infrigidentur: Ex quo inferēdum nō absolute hunc canonem esse concedendū q faciliter a calido calefit est calidū etc. nisi multorum paritas supponat hoc illatū cuilibz potest esse euidens. Decimo nono notandum q istorum fetuum quidam nati stati moriuntur: et hoc secūdū vehemētiā ibecillitatis: qdaz viuunt tenues secūdū membra spermatica et totū viuunt etiā morbidi seu egrotatiui propt prehabita habētes tñ virtutē minus debilem quā stati post natiuitatuz morientes. Notandum vigesimo q p alios non debemus intelligere solum alterius sexus sed i diª alia a pgnantibus. vt sit sensus q d alijs qa nō pregnātibus et parituris accidūt ista: nō quidez quia etiā pgnantibus nō possint accidere ista: sed vult q alijs scilicet a pgnantibus et parituris non accidunt ea que dicta sūt sed q sequētur Uigesimo primo notandū q dissinterie qui

etiam senioribus accidere possint. quia tn̄ ē ra ro flegmate salso ex coriatio ꝛ colera non ita po tente reperiri in ipsis sicut in iunioribus. Ideo de solis iunioribus proposuit particulā per ipsos in telligendo iuuenes ꝛ senes primos. ❡ Notādū vigesimo secūdo ꝙ per obtalmias siccas vt col ligitur ex cōmēto intelligit obtalmias illas a qui bus nihil notabile effluit. quia nec notabilis lacri ma aut etiam lipa seu lipitudo cuius causa est ꝯ stipatio magna poroꝝ tunicarū oculi facta a fri giditate ꝛ siccitate veris. cuius etiam obtalmie sicce causa est colericus humor maxime in cere bro iuniori multiplicatus propter etiam hyemē precedentem austrinā retentus: propter frigita tem veris constipantem ꝛ ad oculum pulsus per viam constipationis exprimentis. Notandum vigesimo tertio vt sumitur ex commento ꝙ ca tarrus vt proposito spectat potest primo sumi se cundum locutionem communiorem auctorum ꝓ defluxu humiditatum a capite ad guttur ꝛ cana les pulmōis: ꝛ iste catarrus non est interficiens plurimum cito vt experientia notat. ❡ Sumit secūdo catarrus pro d̄fluxu humiditatum ad ori gines neruorum seu venas ꝛ arterias sub cere bro existentes per quas vitales spiritus a corde ad cerebrum deferuntur ex quo defluxu causat̄ appoplexia ꝛ cito mors Ad propositum sumit̄ catarrus secundo modo qui causatur maxime in senioribus propter virtutem eorum esse defecti orem ꝛ propter eos maxime abūdare in flegma ticis superfluitatibus. ❡ Ultimo notandum circa afforis͠. hic sumi resolutionem seu dissolutionem pro quacunq; corporis corruptione a qualicūq; causa proueniat.

Omplexiones temporum

Galienus cōmentando lectū affo. sic procedit. Nam primo presentē affo comparat ad precedētē vtriusq; po nendo intentionem. Secundo presentem afforis͠ cōmentando verificat ibi secūda Corpora enim eoꝝ in hyeme. prima in duas. p̄mo ponit cōpati ones secūdo intentionē ps secūda ibi. Jam vero diximus: de prima dicit sic ꝙ de presenti affori fecit supple seu posuit ypo. horum temporū quia hyemis ꝛ veris cōplexiones oppositas supple cō plexionibus suppositis per affo. superiorem in hoc enim affori. similauit ver hyemi superiore affo. supple dicendo ver esse siccum ꝛ boreale. assimilauit uero hyemem veri scilicet superioris in presenti hyemem calidam ꝛ humidam suppo nendo ꝛ austrinam de secunda dicit sic. Jam ipe dixit quia non fiunt hyeme fortissime egritudi nes idest acutissime supple existente sicca ꝛ borea li vt colligitur ex commento afforis͠. duodecimo hic vero dicit Galienus quia hyeme calida ꝛ hu mida existente vere autē frigido ꝛ sicco necesse sit homines quia viros supple ꝛ mulieres egro tare in vere ꝛ quia etiam fit necesse mulieres pa rituras in vere abortire ex eadem causa supple le

ni ꝛ sic patet partialis intentio affo. ac etiam Ga lieni pro parte.

❡ Corpora enim earum in hyeme.

Nunc Galie. cōmentando verificat affo: ꝛ di uiditur hec in duas quia p̄io cōmentatur ꝛ ve rificat primam partem. Secūdo secūdā illā: sci licet aliqꝫ vero ꝛ cetera ibi secunda homines gͦ flegmatici prima i duas primo commentatur ꝑ mam particulam prime partis principalis secun do commentatur secundā illā. scꝫ: Si vero ge nuerint ibi secunda Quos si viuos. De prima di cit sic continuando in sententia partē parti ꝙ ne cesse est mulieres parituras abortire ꝛc̄ q̄a cor pora eaꝝ in hyeme calida ꝛ hūida existente sūt humida rara ꝛ tenera supple superueniente er go vere sicco ꝛ boreali frigiditas aeris cito pēne trat ad iteriora ꝛ supple cito ergo fortiter ledūt mulieres vt abortire cogant̄ pueri etiam tempo re longo assuefacti aeri calido sup. ꝑ yemē calidā ꝛ austrinā. aere supple veris frigidi ꝛ sicci pene trante ad pueros per porositates matris ꝛ etiām a viis anhelitus ꝛ per inferiora cito percutiunt. ꝛ ledunt̄ imo abortiunt femine quia vel cito mo riuntur in ventre aut moriuntur quando exeūt.

❡ Quos si uiuos:

Nunc exponit partē dictam dicens sic ꝙ hꝫ geniti viui assuefacti magne mutationi aeris ca lidi in hyeme calida non possunt pati frigiditatē supple magnam succedentis veris borealis ꝛ sic ci supple: propter quod cito moriunt̄ aut uiuunt debiles d̄bilitati sup. a pric⁹ ꝑꝑt̄ mutatōes ueris

❡ homines:

Nūc Gali. exponit secundam partem princi palem ꝛ diuiditur in duas primo eius primam partem exponit secundo secundam. Senioribꝰ vero catarri ibi secunda Quod in fine huius di citur. Prima in duas primo Galienus exponit. istam partem secundo expositionem ypo. aucto ritate confirmat ibi secunda Quod hypocras te statur prima in duas. primo exponit hanc parti culam dissinterie. Secundo hanc obtalmie sicce. ibi. secunda. Ja calidis vero naturaliter ꝛ colert cis. Prima in quattuor. p̄imo tangit corpora q̄ bus accidūt dissinterie generaliter etiam explicā do causā secūdo tangit causam multiplicationis humoris ad quem dissinteria consequitur Ter tio tangit modum generationis ꝛ qualitatem hu moris adequate dissinteriam facientis. ❡ Quar to infert adequatum modum dissinterie vt fit in istis corporibus ibi secunda. Quod necesse est ibi Tertia quod autem flegma. ibi. quarta vñ ꝛ dis sinterie. De prima dicit sic quod flegmatici ho mines ꝛ maxime mulieres vt dictum est in pre lecto commento fiunt dissinterici supple in vere ea flatis a capite descendentis i uētrē seu i itestīa

De secūda dicit sic: q necesse est flegma supple augeri: nam cum capita in hyeme supple calida et humida impleantur flegmate: succedente uere frigido et sicco in initio cito infrigidantur: quare cerebro infrigidato nō potente cibum aut ꝓprium digerere nutrimentū transmutatur in flegma: sunt ergo supple multa flegmatica propter hyemem humidā precedentem et propter frigiditatem ueris: et supp. descendit hoc flegma ad īestina compresso cerebro ut spongia a frigiditate ueris. De parte tertia dicit sic q flegma genitum a nimia frigiditate est acetosum. Secunda eius propositio est ex nimio id est forti calore fit flegma salsum ex paruo calore fit flegma dulce aut insipidū. Quarta propositō ad propositum est hec flegma calidum quod generatur in capite in hyeme scilicet calida etc. necesse est esse salsum propter caliditatē hyemis. De quarta dicit sic q ideo causatur dissinterie: quia flegmate supple salso morante in intestinis sua salsedine intestina punguntur et ulnerantur: cā autem more flegmatis in intestinis est eius uiscositas.

in calidis uero

Nunc cōmentatur secundam partem et obtalmie sicce etc. dicens q corporibus naturaliter calidis et colericis fiet obtalmia sicca appellata sicca uel ab oculis transeunte: quam fieri necesse fuit: quia capite pleno existente humiditate propter hyemē uere succedente frigido et sicco clauduntur pori supple capitis et constipantur ut a capite exprimantur humores sicut spōgia plena aqua pressa a manu aqua exprimitur: humiditates tamen descendūt ad loca apparata: alia littera habet appropriata: habentes ergo oculos debiles patientur obtalmiam nō currē te supple materia obtalmie ad superfitiem supple exteriorem oculorum propter frigiditatem aeris et constipationem dicte superficiei: de alia parte dicit Galienus sic q ypocras testatur quod est dictum d̄ dissinteria et obtalmia in libro de aere aqua regionibus cum dixit q habentibus flegmatis dominiū accidit dissinteria flegmate a capite descendente et maxime mulieribus a quarum capitibus flegma ꝓpter suam humiditatem descendit et supple dixit colericis siccam obtalmiam euenire propter caliditatē et siccitatē carnis eoꝝ.

Quod in fine huius

Nunc exponit hanc partem senioribus: Et continet hec pars partes tres. primo exponit expositionem ueram. Secundo expositionem falsam quorūdam interpretum. Tertio suam auctoritatem ypocratis confirmat. ibi secunda. alīg huius: ibi tertia. Sed quod nos diximus. De prima dicit sic q h° dictum in fine afforismi senioribus etc. taliter subintulit ypocras in libro de aere et aqua etc. senioribus et decrepitis propter debilitatem uenarum sc̄ꝫ sub cerebro existentium et consumptionem idest resolutionem caloris earum ueniunt catarri: idō moriuntur cito uel in latere dextro patientur paralesim seu mollificationem. In loco ergo presenti nō sumitur catarrus pro descensu humiditatum a capite in canales pulmonis sicut solitum est intelligi: sed illum intelligit ypocras qui est descensus humiditatum a capite ad uenas existentes sub capite ideo bene additum in hoc loco celeriter interficientes: quia crisis huius cattarri est cita non omnium aliorum catarrorum diuturne solent esse crises. De secunda dicit sic q an expositores huius afforismi intelligunt catarrum humiditatem descendentem a capite ignitus et canales pulmonis ideo hanc particulam negatiuam non scribendo ponunt dicendo n̄ cito dissoluentes et confirmant hanc esse apponendā cum omnis catarrus sit frigidus: uel sic: cum om̄is catarrus frigidus tarde maturetur in senioribus ꝓpter eorum etatem idest debilitatem in sua etatē contingentem. Dicit tertio q illud quod dixit Galienus in prima expositione concordatur ypocrati in libro de aere aqua etc. ubi dixit cito moriunt̄ expositio ergo istorum non est tenenda.

dubitatur primo utrum morbi de quibus loquitur afforismus futuri sint uere uel alio tempore: q alio tempore arguitur sic. hyemē existente austrina et uere boreali estate humidi morbi causantur autumpno: stante ergo casu afforismi debent causari autumpno aut estate: añs est Auicen. secunda primi doctrina secunda octauo capitulo ad principium cōsequentia pꝫ qualitate estatis debente accelerare morbum: cum ergo procelletur ad autumpnum: ita et nunc debet procellari. Secundo arguitur sic: hyeme existente boreali et uere austrino morbi in estate causantur. ergo et hyeme existente austrina et uere boreali. añs uoluit afforismus duodecimus ꝯsequentia pꝫ cum per consimiles qualitates acceleretur corpus secundum casum presentis afforismi et prehabiti. Ultimo arguitur sic: unum tempus contrarium aliud corrigit ut est habitum. et secunda primi allegatum: ergo propter dictam constitutionem non causabuntur morbi: consequentia tenet cum hic sit temporum contrariorū complicatio. Ad oppositum est afforismus.

Pro dubio tenendū est q secundum casum afforismi hos morbos estate et autumpno possibile ē euenire: propositio probatur primo per afforismū uigesimum huius particule. Egritudines quidem. patet etiam propositio repertis causis estate et autumpno possibilitate etiam reseruationis ad autumpnum. Secunda tenenda conclusio est hec q hi morbi uere frequenter contingunt: hec propositio sit pro mente afforismi cum suis concordantiis: et patet propositio ex causis que sumuntur ex cōmēto

Tertia propositio pro solōne obiecti scd̄i sit hec non sic hyeme existente boreali et uere existente austrino possunt uere causari morbi sicut in casu p̄nti

patet propositio: nam caliditas ueris austrini min⁹ ledit corpora infrigidata ex hyeme boreali q̄ frigiditas ueris borealis ledat corpora calefacta ex hyeme. primo propter caliditatem esse corpori minus deformem propter etiam corpus ex hyeme borali esse condensatum constipatu3 ⁊ calori ualde resistēs. uer frigiditas ueris borealis ex deformiori corpori inuenit etiam corpora apparata passioni propter raritatem eis ex hyemis caliditate contingentem. Modus autem penetrationis caloris aut frigoris ad interiora. primo imaginabilis est fᵐ simplicem alterationem ad modum medicorum ut una pars frigida alteret aliam ⁊ sic ulterius. secundo per trāsitum uaporum calidorum aut frigidorum ad interiora aut earum consimiliter dispositorum. ¶ Quo posito patet responsio ad obiectum primum per p̄mam conclusionem. Patet responsio ad obiectum secundum per tertiam. Patet responsio ad tertium dicendo q̄ tempus contrarium excedens non facit temperamentum sed lapsum ut ex cōmento duodecimo colligitur.

¶ Secundo dubitatur sine argumentis quomodo hyems possit esse austrina. Et breuiter dicendum q̄ propter caliditatem austri flantis aut propter constellationem hyems potest esse uere calidior.

¶ Tertio dubitatur que constitutio anni sit peior an prehabita an presens. Et breuiter respondendum q̄ absolute prehabita est peior cum ad ipsam sequantur febres acute ⁊ uehementes putrefactiones: hec tamen pronitior est ad cañ. suos morbos cum eos causet uere ut colligitur ex cōmēto.

Quarto dubitatur de superfluitate affo. Nā si hyems est austrina intelligit pluuiosa ⁊ humida. Si uer boreale intelligitur siccum. Et breuiter dicendum q̄ hyems potest esse austrina etiam non pluuiosa uel dictum est ipsam esse pluuiosam ⁊ magna humiditas a copia pluuie denotetur. sic uer dictum est siccum ⁊ boreale ad denotandum excessum frigoris.

¶ Quinto dubitatur de quibus mulieribus intelligat affo⁹. Et breuiter respondendū q̄ de mulieribus cuiuscunq3 complexionis potest intelligi afforismus maxime tamen de frigidis aut calidis et extenuatis modicum habentibus calidum spumosum maxime etiam intelligitur de mulieribus parituris in uere q̄uis enim fetus sint debiliores in primis mensibus propter tamen conatum ad exitū ⁊ propter exitum dum pariture sunt ualde ledunt.

Sexto dubitatur circa commentum quō flegma acetosum generetur ex frigiditate nimia cū acetositas fiat a calido ut patet in aceto. Et dicendum breuiter q̄ flegma acetosum generatur a frigore nimio respectu dulcis ⁊ insipidi q̄uis enim respectu uitrei. Ad peccatum respondendum q̄ acetositas coniuncta acuitati generatur a calido ut dictum est in aceto acetositas autem coniuncta ponticitati aut siccitati potest a frigido generari ut patet de acetositate limonu3 agreste ⁊c̄. quomodo tñ generetur flegma acetosum habetur prima primi capitulo de humoribus.

¶ Septimo dubitatur utrum in complexione non colerica possit obtalmia sicca generari et sine obiectis. primo dicendum q̄ sic propter constipationem pororum oculi a frigiditate ueris contingentem in habentibus oculos debiles ⁊ caput plenum. Secundo dicendum q̄ maximo colerico contingere potest. primo propter frigiditatem corporis ⁊ cerebri: unde superfluitates ut lacrime ⁊ lipe non sunt apte in magna quantitate fluere constipatis buibus etiam poris multum a frigiditate.

¶ Octauo dubitatur qualis egritudo sit catarrus de quo loquitur ypocras. Et breuiter dicendum q̄ est modus apoplexie que causatur materia per constipationem frigoris a capite pressa ad arterias subecitas que appellantur uie spiritus per hos enim uitales spiritus a corde cerebro deferunt de quibus fᵐ sententiam afforismi presentis loquitur. Auicenna secunda primi doctrina secunda capitulo octauo ad principium quem modum appeplexie tagit Auerrois tertio colliget ad finem: aut causatur ista appoplexia oppilatis decursibus seu originib⁹ spiritus sensibilis ⁊ motiui: ut colligi potest prima tertij tractatu quinto capitulo de apoplexia ad principium. Notandum tamē q̄ q̄uis ypocras in presenti de prehabito catarro intelligat nihilominus ⁊ in tali constitutione accidere debent ueri catarri et corize causa est nota.

¶ Nono dubitatur quare accidat paralesis poti⁹ in latere dextro cū latus dextrum sit fortius ⁊ calidius ⁊ plus repugnans receptionem māe. Breuiter respondendum q̄ per latus dextrum non intelligit latus situatum in dextro sed latus conueniens ꝓportionatum ⁊ apparatum sicut dicimus mihi accidit hoc dextrum uel dicendum q̄ potius contingit in latere dextro: quia pars sinistra fᵐ plurimum est plena: ideo mittit materiam ad partes magis uacuam: prima solutio tutior est quia nondum facta paralisi pars sinistra nō uidetur ita plena quin multam possit recipere materiam factiuam paralisis uel dicendum tertio illud continere posse propter lateris dextri raritatem: prima solutio ut est dictum tutior est. ¶ Notandum etiam ultimo q̄ catarri etiam accidere possunt frigidis ⁊ humidis naturalit̄ aut preter naturam dispositis ut seniores dispositi sunt possunt etiam contingere in aliis etatibus: sed nō ita frequenter: ideo de illis tacuit afforismus.

Si uero estas sicca fuerit et borealis: autumpnus uero pluuiosus et haustrinus capitis dolores in hyeme et tusses :et brāce et corize fiunt.quibusdaꝫ uero et ptisis.

Presens affo.sic cōtinuat ad ꝑcedentes.postquam ypo.i precedentibus determinauit de effectib⁹ qui cōsequūtur hyeme ⁊ uere modo cōtrario cōplexionatis ultra dispositiones naturales.¶Nūc exequitur determinādo de effectibus qui cōsequūt estate ⁊ autūpno preter naturā cōtrarie cōplexionatis.⁊ diuidit p̄sens ps in duas partes prio tāgit effectus q̄ consequūtur estate sicca ⁊ boreali ⁊ autūpno pluuioso ⁊ austrino ⁊ in quo tēpore hi effectus cōsequuntur. Secūdo tāgit effectus qui cōsequūt his tēporib⁹ mō opposito se habentibus ibi secūda affo.xv.Si uero borealis.pria i duas pricipales.prio tangit effectus qui pluribus hōibus cōsequūtur.secūdo tāgit effectum specialē quibusdā hōibus specialit̄ cōtingētē.ibi secūda: quibusdaꝫ uero.in pria pte uult ypo. cōclusionē istā.ꝙ estate existente sicca ⁊ boreali et autūpno succedente pluuioso ⁊ austrino hyeme sequenti causant̄ dolores capitis tusses branci ⁊ corize.cōclusio sic probat̄ illo tempore causant̄ seu sūt apta causari ea que ponūtur in littera quo tempor̄ sunt apte reperiri cause hoꝝ.ſꝫ in hyeme estate existente sicca ⁊c.hee cause sūt apte reperiri.ergo maior notissima est.apparebit minor.cōclusio uero sic explicatur in textu.sed si estas fuerit borealis ⁊ sicca ⁊ autūpnus pluuiosus ⁊ austrinus dolores capitis ⁊ tusses ⁊ branci ⁊ corize fiunt supple in hyeme.

¶Quibusdam uero et ptisis.

cõtinuata cõpatio cõſtitutionũ humidaꝝ ad ſiccas
conueniens fuit hic preſentẽ exprimere affo. inclu-
dentem haꝝ cõſtitutionũ cõpationẽ. ❘❘ His tamen
ponendus. Nũc facit qđ eſt dictũ dicẽs ꝙ pñs affo.
tamẽ erat hic ponendus vt quedã ſpecialia precede
rẽt nõ tamẽ propter illa precedere eſt infamandus
ypo. cũ etiã ſequãtur quedã que iõ ſecuta ſunt illis
precedentibus ut per pſentẽ affo. quaſi quid gene-
rale adinuicẽ continuentur ❘❘ Et bene cõſtitutiones
Nũc galie. facit qđ eſt dictũ ⁊ ſic procedit gali. p-
mo tãgit verificationẽ affo. ſecũdo explicat quãdaʒ
cauſam preſeruatiuã a morbis. tertio excludit q̃l-
dam alas cãs tanq̃ nõ pfectas ⁊ vere ſufficiẽtes ibi
ſecunda ſi vero quibuſlibet diebus. tertia ibi bal-
neis non enim cõſumũtur. De pria dicit galie. be-
ne dici ab ypo. cõſtitutiones ãni omnino ſiccas plu
uialibus eſſe ſaniores cũ deſiccẽtur ⁊ cõſumẽtur hu
miditates in ſiccis tẽporibus augeaň uero ⁊ cõgre
gentur in pluuialibus putreſcendo. ❘❘ Pro pte no-
tanda eſt cã nam prio propť cõſtitutionẽ pluuialem
eſſe humidiorẽ humano corpore cõſequiť humecta
tio ſiue materia conſequiť etiã per viã debilitatis
⁊ obtuſionis calidi ⁊ per viã cõſequẽtis indigeſtioiſ
ſupfluitatũ augmẽtũ ⁊ adunatio cõſequitur etiã pu
trefactio his auctis ſupfluitatibus prohibitã facien-
tibus trãſpirationẽ que eſt cã putrefactionis primo
de dñis febriũ propter etiã augmẽtũ haꝝ ſuperflui

tatum ſit debilitas ⁊ nãture irregulatio ad quã con
ſequitur putrefactio quẽ uero ſit cauſa putrefacien
di has humiditates imediate in preſenti taceatur.
Secũdo ex dictis memoradũ ꝙ licet cõſtitutiões hu
mide de p ſe ſint cã augmẽti humiditatũ de p acci-
dens tamẽ poſſũt eẽ cã tabis ⁊ ɔſũptionis corporis e
ticalis calidũ ebetando naturale ut deperditũ re-
ſtaurare non poſſit quo in humidũ agente radicale
continue tabes ⁊ etica conſequetur. ❘❘ Si non qui-
buſlibet. Nũc galie. facit ꝙ ẽ dictũ dicẽs ꝙ hee ſup
ple humiditates augeň ſi corpora nõ mũdificẽtur
quolibet die ab humoribus per exercitia. Pro p
te ſupponẽdum ex dictis auic. tertia primi cap. de
exercitio ꝙ exercitiũ habet uigoraň calidũ naturale
vnde reddiť potẽs ad reſoluẽdas ſupfluitates ⁊ eaſ
debite excutiẽdas iõ ad exercitia cõſequiť bonitas
digeſtionũ appetituũ ⁊ aliaꝝ opationũ intelligendo
ex tertia primi motũ voluntariũ ⁊ maxĩe toti⁹ cor
poris per quã anhelitus ſit velox ⁊ frequẽs nã ex-
ercitiũ particulare ſeu partis quãuis cõfortet partẽ
cuius eſt exercitiũ ⁊ maioret ſaltẽ in etate aliqua ta
mẽ non ita toti corpori cõfert. Ex quo pʒ ut etiam
colligitur ibidẽ exercitiũ excuſare a medicina pluri
es propť excutere ſuperfluitates que egerẽt medici
na. ❘❘ Balneis non. Nunc galie. facit ꝙ ẽ dictuʒ ⁊
continet hec ps partes duas prio facit vt eſt dictuʒ
Secundo iterato infert affo. veritatẽ ibi ſecũda ci
bus autẽ. Pars prima diuidiť i duas ſecũdũ nume
rũ duoꝝ que excludit tanq̃ inſufficientia ibi ſecũda
nec tunc farmatiis. De prima dicit gali. ſic ꝙ per
balneas nõ cõſumũtur niſi materie que ſunt vicine
cuti que ſupple apud medicũ appellaň ſubcutanee
nam materie intrinſece exiſtentes i mẽbris ſolidis
iterioribus quia ſupple i neruis muſculis ⁊c. quoni
am ſunt mẽbra ſolida ⁊ cõpacta nõ mittũtur extra
per balnea exteriora.

dubitatur primo:

❘❘ Utrũ p balneũ exterius emittaň ſupfluitates interi
ores affirmatiue arguitur auctoritate gali. quarto
affo. ɔmẽto tertio vbi videť velle balneũ euacua
re a toto. Secũdo arguitur ſic exercitiũ euacu-
at a toto ergo ⁊ balneum añs colligitur allegato cõ
mẽto ɔña tenet quia non minus balneũ calefacere
poteſt exercitio. ❘❘ Ad oppoſitum eſt gali. in com
mẽto. Reſpondẽdum ꝙ balneũ intelli põt vel ex a
qua calida artificialiter ⁊ actualiter. vel ex aqua
calida naturaliter vł artificialiter ſecũdum potẽtiã
exẽplum ſecundi ſicut eſt aqua picea aut ſulphurea
aut aqua ſalſa. Pro dubio ſit hec prima propoſitõ
balneum ceteris paribus non ita debite reſoluit ſu
pfluitates intrinſecas ⁊ extrinſecas ut debitum ex
ercitiũ propoſitio patet primo ex intẽtione noſtroꝝ
auctoꝝ loquentiũ de preſenti materia ⁊ perſuadeť
etiam ex alio quia ex exercitio debito calidũ natu
rale plus uigoratur ⁊ confortatur plus etiam equa
tur in intrinſeco ⁊ partibus exterioribꝰ balneo ma
gis de foris veniente ⁊ non ita nature ɔformi ⁊ hº
maxime in etate exercitio pportionata. nã forte in
aliqua parte infantie plus exercitio balneũ cõueni
ret vt experientia notat imo illi parti nullũ veruʒ
cõuenit exercitiũ. ❘❘ Secũdo dicendũ eſt hic gali.
maxĩe itelligere de balneo i potiori ſuo ſignificato

q appellatur balneū aque dulcis propō p3 ex cōmu ni locutione auctoꝝ absolute prolato balneo h° bal neum intelligentium patet etiā pcpō propť virtu tem eius non valde profundari cum non sit potētie multe. ¶ Tertia propositio est hec balneū actuali ter ꝛ potentialiter calidū pōt se in resolutione sup fluitatū magis profundare propō p3 propter ipsum habere caliditatē actualē ꝛ potentialē ꝛ partes ha bere penetratiuas saltē aliquot ꝛc quo secūdū vnā intentionē loquebatur galie. quarto affo. secundo allegato cōmento dum dicebat maxime si aq̄ sit pi cea vel sulfurea. Ultima propō est hec balneū extrinsecum ē a toto. i. ambitu totius euacuatiuū propositio sic persuadeť balneū tale pōt euacuādo ambire totum igitur ꝛc. nota est ꝯña añs p3 cū secū dum suam caliditatem secūdū etiā suam corpulētiā possit totū circūdare vnde subcutanea supfluitate existente disposita fiet euacuatio ꝛ resolutō que cō clusio ponit̄ cōiter ꝑ intellectu auctoritatis quarti af forismi vt dicatur balneū euacuare a toto .i. am bitu totius: ¶ Ex his ergo cōclusionibus p3 primo responsio ad obiectum primū. p3 etiā resposio ad secūdū negando ꝯñam ad probatiōnē quia ita cale fiunt ꝛc. possū declinare hoc propter balneū nō ita approximari intrinsecꝫ sicut exercitiū est etiā ꝯña declinanda nā debita supfluitatū excussio non fit a calido inquātū calidū sed etiam a calido naturali. Secūdo notādū notanter esse dictu in exterioribus balneis eo q balnee interiores interioribus ꝛ soli dis mēbris pro possibile applicate interiorē facerent resolutionem que tamen euitāde sunt propter lesio nes contingentes ex eisdē si itrīsecus assumātur:

¶ Nec tunc farmatiis. Nunc galie: facit qđ est dictū ꝛ continet partes duas. primo premittit dictū suū secundo aliqualiter probat ibi secūda. sed si quis se mel. ¶ De prima dicit q oēm humores sunt multi plicati non educibiles per balneas corpora non sūt purganda vomitu vel farmacia que farmacie sup ple solutiue uentris ꝛ factiue vomitus requiruntur raro ꝛ propter necessitatē magnā illa ergo supflua que vnaquaqꝫ die in corporibus adunāt euacuāda sunt remedia inter hec. De secūda dicit sic q si quis semel in mense vel bis voluerit caper̄ farma tiam sup. solutiuā ventris vel vomitū idest medi cinam vomitiuā erit timēdū i corporibus humores adunari nimios ꝛ nocentes reducentes corpora i ma las cōsuetudines. ¶ Notandū primo q farmatia ꝛ vomitiuū raro sunt exhibenda primo quia far matia sunt plurinū de venenosa natura vt colligi tur secūdo regiminis acutoꝝ ca. xiii. ꝛ tertia primi ca. de exercitio nocent etiam secūdū plurimū stoma cho vt p3 secūdo regiminis acutoꝝ cōmento: xii. Itē supposito q farmacia non sint nature venenose tamen etiam rem euacuant naturalē ut spūm ac re soluūt ipsū cū sint farmaca secūdū se calida ꝛ sicca. primo affo. cōmento xxiiii. ideo quātū possum⁹ vi tanda sunt propter qđ dicebat Auic. tertia primi al legato ca. auctoritate ypo. medicia purgat ꝛ iucte rat: ¶ Secūdo notādū q ex frequenti usu farma tie timendum est ne debilitata virtute mali i cor poribus aduneutur humores ne etiā corpora in ma los usus redigant̄ quia prio propter hos humores multiplicatos ueniēt corpora ad males vsus cōple xionū assuefacta etiā frequentibus euacuationibus ꝑ artem non irritabuntur ad euacuandū sine artis adiutorio frequens etiā vomitus cum sit satis ꝑter natura m stomacho eum debilitat ꝛ facit eū lacunā superfluitatum tēptantibus mēbris suas superfluita tes expellere ad loca expulsionū. quaꝫ de vomitu sententiam ponit. Auic. xiii. tertii tractatu. v. ca. de vomitu: ¶ Notandū tertio q per rem mediaꝫ inter hec intelligit exercitiū qđ est mediū iter medi cinam solutiuā uentris ꝛ vomitiuā ꝛ inter balneuꝫ nam exercitium est potentius in expellendo super fluitates intrinsecas ꝛ extrinsecas balneo est autem minus potens ꝛ agitatiuum q sit farmacum soluti uum vel vomitiuū saltem a farma.

cibus autem.

¶ Nunc galie. facit qđ est dictum dicēs q cibo dupli cem habēte superfluitateꝫ humidam ꝛ aquosā lubri cantem cibum ꝛ penetrantem alterā quasi fumosā cibo habēte aliquid nociuū nō potente assimilari cor pori a natura his ergo superfluitatibus multiplica tis die qualibet necesse est quaqꝫ die corpora mun dificari que melius mundificant in siccis cōstitutio nibus anni q̄ pluuialibus ideo bene dixit ypo: con stitutiones anni omnes quidem sicce pluuialib⁹ sūt saniores ꝛc. Notandū q cibus habet duplicem superfluitatem imediate uel mediate nā cibus i sto macho transmutat̄ in chilū. Chilus autem in epate transmutatur in quatur hūores ꝛ transmutat̄ i aq° sitateꝫ virinaleꝫ tanq̄ in res manifestas trāsmutat̄ etiā per actionem calidi in quosdā uapores ad mo dum fumorem ꝛ non sunt vere fumi cū ver⁹ fum⁹ causetur quasi a caliditate ignea. aquositas vero virinalis secūdum maiorem quātitatem transit ad vesicā. secundū partem aliquam cum sanguie trā sit vt ipsum ad corporis profunda faciat profūdar̄ ꝛ postq̄ exercuit suum officium eget expulsione sig nū huius q ipsa cū sanguine transeat quia facta flo botomia apparet aquositas cum sanguine. fumosa vero superfluitas non vtilis corpori secūdū parteꝫ expellitur sensibiliter ꝛ secūdum aliā eget resolutio ne que superfluitates non assimilantur corpori non primo aquositas semper sui simplicitatem nec etiā fumositas propter simile aut etiā propter qualita tes inconuenientes: ¶ Secundo notādum q non so lum propter excussionē haꝝ superfluitatū egent cor pora mundificatione immo etia propter excussionē aliaꝝ superfluitatum quarte digestionis multiplica tarum in ambitu totius sicut terrea sordes aut eti am secundum particulares partes. quia tamen pri me erat cōmuniores ꝛ plus egentes hac mūdificati one ideo has explicuit galienus.

secundo dubitatur utrum constitutio

nes anni sicce sint pluuialibus saniores. negatie ar guitur sic Autūpnus humidus ꝛ pluuiosus sicciori sanior est. igitur pars negatiue vera consequentia nota quia Autūpnus est aliqua anni constitutio añs patet secunda primi doctrina secūda ca. vi. in fine sūmitur etiam añs tertio affoꝝ. cōmento nono. ¶ Secundo sic aer siccus est paratus facere omnē egri tudinē preter ptisim ergo constitutio sicca nō est sa nior humida colligit̄ añs ex cōmēto sequētis affo.

ꝯña tenet quia propter pluralitatem morboꝝ nõ diceтur sana cõstitutio imo egrotatiua. ¶ Tertio sic in constitutione sicca multiplicantur peiores humores ꝙ in humida igitur constitutio sicca peior cõsequentia videtur apparens añs pꝫ quia in cõstitutione sicca multiplicatur colera aut melancolia in hũida vero fle* aut sanguis qui minus mali sũt colera ⁊ melancolia. Quarto sic non minus põt labi corpus per cõstitutionẽ siccã quã per humidã gº nõ minus egrotatiua est sicca constitutio humida nota est ꝯña quia stante paritate lapsuũ ⁊ pari facilitate ad labendũ stabit etiaꝫ par egrotatiuitas pꝫ antecedens propter corpus humanũ mediare inter siccũ ⁊ huidũ ⁊ propter siccitatẽ non minus agere hũiditate. ¶ In oppositũ ẽ ypo. i parte pria affo. xvi. Pro dubio teneat hec cõclusio pria ceteris paribus cõstitutiones anni sicce sunt absolute dicẽde hũidis saniores probatur cõclusio ex dictis ⁊ notatis in cõmento sic in constitutione sicca pauciores morbi materiales ⁊ rarius cõtingunt igit̃ colligit̃ añs ex cõmto quia propter siccitatem paucificantur supfluitates ⁊ hũores consequẽtia tenet quia morbi secũdum plurimũ contingentes sũt morbi materiales. si igit̃ rõne hoꝝ sicce constitutiones sunt saniores absolute sunt dicende saniores ¶ Secũda cõclusio est hec licet respectu morboꝝ pluries cõtingentiuꝫ sicce sũt hũidis saniores respectu tamẽ spiritualiũ morboꝝ materialiũ dici possũt magis egrotatiẽ hoc persuadetur sic minus ĩprobabile est quorũdã morboruꝫ materias reperiri in cõstitutione sicca ꝙ huida igit̃ ꝯña videt̃ apparens satis añs pꝫ naꝫ primo minus ĩprobabile est materiã siccaꝫ reperiri in constitutione sicca ꝙ in hũida. Tertia cõclusio que ẽ alberti ⁊ tacta aliqualiter in textu est hec. respcũ morboꝝ inmaterialiuꝫ sicca constitutio põt humida eẽ egrotatior pꝫ propositio nam ad causandũ ethicaꝫ ⁊ plures morbos ĩmateriales prõptior est sicca constitutio ꝙ humida p suã cõsũptionẽ taliuꝫ effectiuaꝫ ¶ Quarta cõclusio est hec licet pluribus corporibus minus noceat cõstitutio sicca quã hũida respectu tamẽ quorũdã plus nocet sicca. propositio psuadetur si enim sumantur corpora sicca multũ lapsa naturali aut preternaturam notũ est ꝙ sicca constitutõ plꝰ nocet eis. Quinta conclusio est licet affo. pria ps verificet̃ quãtũ ad qualibꝫ constitutionẽ anni maxime tam̃ põt intelligi de constitutione anni naturaliter humida propõ persuadet̃ sic constitutio naturaliter hũida minꝰ distempatur per siccitatẽ quã per humiditatẽ declaro añs quia per siccitatẽ mouetur plus ad naturã tẽporis tẽperati per hũiditatẽ autẽꝫ fit continue distantior. isto posito pꝫ solutio ad obiecta. ¶ Ad primũ dico ꝙ per autũpnũ hũidũ ⁊ pluuiosũ non intelligit Auic. autũpnũ distẽperatũ in humiditate sed in quo apparent multe pluuie contẽpãtes siccitateꝫ autũpni ac etiaꝫ ex estate reseruatã q̃ ẽ autũpnus tẽpatus de quo etiã loquit̃ galie. 3º affo. cõmento nono dicto vel est dicẽdũ ꝙ autũpnus siccus est egrotatiuior propter dispitatẽ siccitatis duplicit̃ ĩ eo existiente ex parte precedentis estatis primo ⁊ secũdario ex pte sui lapsus pria solutõ ẽ melior. Ad obiectũ ad secũdũ pũctũ ꝙ aer siccus ẽ paratus facere omneꝫ morbũ ad sensum qui dabitur affo. sequenti ⁊ eius cõmento preter ptisim. tamen stat ꝙ absolute aer siccus sit hũido sanior ¶ Ad tertiuꝫ in constitutione sicca multiplicant̃ peiores hũores hic dicere possum concedendo sed quia multiplicantur in quantitate pauca regulabiles a virtute iõ morbi pauciores cãnt̃ vel dicẽdũ ꝙ licet de p se et merito siccitatis aeris peiores humores causentur in aere sicco tamẽ pro quãto in aere sicco cõsumũt̃ superfluitates ⁊ calidũ naturale vigoratur in hũido vero reuertitur ⁊ ebetatur calidũ iõ contingit peiores hũores multiplicari in aere huido. Ad quartã nõ minus cõuenit corpus ⁊c. declino ĩmo dico ꝙ cũ ĩ corpore hũano dominet̃ huidũ facilius labetur ad hũiditatẽ per aerẽ humidũ. ¶ Ad probationem oppositi quia corpus humanũ est mediũ. Respondeo ꝙ corpus huãnũ nõ est mediũ per equidistantiaꝫ sed mediuꝫ ut sic dicã pro abnegatõꝫ extremorũ. Itẽ dicendũ ad ꝯñaꝫ ꝙ quãuis alteretur eque cito ad siccũ sicut ad hũidũ de per accidens tñ plus egrotare potest per constitutionẽ hũidã ꝑpter multiplicationeꝫ materie hũoralis.

¶ Tertio dubitatur utrum constitutioẽs sicce anni sint minus mortifere hũidis. Negatiẽ arguitur sic in constitutione siccã multiplicant̃ morbi acutiores igitur añs colligitur ex affo. ⁊ cõmto octauis tertii huius ꝯña tenet per noticiã morboꝝ acutoꝝ Secũdo arguitur siccitas plus cõtrariatur uite ꝙ opponatur humiditas igitur cõstitutio sicca peior ꝯña videtur apparens pꝫ assũptũ quia uita stat ĩ hũiditate ut vii. quarti tractatu quarto ca. primo de causis extenuationis ad fineꝫ. ¶ Tertio sic fortiores putrefactiones causantur in sicca constitutõe quã hũida igitur magis mortifera ꝯña videt̃ apparens añs patet propter acuitatẽ calidi. In oppositũ est secũda pars affo. Pro dubio dictis cõformiter respondendũ ꝙ absolute cõstitutiones sicci sunt minus mortifere ꝑpositio prĩo colligit̃ ex cõmento ⁊ affo. secundo ꝑbatur ex hoc ꝑpter nõ multiplicari ĩmo cõsumi materias hũorales ⁊ ꝑpter virtuteꝫ plus posse supra materias. ¶ Secũda propõ ẽ hec sicce cõplexiones respectu quorũdã morboꝝ ⁊ quarũdã cõplexionũ sunt huidis magis mortifere patꝫ ꝑpõ quãtũ ad partẽ primã quia respectu etice ⁊ tabe sicce sunt magis mortifere respcũ etiam siccaruꝫ cõplexionũ valde lapsarũ naturaliter aut preter naturam sicce sunt magis mortifere Tunc pꝫ respõsio ad instantias. Ad primã morbi acutiores causãt̃ in constitutione sicca hic dicere possũ ꝯñaꝫ negando ⁊ causa est quia quãuis in cõstitutione sicca causent̃ isti morbi ⁊ secũdũ plurimũ morbi qui causant̃ sũt tales quia tamen raro causant̃ pluries autẽ ĩ hũida cõstitutione causantur ideo stat humidã esse magis mortiferã. vel dicẽdũ ꝙ licet de per se morbi acutiores fiant in tẽpore sicciori de facto tamẽ ⁊ p accidens quia multiplicata materia ⁊ non regulata a virtute debite acutiores causantur tẽpore humido vel dicendum tertio ꝙ supposita debita qualitate materie acutiores tẽpore sicco causabunt̃ sed quia pluries in tẽpore sicco pauca est multa uero in humido. ideo stat huidũ magis esse mortiferuꝫ ⁊ stat fortiores putrefactiones causari tẽpore humido. Ad secũdã siccitas plus opponit̃ ⁊c. concedo de p se tamen de per accidẽs plus est cõformis uite cuꝫ ad

cõſũptionẽ hũiditatis a ſiccitate cõſequaẽ vite melioratio ſicut etiam frigiditas de per ſe plus opponiẽ vite de per accidens tamẽ naturale uigorãdo calidum eſt cauſa meliorationis corporis vt patet prio affo. cõmento. xvi.

Egritudines uero in pluuialibus quidem et multum fiũt et febres longe et uẽtris fluxus et putredines et epilenſie et apoplexie et ſquinantes. In ſiccis uero fiunt corruptiones ptiſis obtalmie arthetice ſtranguirie diſſurie.

Preſens affo. cõtinuatur ſic ad p̃cedẽtẽ poſtq̃ ypo. i affo. precedenti cõpauit ſiccas cõſtitutiones humidis nõ deſcendendo ad ſpeciales morbos in preſẽti affo. cõpationẽ ponit inter pluuiales ſiue humidas cõſtitutiones ⁊ ſiccas penes euẽtũ ſpaliũ morborũ ⁊ diuiditur i duas ptes Nam prio tangit morbos i humidis cõſtitutionibus euenientes. Secũdo tãgit morbos in ſiccis cõſtitutionibus eueniẽtes ibi ſecunda in ſiccis vero. Pria in duas prio ypoc. p̃mittit aptitudinẽ tẽpoꝝ humidoꝝ ad morbos generandos ſecũdo quoſdã ſpeciales morbos explicat in hũidis tẽporibus cõtingentes ibi ſecũda: ⁊ febres longe. i pria vult iſtã cõcluſionẽ in tẽporibus pluuialib⁹ fiunt multociens morbi cõcluſio probaẽ ſic illis tẽporibus fiunt morbi multociens in quibus multiplicaẽ tur ſuperfluitates. ſed hoc eſt in tẽporibus pluuialibus ſiue hũidis igitur maior eſt nota pꝫ minor ex cõmento habito. cõcluſio ſic in lr̃a ponĩ certe multotiens fiunt morbi ſupple in temporibus pluuialibus. Et febres longe. Nunc facit qđ dictũ eſt ⁊ vult hãc cõcluſionẽ in temporibus pluuialibus fiũt febres ꝓlixe fluxus uentris putredines epilẽſie appoplexie ⁊ ſquinãtie. cõcluſio probatur ſic illo tpe fiunt hii morbi quo tempore reperiuntur cãe ſufficientes ſed in tẽporibus pluuialibus reperiuntur cauſe ſufficientes ⁊c. maior eſt nota minor declarabiẽ in cõmento cõcluſio vero ſic explicatur in lr̃a in tẽporibus pluuialibus fiunt febres longe fluxus ventris putredines eplĩe appoplie ⁊ ſquinantie.

In ſiccis uero:

Nunc facit qđ dictũ eſt ⁊ vult hãc cõcluſionẽ ꝙ in conſtitutionibus ſiccis fiunt cõſũptiones ⁊ ptiſis obtalmie artetice ſtranguirie ⁊ diſſinterie: cõcluſio ꝓbatur ſic illis tẽporibus generantur hii morbi i quibus reperiuntur cauſe ſufficientes ⁊c. ſed in ſiccis tẽporibus reperiuntur igiẽ maior eſt nota minor ſimiliter habetur ex cõmento cõcluſio ſic in lr̃a explicaẽ in ſiccis fiunt hii ⁊c. vt dictum eſt: Pro affo: p° eſt notanda eius cõcordia que exp̃ſſe habeẽ. xvii. continentis cap. de aere põt etiã trahi ſententia ſecunda primi doctrina ſecũda ca. vi. cuius initium aer calidus. Secũdo eſt notãda vtilitas ⁊ neceſſitas affo. eſt enim vtilis quãtũ ad actũ pronoſticuꝫ docemur enim ex preſenti affo. quedã corpora preſeruanda eſſe ⁊ humida in pluuiali tempore ſicca i ſicciori tẽpore: Secũda etiã habeẽ neceſſitas cuꝫ enim in prehabito affo. cõpauerit ſiccas ꝯſtitutões humidis ne forte credatur ſiccas fore omnino ſanaſ ut etiã cõprehenderenẽ ſpãles morbi his tẽporibus contingentes fuit expediens proponere p̃ſentẽ affo: Tertio ampliatur affo. non ſolũ enĩ affo. cõtinet veritatem de morbis imo de neutris diſpoſitionibus ac etiã lapſibus quibuſcũq; materialibus aut imaterialibus factibilibus i tẽpore humido ⁊ ſicco. Quarto notandũ ypo. per egritudines maxie itelligere materiales ut colligi põt ex ꝯmẽto p̃lecto que contingũt ideo quia ſupfluitates ⁊ humores augenẽ Quinto notandũ ꝙ licet tpa pluuialia poſſum⁹ itelligere tempora que ſunt pluuialia ſecũdũ naturam ex ſententia tamẽ galieni p pluuialia intelligam⁹ tẽpora multis pluuiis habundantia ⁊ hũida preẽ naturã eo ꝙ tẽpora pluuialia tẽpate appellanẽ ſana ⁊ non egra. Sexto notãdũ notanter eſſe dictum ut multis fiunt ad denotandũ ꝙ non fiunt ſemp nec i quibuſcũq; corporibus ſi corpora enĩ bene regãtur ſe poterũt ab his defendere morbis ad denotanduꝫ etiã tẽpora pluuialia quãtũ eſt de ſe ẽe multũ egrotatiua. Septimo notãdũ ꝙ per ſiccas cõſtitutões habemus etiã intelligere conſtitutiones ſiccas p̃ter naturã licet etiam ſicce ſecũdũ naturã diſponant ad has egritudines producendas tamẽ ſicce preter naturam ſunt amp̃. productiue iſtaꝝ maxie uerificaẽ pars p̃ma ſi tẽpora pluuialia ſecũdũ naturã ſiãt pluuialia preter naturã de aliis poteſt intelligi affo. q̃uis non ita clare.

Longe febres:

Galie. cõmentando preſentẽ affo. tria facit. Primo cõmentatur primã partẽ ſecũdo ſecũdã tertio ypo. excuſat a quibuſdã defectibus ſibi iponibilibus ibi ſecũda i ſiccis inquit ibi tertia. nõ autẽ eſt ypo. redarguẽdus. primo continet tot partes quot diſpoſitionũ tangit exponẽs. primo enĩ exponit ⁊ verificat hãc parteꝫ febres longe. Secundo hanc uentris fluxus tertõ hãc putredines. quarto hãc eplĩe ⁊ appoplie: quito hãc ⁊ ſquinantie ibi ſecũda vnde fluxus uentris. tertia ibi cum autem putredines ibi quarta epilentici quitã ſquinantie aliquãdo. prima in duas. p̃mo galienus facit qđ eſt dictum. ſecũdo infert quales febres q̃ in ſiccis tẽporibus generenẽ ibi ſecũda ſicut ⁊ i tẽporibus. p̃ma in duas ſecũdũ ꝙ duabus ex cauſis verificat partem ibi ſecũda uel quia humores. De prima dicit ſic ꝙ ſine dubio fiunt i temporibus pluuialibus febres longe ꝓter multas ſuperfluitates que longo tẽpore diſſoluuntur ſiue ſupantur. Notandũ primo ꝙ licet de p ſe febris non cõſequatur humiditatẽ quia eſt caliditas preter naturã cui ſiccitas aſſociatur. tamen de per accidens ad multã humiditatẽ p viam ꝓhibite tranſpirationis aut per viam putrefactionis põt conſequi febris. Secũdo notandũ ꝙ febris longitudo intelligiẽ reſpectu febris terminabilis in p̃ma quarta aut ſeptima uel xiiii. vel ad plus terminabilis in. xx. Tertio notandum ꝙ nimie humiditates faciunt febrẽ ſalubrem longã ſed febrẽ mortalẽ faciũt eſſe breuẽ ad hunc ſenſum ꝙ vbi virtus ſuccũbat morbo quanto materia erit amplior tanto morbus breuior plus potente aliis paribus multa materia ſupra uirtutẽ

ꝙ pauca. Quarto notãdum ꝙ hec lr̃a dissoluentes potest exponi dupliciter vno modo dissoluētes idest debilitantes uirtutem vt hic sumatur dissolutio ꝓ quacūqȝ debilitatione ⁊ erit sensus partis ꝙ febres fiunt longe propter multas humiditates vt debilitantes virtutē longo tēpore anteꝙ̃ sanet̃ corpus: Secundo potest sic exponi vt dissoluentes .i. dissolutione ⁊ remotione egentes longo tēpore vt enim digeratur multa humiditas ac expellat̃ lōguʒ tempus requiritur. Quinto notandū has febres maxime contingere corporibus secūdū cōplexionem vel etatem vel secundū sexum apparatis vt flegmaticis aut etiã mulieribus ⁊c. quãuis etiã aliis cōtingere possint propter has constitutiones. Uel quia humores. Nunc facit ꝙ est dictum dicens ꝙ causantur febres longe vel quia flegmatici hūores sunt frigidiores in tēporibus pluuialibus. Notãdum primo ꝙ quãuis tēpus tm̃ pluuiale sit moderatum inter calidū ⁊ frigidū per suam tamen hūiditatem calidū ebetantem naturale est cã vt humiditas flegmatica de natura aque existēs reducat se ad maiorem frigiditatem. Secūdo notãdū ꝙ flegma frigidius facit febrem longiorem quia minus cito pōt digeri a caliditate naturali ⁊ insensibiliter aut sensibiliter expelli. Sicut ⁊ i tpe. Nunc facit qȫ dictum est ⁊ dicit ꝙ febres longe fiunt ⁊c. sicut in temporibus siccis fiunt febres acute ⁊ breuissime ex colericis humoribus. Notandū ꝙ in tēpore sicco ⁊ tēperato inter calidum ⁊ frigidū ꝓpt̃ siccitatē ex acuto calido multiplicatur colericus humor faciens febrē acutam quia cum difficultate accidentium propter actiuitatē colere fiunt etiã breuissime febres propter citã actionē colere ⁊ sic etiã propter citam reactionē nature vnde breuit̃ consequit̃ salꝰ aut mors aut etiam propter citã resolutionē colere aut vltimo propter eius paucitatē siccitate paucificante humiditates ut patuit dicto cōmento. Unde fluxus. Nunc gali. facit qȫ est dictū dicēs ꝙ clarum est videre qua de causa causet̃ fluxus uētris in nimia pluuia quia humores super habundantes aliquomodo sunt purgandi. Notandū ꝙ in nimia pluuia causatur fluxus ventris hūoralis quia diaria ⁊ maxime fluxus flegmaticus eo ꝙ flegma i nimia pluuia maxime multiplicatur maxime etiam expellendū per viã aptiorem quia ꝑ intestina multiplicatum etiam ualde circa stomachū ⁊ intestina quãuis etiã fluxum ex aliis hūoribus fieri contingat causatur etiam fluxus ventris dictus lienteria seu fluxus cibalis deficiente propter nimiã humiditatē cōtētiua virtute stomaci ad retinendū cibum ⁊ currēte etiã defectu digestiue vt nō trãsmutet debite cibū et tãdē hic fluxus lientericus causetur de dissinteria vero dicetur loco suo. Secundo notãdū ꝙ per hūores quoquomō esse purgandos vult gali. causabilē eē fluxum vētris pro quanto maxīe purgãdi sūt per illam regionem prīo hūoribus sua grauitate inferiora petētibus secundo etiã sua grossitie ⁊ corpulētia latiorē ⁊ aptiorē uiam expetentibus.

Cum aūt. nūc facit galie. qȫ dictū est dicēs ꝙ cum putredines citius fiant aut certius secūdū aliquam litterã in hūidis tēporibus sicut plures facte in hiis tēporibus curande sunt ⁊ remouende. Notandū ꝙ quãuis i tēpore sicciori calidū sit acutius ꝙ̃ i tpe hūido quia tamen potentius est ad debite regulãdū hūiduʒ in tēpore vero hūido hūiditas tegit caliduʒ ineptū debite regulationi ideo citiores ⁊ certiores plures in tēpore humido putrefactiones causant̃. si vero in tēpore sicco cōtingit fieri putrefactionē ista erit acutior ꝙ̃ in tēpore humido ut colligitur ex ꝑte prehabita. Epilēsia ⁊ appoplexia. facit gal. ꝙ est dictū dicēs ꝙ patientes epilensiã ⁊ appoplexiam sine dubio sunt flegmatici ideo epilensia ⁊ appoplexia habundant in tēporibus humidis Primo notandū ꝙ licet epilensia ⁊ appoplexia fieri possint non solum ex flegmate vt pȝ prīa tertii quia tamē secundū plurimū ex flegmate contingere possūt .iō epilenticos ⁊ appopleticos dixit sine dubio eē flegmaticos secūdū plurimū flegmaticos inꝙ̃ quia flegmate ꝑ̃ter naturã habundantes ⁊ non solū flegmaticos secūdū naturã ideo sequitur hos morbos generari in temporibus humidis multiplicatis eaꝝ materiis vt flegmatibus siue etiã hii morbi sint ꝑ propriam eēntie cerebri lesionē siue sint per cōmunicationē materieꝝ a stomacho vel mirach ut aliquando causetur eplĩa stomatica aut mirachia Squinantia aliquando. Gali. facit qȫ est dictuʒ : dicens ꝙ aliquando causatur squinantia ex hūoribꝰ adunãtibus se in gutture ⁊ aliquando ex hūoribus descendentibus a capite ad guttur: Cum ergo i nimia pluuia adunentur humores i gutture ⁊ maxime descēdant a capite ⁊ de mēbro discurrãt in membruʒ iō ex nimia pluuia causantur squinantie. notanduʒ squinantiã eē apostema gutturis. notãdū etiaʒ guttur esse locū vl̃ spaciuʒ prope meri ⁊ canam pulmonis cuius notitiaʒ habere possumus tertio pronosticoruʒ a gali. satis ad principium. Secūdo notandū squinantiã multipliciter diuersificari posse ex ꝑte ruboris seu tumoris ex parte doloris seu difficultatis anhelitus ut pȝ tertio pronosticoꝝ. Ex parte etiam situs quia quedã est cum exteriori eminentia ⁊ quedaʒ non. ex parte etiã materie quia quedam ex sanguine quedaʒ ex flegmate ut pȝ. viiii. tertii capitulo de ꝑ̄focatione pōt etiã distingui squinãtia ex parte morbi generationis eius nam quedaʒ generantur ꝑ viaʒ paulatine congestionis materie in gutture. Quedã per viaʒ defluxus ad propositū ꝙ̃uis modis aliis distinctaʒ squinantiã in nimia pluuia fieri contingat ipsaȝ tantū modis distinctã cōmunioribus in littera gali. explicat. In siccis īquit. nunc gali. facit ꝙ est dictū ⁊ continet hec pars duas partes. Prīo ꝑ̄mittit litterã secunde partis affō. Secundo exequitur exponēdo ibi secūda Si aūt audereʒ. de prima dicit ypo. dicer̃ consūptiones arteticas stranguirias ⁊ dissinterias fieri in cōstitutionibus siccis. notandū ꝙ hec littera ⁊ ptisis pōt dupliciter legi. vno modo ad mentē gali: vt li ⁊ stet expositiue vt intelligant gali. ⁊ ypo. per cōsūptiōes .i. ptisis Et hanc sententiã uidet̃ voluisse gali. solum ponens cōsūptiones ⁊ exponens ptisim . secūdo pōt sumi li ⁊ copulatiue vt per cōsūptiones ītelligit cōsūptiones totius corporis a quacūqȝ causa ꝓueniãt ꝑ ptisim uero ītelligat cōsūptionem particularem aut a particulari causa procedentem. prima expositio est magis ad mentem gali. Si aūt. nūc facit qȫ est dictuʒ ⁊ primo exponit hac partem ptisis. secundo exponit hanc partem obtalmie. tertio hanc

partē artetice. quarto hanc partem strangurie q̄n to hāc partem dissinterie. ibi secūda si vero obtalmie. vel ibi vnde ꝛ quidā per ptisiȝ. tertia ibi artetice. quarta ibi de strāguiria quoq;. ibi quinta quicquid autē de stranguiria. prima pars secūdū p̄maȝ assignationē partiū diuiditur in duas. primo galie. facit q̄d ē dictū ypo. aliqualiter reprehendēdo secūdo ex expōne quorūdā saluat ypo. ibi secūda unde ꝛ quidā. de prima dicit sic ꝙ si auderet diceret ypocratem obmisisse quedā seu negligenter posuisse dū dixit propter siccitatē causari ptisim. nā ptisis dupliciter causatur vel propter frigiditatē nimiaȝ rūpentem venas ī istris anhelit⁹ quia su. i pectore uł pulmone aut propter caliditatē ꝛ humiditatē ꝑpter quas humores adunantur in capite ꝛ descendentes ī pulmonē ꝛ ipsū corrodentes facti acuti per putrefactionē su. faciūt ptisiȝ. sed aer siccus naturaliter se habens in calido ꝛ frigido omnibus morbis generandis est apparatus sola ptisi excepta ¶ De secūda dicit ꝙ ideo sup. quidā volentes saluare ypo. ītelligūt per ptisi oculoꝝ cōsūptionē ac si dicat ypo. ꝙ morbi nascentes in siccis tēporibus sūt obtalmie ꝛc. i. obtalmie deueniunt ad oculoꝝ cōsūptionem deficiente nutrimento oculis ꝛ oculis factis macilentis ꝛ plus exsiccatis q̄ nature cōueniat ꝛ cōueniat hoc oculis stantibus etiā strictūris pupillarū uel ꝑpter desiccationem humiditatū gelidaꝝ seu cōgelatarnȝ uel humiditatū euagandaꝝ idest fluidaꝝ De 3ᵃ quia habet cōtinuitateȝ cum ista dicit sic ꝙ si intelligantur obtalmie fieri taliter sup. ut est dictum. scȝ considerari eas esse siccas tamē nos dicimus ante dū loquebamur de siccitate aeris qualiter intelligitur obtalmia sicca ꝛ est tactū hoc cōmento xiii. illi⁹ afforismi si vero austrina. ¶ Artetice que. Nūc ga. facit q̄d est dictum dicēs ꝙ īpossibile est ex siccitate aeris causari arteticas propter defluxum humorū ad iuncturas seu concatenationes mēbroꝝ ꝛ iō necesse est inuestigari quare dixerit arteticas causari in siccis tēporibus nam cū aer nimiū desiccat humiditas iuncture cōsumitur unde mēbra nimiū desiccata duriter seu difficulter uoluntario motu mouētur. ꝛ hec est cā doloris mēbroꝝ scȝ duricies iuncturarum ꝛ grauis plicatio hic tñ dolor nō credit esse arteticus. aliqui tamē omnē dolorē iuncturarū seu cōcatenationū vocāt arteticū ꝛ sic intelligi pōt. Sȝ nos inuenimus ypo. taliter dixisse secūda particula epidimiarū homines athenaꝝ cōmederūt legumia ꝛ inde debilitati sunt eoꝝ pedes vnde ex fame orobum cōmedētibus secutus est dolor genuuȝ quē nō noiauit ypo. arteticū ꝛ si sophiste nos redarguant ū debentes noiare doloreȝ arteticū in qualibet vna iunctura cōtingentē sed existentem ī multis ꝛ diuersis iuncturis etiam potest accipi dolor arteticus vt ipsi dicūt: De strāguiria ¶ Nūc galie. facit q̄d ē dictū. ꝛ primo premittit causas quibus in siccitate causari potest stranguiria. secundo infert in quāia siccitate aeris debet causari stranguiria. tertio tangit causas imediatas stranguirie: quarto infert ad multiplicē cōplexionalem lapsuȝ stranguiriā posse sequi ibi secunda sed qui naturas aeris tertia ibi ꝙ si sic ibi quarta cōplexiones autē. De prima dicit etiam idem intelligendū esse de stranguiria ꝙ sup. de artetica dictū est quia supple in siccitate aeris nō patiuntur stranguiriā propter defluxum humoruȝ ꝛc. Sed stranguiriā in siccitate tribus patiuntur ex causis tantum. s. ultima ta siccitate caliditate ꝛ frigiditate quarum nulla noiatur hic. ¶ Sed qui. nūc galie. facit q̄d est dictum dicens ꝙ inuestigare volens naturam aeris quocūq; tēpore anni intelligat ꝛ videat an aer sit vltime siccus aliter operās in frigidis corporibus aliter in calidis. aliter in humidis ꝛ aliter in siccis ꝛ similiter diuersimode operans in lapsibus compositis quia aliud in calidis ꝛ humidis ꝛ aliud in aliis ꝛ sic supple ī mēbra distinctaꝝ complexionū distinctaȝ producet operationē unde vesicaȝ mēbrū frigidū ꝛ siccum ad siccitatē valde poterit alterare. Quod si sicut oportet ¶ Nunc facit quod est dictū dicens ꝙ cum tu inuestigaueris secūdum ꝙ oportet inuestigare sup. circa causas ꝛ essētiam stranguirie poteris scire quid seu ad quid dixerit stranguiriā. stranguiria enim nascitur vel propter acuitateȝ vrine vel propter defectum virtutis retentiue in retinendo urinā qui defectus ex defectu cōplexionis uirtutis retentiue ꝛ notetis hāc ꝑtem stranguiria ergo usq; ad finem partis. ¶ Complexiones. Nunc gali. facit q̄d est dictuȝ dicēs. ix: esse cōplexiones quia supple vnā tēpatā ꝛ octo lapsas vel octo esse cōplexiones scilicet lapsas naturales quarū unaquaq; deficiente quia multū lapsa preter naturā virtus contentiua deficit ut causet stranguiria acuitas vero vrine causat ex corruptiōe cōplexionis idest a lapsu cōplexionis ꝛ maxime calide uel humide tantum. causāt etiam ex uulneribus accidentaliter vesice contingentibus ꝛ ex apostemationibus. s. uesice ꝛ ex mala dicta acuēte vrinā uel qūolibet debilitāte contentiuam presens tamē intentio erat de qualitatibus aeris quomodo causent stranguiriam. ¶ Quicquid autem. nunc gali. facit q̄d ē dictum dicens se dicere de dissinteria quicquid ē dictum de stranguiria: nec tamē absolute in sicco tempore dissinteria dicitur aduenire sine tenore quodā idest sine tenore ꝛ suppōne quorūdā ut supponēdo primo aerem esse ultime siccū demū calidū ꝛ frigidum alia lrā habet dissurie dicā de hoc in dubio

Non ē. nunc gali. facit q̄d est dictuȝ dicēs ꝙ ypo. in his dictis de ptisi stranguiria ꝛc. non est redarguendus quia primus est qui hāc scientiā tradidit. medicine que scientia latissima est ꝛ profundissima vnde non mirandū si nō certificauit aliquas res sicut sunt certe certificande sed potius mirandum de diosilo atq; museo alisq; pluribus ypo. rectā ꝛ certam uiam experimentis sequi volentibus melius ꝛ magis necessarium inuestigare debentibus quia qualitates aeris ut ex tali inuestigatione uenirent ad certum finem quia ad finalem cognitionē quaꝝdam dispositionū producibilium in quibusdā tēporibus cū penitus nil dixerint de ipsis tamen si deus omnipotens hoc opus explere permiserit quia commentationem libri affoꝝ. faciemus de hoc speciale opus.

¶ primo dubitatur utrum ptisis possit causari in aere sicco: affirmatiue arguitur sic ptisis est morbus proportionatus siccitati aeris ergo consequentia tenet quia in temporibus causant morbi

proportionales .⁊ colligitur in hoc tertio cōmento
secundo illius affo. Egritudines quidem p3 añs qa
ptisis nō est aliud q̄ consūptio corporis ⁊ exsiccatio
Secundo arguitur sic siccitas aeris augmētat ptisi3
igitur colligitur añs tertio huius affo. xi. nā autūp
nus ptisicis malus tēq̄ augmentatiuus ptisis conse
quentia tenet quia illud qd̄ est augmentatiuū ptisis
si intendatur poterit facere ptisi3. ¶ Tertio sicci-
tas aeris pōt eē cā vlceris pulmonis ergo ⁊ ptisis cō
sequentia videt̄ nota cum ptisis natura cōsequatur
vlcus pulmonis añs p3 talem supponendo casu3 q̄
aliquis naturaliter habeat hūores valde acutos ter
minatos in sua acuitate exclusiue ad acuitatē humo
rū vlceratium supponatur. secūdo ex sola siccitate
aeris humores fieri acutiores qd̄ secūdū colligit̄ ex
primo principio cōmenti supponat̄ tertio q̄ in tēpo
re sicco fluant aliq̄ue hūiditates catarrales ad pul-
monem. Istis presuppositis arguat̄ sic ad pulmo
nē fluunt humiditates corrosiue igit̄ pōt fieri vlcus
pulmonis consequentia probabilis est añs p3 ex ca
su deducendo. ¶ Quarto arguitur sic ex frigidita
te pōt causari ptisis igit̄ et siccitate añs est galieni i
cōmento cōsequentia tenet propter siccitatē esse i tā
tu3 induratiuā arterie seu vene ut nō minus fran-
gatur vena vel arteria q̄ a frigiditate cōsequentia
tenet etiā propter siccitatē in corpore nō minus intē
sa3 apparere posse q̄ frigiditatē vt p3 in ethico et
cōsūpto. Ad oppositū est galie. in commento.
¶ Pro dubio supponendū prio ptisim aliquādo sumi
cōiter pro cōsūptione ad quācūq3 causā cōsequat̄ su
mi etiā aliquādo proprie pro cōsūptione totius cor
poris vlcus consequente pulmonis. Secūdo eti
am premittedū vlcus pulmonis posse cōsequi cau-
sam primitiuā ⁊ exteriorem imediate vlcerantem
seu vulnerante3. aut consequi fracturā vene pecto
ris vel pulmonis ex nimio motu quolibet fracta ue
na. vnde fluente sanguine ad pulmonē aut partem
sibi propinquā ⁊ putrente ibidē pulmoni consequit̄
corrosio ⁊ putrefactio. causatur etiam a cā intrinse
ca quia propter defluxum catarri acuti colerici aut
propter defluxū sanici ex pleuresi ad pulmonem.
aut propter periplemoniā aut propter catarrū fleg
maticū salsum seu baurachiū corrodentē ⁊ vlcera
te3 pulmonē aut causatur etiā fractura vene vel ar
terie propter indurationē vene vel arterie vt fiat
inobediens debite dilatationi vel extensioni ⁊ tan
dem frangatur aut propter nimiā repletionē vt col
ligit̄ primo huius cōmento tertio aut propter acui
tatem sanguinis apperiētē vena℞ orificia. ¶ Ter
tio premittendū dū ypo. ponit aliquos morbos in
aliquo tēpore causari vel non causari hoc intelligē
dū. i. sūt apti causari secūdū plurimū ⁊ per se meri
to tēporis vel non sūt apti taliter causari. . Iux
ta premissa sit hec conclusio prima a siccitate aeris
pōt causari ptisis primo mō sūpta probari pōt sic a
siccitate aeris potest causari totius corporis cōsūp-
tio ergo cōsequentia nota est per noticiā ptisis prio
mō sūpte añs p3 cū siccitatis de per se sit humidita-
tem desiccare ⁊ cōsumere aucta ergo valde siccita
te totius corporis consumptio cōsequetur. ¶ Secū
da conclusio hec a siccitate aeris de per se non cōse
quitur ptisis modo secundo sūpta hec propō sit pro
intellectu galieni persuadet̄ etia3 sic ex causa. quia
primo siccitatis de per se nō est facere defluxū hūi-
ditatū ad quē pulmonis vlceratio cōsequat̄ immo
eius potius est humiditates consumere defluxiuas
vt colligitur cōmento. xvi. Cōstitutiones vero an
ni siccitatis etiā non est in tātu3 vt plurimū indurat̄
arteriā ut in motu frāgatur. vnde videmus corpo
ra ethica ⁊ thabida nō icurrere hanc vena℞ fracti
onē cū tamen sit exsiccata valde. Tertia propositō
est hec ex siccitate aeris potest causari vera ptisis
propō p3 primo ex casu vel rōne ante oppositu3 in
corpore etiā habente venas valde siccas ⁊ exiles
vt ex levi indispositione frangant̄ tūc eni aucta sic
citate fractio consequetur Itē propter siccitatē po-
ros cutis corrugante3 extrinsecus contingēs est per
viā constipationis hūo℞ fieri defluxū pulmonē tan
dē vlcerantiū. ¶ Quarta propositio est hec abso-
lute dicendū in constitutione sicca nō fieri ptisi3 pro
positio hec probat̄ per cōclusionē secūdā adiūcto ul
timo notato. Isto concluso p3 responsio ad obie
cta ante oppositū ad primū ptisis proportiōalit̄ con
stitutioni sicce igitur dicere possum ad añs ⁊ conse-
quentiam primo ad añs quia licet cōstitutio ꝓporti
onetur tabi ptisis nō proportionetur tamen vlceri
ad qd̄ consequitur hec tabes a quo ptisis propriorē
recipit denoiationē. vel dicendū ad cōsequentiam
negando ipsā vt eni aliquis morbꝰ generetur i ali
qua constitutione requirit̄ maxie cōstitutionē pro-
portionari vt factiuā morbi ⁊ sic non proportionat̄
cōstitutio sicca ptisi vt sumitur ex galie. ¶ Ad se
cūdam siccitas auget. ⁊c. ergo primo respondēdum
ad añs q̄ siccitas de per se auget tabē in ptisi existē
te3 minuit autē vlcerationē pulmonis. iō forte ab
solutius minuit ptisi3 quā augeat. De autūpno
tamē dicēdū q̄ nocet ptisicis rōne tabis ⁊ absolute
nocet propter suā diuersitatē ⁊ cōstipationē mala℞
materie℞ sui frigore cōtingentem. ¶ Ad tertiā rō3
ꝓhabitu3 supponendo casu3 respondendū per cōclu
sione3 tertia3. Ad quartā rō3. ad pūctum neget̄
q̄ siccitas secūdū plurimū sit fractiua vena℞ ad ꝓ
batione3 frigiditas est fractiua ergo ⁊ siccitas decli
no cōsequētiā eo q̄ frigiditas ē actiuior siccitate eo
etiā q̄ frigiditate indurante venas ⁊ arterias reti
nentur tamē hūores iuuātes ad crepaturā venaru3
aut arteria℞ ubi per siccitatē consūmitur ⁊ paucifi
cantur ⁊ sic sit dictum ad dubium.

¶ Secundo dubitatur utrum frigiditas:
frangendo venā possit facere ptisim. Negatiue ar
guitur sic crepatio vene non fit nisi per vene indu
rationem igitur a frigiditate crepare non pōt añs
uidetur esse notū posita parietate alia℞ ca℞ omniū
excepta frigiditate consequentia tenet quia nō nisi
frigiditatis congelatiue est taliter indurare que in
corpore nostro esse non pōt. colligit̄ totum secūdo
coplexionum ca. tertio i cōmuni cōtatione parte il
la regula igitur corpori calidi ⁊ frigidi. ¶ Ad op
positū est galie. in cōmento. Pro dubio dicēdū
q̄ a frigiditate valde intensa possunt vene crepari
seu frangi propositio p3 ꝓpter frigiditatē reddere
pectus venas ⁊ arterias indispositas debite exten
sioni propter reddere etiā humores corpulentos eo
rū corpulentia prementes venas ⁊ arterias exten
dentes exēpli causa si in aliqº sacco poneret̄ mollia

⁊ magis corpulentiora citiꝰ frangeret saccus per corpulentiora ⁊ sic est de venis. ¶ Ex isto pʒ re- spōsale ꝙ a frigiditate pōt causari ptisis persuadet etiā ex alio cū frigiditas cōprimendo defluxum ad pulmonē facere possit: Ad rōēʒ ante oppositū ad pū ctum respondet ꝙ frigiditas nō facit crepare ve- nas quia reddat venā tactui vere durā sed vt ē di ctum ipsam facit motui ineptiorē.

tertio dubitatur utrum constitutio: sicca sit omnibus morbis preter ptisiʒ apparata. ꝙ non arguitur sic. cōstitutio sicca nō ē apparata idro pisi ⁊ morbis humidis ergo añs notū cū cōsequētia tota. ¶ Ad oppositū est i cōmento gali. Pro du bio respondēdum cōstitutionē siccā nō esse omnibꝰ morbis preter ptisim apparatā deducat cōclusio ꝑ rōēʒ ante oppositū. ¶ Secūda cōclusio est hec om- nibus morbis in secūda pte affo. narratis respectu ptisis est sicca cōstitutio preparata hec ꝓpositio sit ꝑ mente galie. in cōmēto ⁊ persuadet hoc mō qa aliis morbis generandis minus inepta est ista cōsti tutio quā ptisi igitur. ⁊c. cōsequētia tenet per cōmu nē mediū loquendi añs ex dictis colligit galie.

Quarto dubitatur utrum artetice: fieri possint i sicca ꝯstitutōe affirmatie arguit aucto ritate ypo. vi. affoꝝ. affo. lv. podagrica ⁊ mania ca vere ⁊ autūno mouet vt i pluribus auctoritati bus etiā Auic. xxii tertii tractatu secūdo ca. de do- loribus iuncturaꝝ ⁊c. satis ad mediū ubi vult ver ⁊ autūpnū esse apciora tēpora ad podagraʒ ⁊ce. ¶ Ad oppositū videt eē gali. i cōmento ⁊ arguit sic. instrumenta motus quanto sicciora tanto fortiora. ergo consequentia uidet nota quia fortitudo instru mentoꝝ motus abicit dolores arteticos colligitur antecedens. vi. de accidenti ⁊ morbo ca. v. in co- tatione cōmuni dubitationis de inequalitate lesio- nis operationū. Pro dubio hec memorāda disti ctio artetica sumi cōiter ⁊ proprie cōmuniter iquaʒ pro dolore quolibet articuloꝝ siue proueniat a cā primitiua siue corporali vnde dolor articuloꝝ dif ficultatē plicationis cōsequēs ⁊ duritiē arteticus ap pellatur. ꝓprie vero sumit dolor articuloꝝ ꝑ do- lore cōsequente causā corporalē defluxaʒ secūdum plurimū aut defluētē aut etiā quāuis raro per viaʒ paulatine congestionis genitā cuius doloris cāe et notificationes colligēde sūt xxii. tertii tractatu secū do ⁊ allegato capi: ¶ Iuxta prehabita duo tenen da sunt primum est hoc ꝙ artetica primo mō sūp- ta potest cāri a siccitate pʒ propō per galienū i com mento ⁊ per rōnē quia propter siccitatē itēperataʒ membra poterūt difficulter ⁊ male plicari ut dictū est ⁊ colligitur vi. de accidenti ubi est allegatum:

Secundo est tenendū ꝙ de per se ex siccitate nō pōt 2ª artetica generari hec propō colligit ex cōmē to vt pʒ ex hoc quia siccitatis est cōsumere humidi tates defluxiuas ac etiā paulatine cōgestas. ¶ Ter tio tenendū est non esse ipossibile in siccitate vnam arteticā generari. pʒ propō vbi corpus ponat val de plenū ita ꝙ ad siccitatē aliqualiter cōstipantem hic dolor consequatur per viam defluxus. Isto posito pʒ responsio ad obiecta. ¶ Ad ultimū tamē respondendū ꝙ mēbra motus quāto sicciora tanto fortiora dūmodo siccitas nō sit preter naturā ut ibi dem explicuit galie.

¶ ultimo dubitatur utrum in siccitate. aeris causari possit stranguiria. ꝑmo negatiue argu itur sic. ptisis ⁊ artetica non possūt causari in siccita te aeris ergo nec stranguiria añs iā deductū est ⁊ cō sequentia ꝑ simile: Ad oppositū est galie: in cō mento. ¶ Pro dubio supponende sunt notificatōes stranguirie ⁊ dissurie ex dictis super affo. vi. huiꝰ austrini flatus grauāt auditū ⁊c. Secūdo ꝑmittē dū ex ardore vrine consequi stranguiriā seu dissu- riā. vrina enim ardente ⁊ pungente virtus expul- siua valde conatur vrinā emittere vt eius conse- quatur guttatī expulsio. ¶ Premittendū tertio ar dorem vrine causari aliquādo ex cōsūptione humi ditatis viscose existentibus in carnibus glandosis colli uesice vnde dū emittis vrinā hec hūiditas di- spergitur ꝑ meatū virge ita ꝙ meatus ꝓpter hanc humiditatē interpositā nō percipit ardorē iō pꝰ co ytū percipitur ardor vrine ꝑmo datur cā cōmunis ꝓpter acuitatē genitam in vrina ex concussione coy tus ⁊ dilatione spirituū ⁊ calores ad partes cōtiās causatur etiam ⁊ melius propter expulsionē ⁊ con sumptionem talis humiditatis in coytu que secun- da causa colligitur xix. tertii ca. de ardore urine. ad principium capituli. Isto ꝑmisso pʒ responsio ad questionē ꝙ ad siccitatē aeris maxīe ultimatam potest causari stranguiria seu dissuria propositō po test sic persuaderi ex tali siccitate potest fieri ardor urine igitur añs cū consequentia ex premissis sumi possunt. ¶ Secundo arguit sic ex tali siccitate mul ta pōt cāri stranguiria igitur añs ⁊ consequentia ex cōmento colliguntur Secundo dicēdū ꝙ ex sicci tate talis stranguiria est maxime apta cāri in corpo re sicciori. ꝓpositio eo euidens quia constitutio sic ca potest amplius exsiccando debilitare cōtentiuaʒ corporis sicciori. ¶ Isto posito patet respōsio ad obiectum ante oppositum negando cōsequentiā et hec sufficiant de cōmento presenti.

Constitutiones uero cottidie boreales quidē corpora con stituunt et fortiora et bene mobilia et bene colorata et melius audientia faciunt et uentres siccāt et oculos mordent et circa thoracē do lent: Et si quidem prius magis dolēt austrine uero dissoluunt corpora et humectant. et capitis dolores et gra ues auditus et uertigines faciunt in oculis et i tēpore difficiles motus et uentres humectant.

Presens affo. sic continuatur ad precedentia postꝙ̄ ypo. in precedentibus quia illo affo. austrine uero flatus boreales ⁊ austrine cōstitutiones tetigit nocu menta postꝙ̄ etiam in affo. xvi. ⁊ xvii. cōpatiōes inter siccas constitutiones posuit ⁊ humidas nūc po nit cōpationem inter cōstitutionem frigidā ⁊ siccaʒ borealem ⁊ calidam ⁊ humidam austrinam penes

iuuamenta ⁊ nocumenta ex constitutione cõtingentia ⁊ cõtinet preſẽs aſſo. duas ptes principales. primo tangit iuuamenta ⁊ nocumẽta ex boreali cõſtitutione cõtingentia ſecũdo ex auſtrina ibi ſecunda auſtrine vero. Prima in duas primo tangit iuuamenta ſecũdo nocumenta ibi ſecũda ⁊ ventres ſiccãt ‖ Prima in quattuor primo ypo. tangit iuuamẽta cõſtitutionis borealis ex bonitate naturalis virtutis ⁊ aliis ſimul. Secũdo ſpecialiter ex parte virtutis animalis motiue. ‖ Tertio ex parte bonitatis naturalis. Quarto iuuamenta tangit ex bonitate ſenſitiue virtutis exterioris ibi ſecũda. ⁊ bñ mobilia. ibi tertia ⁊ bene colorata. ibi quarta ⁊ meliꝰ audientia. Jn prima parte vult ypo. iſtã concluſionem cõſtitutiones boreales cottidie apparentes tales certe faciunt corpora fortiora propõſitio ſic pſuadetur ille cõſtitutiones faciunt corpora fortiora que vigorãt inſtrumenta uirtutũ ⁊ corpoꝝ ſupfluitates cõſumũt. ſed cõſtitutiones boreales ſunt huiuſmodi ergo maior eſt nota ⁊ hoc quia virtutes vigorantur ſuorum inſtrumentoꝝ fortificatione ⁊ ſic corpora informata uirtutibus minor patebit ex cõmento ⁊ notãdis cõcl'o vero ſic ĩ littera explicãt ſed cõſtitutiones boreales cottidie ſup. apparentes certe ſimul ſtatuũt ſeu ordinant ſeu efficiunt corpa fortiora.

‖ Et bene mobilia

Nunc ypo. facit qđ eſt dictũ ⁊ vult cõcluſionẽ iſtã cõſtitutiones boreales ⁊c. faciunt corpora bñ mobilia ⁊ propõ ſic perſuadetur. ille cõſtitutiones faciunt corpa bene mobilia que cõfortãt inſtrumenta motus ⁊ vniũt ⁊ fortificãt calidũ naturale ſed conſtitutiones boreales ſunt huiuſmõi ergo ⁊c. maior eſt nota ⁊ minor patebit ex dicendis cõcluſio ſic in littera dicitur ſupponendo litterã ⁊ conſtitutões boreales ſup. faciunt corpora bene mobilia.

‖ Et bene colorata

Nunc facit qđ ẽ habitum ⁊ vult talem concluſionẽ conſtitutiones boreales faciunt corpora bene colorata cõcluſio arguĩ ſic ille cõſtitutõnes faciũt corpora bene colorata que confortãt virtutẽ digeſtiuã epatis ⁊ mẽbroꝝ alioꝝ ſed coſtitutiones boreales ſunt huiuſmodi ergo maior eſt nota quia cõfortata digeſtiua epatis ⁊ mẽbroꝝ generãt multũ de bono ſanguine ⁊ bonis ſpiritibus quibus prepulſis ad mẽbra exteriora ⁊ ad corpis totius ambitũ apparet corpus bene coloratũ minor ꝓpõ oſtendetur in exponendo. cõcluſio ſic in littera ponĩ cõſtitutiones boreales ⁊ faciũt corpa bene colorata

‖ Et melius.

iste ergo sanguis remanens nō faciens augmētū fit maxie per nares propter locutionē ⁊c. mior colligitur ex cōmēto conclusio sic in littera ponitur sanguinis fluxus ex naribus supple fiunt his corporibꝰ Ad intellectū affo. presentis prio est ponenda affo: concordia que licet non habeatur tertia primi allegato ca. in lr̄a. colligi tñ potest propter affinitatem presentis etatis ad precedentes cōcordiaz de fluxu sanguinis nariuz tertio ꝓnosticoꝝ potestis colligerē vbi vult fluxū maxie cōtigere i etate miore. xxv anis. ¶ Secūdo ē notāda vtilitas affo. ē eni vtilis ad actū pronosticū ⁊ preseruatiuū: prio ad actū ꝓnosticū quia scimus ꝓnosticari nocumenta ⁊c quantū ad actū preseruatiuū quia scitis causis propt̄ q̄s hec contingere possunt ipsā poterimus euitare vel saltez remittere multū. Tertio est notāda ampliatio affo. dicendo i hac etate nō solū dicta cōtigere nocumēta imo ⁊ alia que inuestigari possunt p noticiam cōplexionis ⁊ dispositionis huius etatis.

¶ Quarto notandū ꝙ hec corpora īproprie appellantur seniora cuz eni cōpatiuū suū positiuū presupponit si hec corpora nō sunt cōstituta in etate senii nō sūt etiā seniora cū etiaz distent satis notabiliter a iuuētute debent dici absolute ad iuuentutē accedentia appellata sunt tamen seniora cū plus appropiquēt senectuti ⁊ iuuentuti q̄ꝫ prius. Notandū quinto ꝙ multa istoꝝ nocumentoꝝ merito cōtigūt hiis corporibus quia cū hec corpora multas superfluitates multiplicent multas etiā indigestiones multa poterunt ex dictis nocumenta contingere. ⁊ quare dixerit multa ⁊ non oia dicaz suo loco. ¶ Notādū sexto ꝙ hiis corporibus accidunt febres magis diuturne quia propter caliditatē acutiorē ⁊ que magis exsiccat hūiditates sunt grossiores ⁊ terrestriores magis prolongatiue febriū. Itez etiā hūores maioris diuersitatis generantur in hiis corporibus propter inordinationes ⁊ propter maiorez īpotentiā caloris ad debite regulandū hūores. ¶ Septio notādū ꝙ quāuis sanguis sit magis aereus in etate precedente quia tamē in hac etate calidior acutior ⁊ coleritior ⁊ propter causas assignatas in ratione ideo plus fluxuz sanguinis nariū in hac etate reperiri cōtingit: Ultio notandū ꝙ hec nocumenta fiunt in hac etate maxie corporibus dispositis. corporibus autē debite regulatis ⁊ tēperatis nō cōtigūt hec nocumēta nā maxia particula generationis egritudinū est passuri corporis preparatio prio de differentiis febrium.

Enioribus factis uero.

Galienus cōmentado prelectū afforismū tria facit. prio cōmētatur priaz ptez. Secundo secundā. Tertio tertiaz. ibi secunda patiuntur ⁊ febres. ibi tertia sanguinis fluxus. ¶ De pria dicit sic ꝙ pueris duodeciz anorū siue quatuordeciz iā pubescentibus supple diuersimode ⁊ in tēporibus diuersis secundū diuersitatez cōplexionū naturaliuz. quia calidiores pubescunt. citius aliis. hiis accidunt multa dictorū in aliis etatibus precedentibus ꝓpt̄ silitudinē amborū etatū.

patiuntur. Nunc galienus facit quod

est dictum dicens ꝙ ipsi patiuntur febres longiores propter calorem suuz ⁊ quia mutantur subito i diuersas qualitates propter eorū diuersas humectationes ⁊ propter fortitudines virtutuz eorū.

sanguinis fluxus. ¶ Nunc galienus

facit quod est dictuz dicens istis accidere sanguis fluxus quia calor eoꝝ augetur. Secundo quia in hac etate loquuntur multū. Tertio quia nō crescūt multuz ⁊ ideo tanto amplius augetur sanguis quanto supple minus augentur.

C Irca presentem et prehabi

tū afforismū dubitatur vtrū parischimia accidere possit in hac etate ⁊ precedenti. Negatiue arguitur sic parischimia nō pōt accidere nouiter genitis. ergo nec hiis etatibus añs patet cōmento. xxvii. cōsequentia tenet cū corpora nouiter genita sint huidiora habeāt etiā partes gutturis valde molles ⁊ huiditatū receptiuas: Oppositū vult galienus. Pro dubio p̄mittēdū parischimiā esse ut tangit̄ in cōmento apostema factuz in pelliculis intrinsecis stomaci et meri gutturis ⁊ oris vt fiat in pelliculis quasi hec omnia coopericntibus desuper: aut i musculis qui sūt īmediate post has pelliculas. ⁊ ideo ad perischimiā secuntur spondiliū intrinsece pulsiones quia tumente musculo vel pellicula propter duritiē spōdilis non pōt pelli versus partez exteriorē pellit̄ ergo versus guttur tanq̄ versus partē molliorē. ad cuiꝰ grauitatē ⁊ pulsionē cōsequitur spondiliū ipulsio.

¶ Isto posito pria cōclusio est hec. i etate hac ⁊ precedente pōt parischimia causari. cōclusio probatur sic i hac etate ⁊ precedente pōt esse agens forte ad causandū parischimiā ⁊ dispositio passi ⁊ cōuenientia tēporis ergo ⁊c. cōsequētia nota añs apparet ꝓ pria parte. nā prio esse pōt defluxus hūiditatū flegmaticaꝝ aut sanguineaꝝ ad locū illuz. Itē potest esse dispositio passi ut est notū est etiā cōuenientia tēporis vt est euidens. ¶ Secunda cōclusio est hec etas hec plus potest sustinere parischimiā etate precedente. probatur sic conclusio hec etas est fortior precedente ergo plus poterit sustinere parischimiā antecedens colligitur cōmento. xxviii. consequētia uidetur apparens. Tertia propositio est hec parischimia in hac etate est tardioris curatiōis q̄ꝫ in etate precedente. probatur sic conclusio materia parischimie huius etatis est grossior ⁊ resolutioni ineptior. cōsequētia tenet quia grossitudo materie est causa prolongationis morbi antecedens satis est notuz propter caliditatē in hac etate terrestrificare magis. ¶ Itez carnes in hac etate duriores sūt ⁊ cōpactiores quā in etate precedenti ergo ⁊c. consequentia tenet quia talis durities ⁊ cōpactio prohibet citā resolutionez. Quarta propositio ē hec licet sit ymaginabile nouiter genitis accidere posse parischimiaz seu squinantiā. absolute tamē dicēdū istis non accidere hanc passionē. conclusio probat̄. sic virtus istoꝝ deficit antequā hec passio cōpleat̄. antecedens patet propter debilitatē virtutis ipoꝝ Itez etiā patet antecedens quia cū habeant carnes

valde teneras ⁊ molles non quasi figitur materia ut apostemet. ¶ Isto concluso patet responsio ad obiectum negando consequentiam .nam quamuis nouiter geniti multas habeant hũiditates a cereb° defluxibiles non icurrũt tamẽ has passiones propt̃ assignatas causas:

Secundo dubitatur. utrum in hac etate ⁊ precedente fiant asmata. Negatiue arguitur sic asma ẽ egritudo senũ ergo non conuenit in his etatibus añs notat experientia cõclusio tenet .quia propter diuersitatẽ cõplexionũ harũ etatũ diuerse debent contingere passiones. ¶ Ad oppositũ ẽ galienus in cõmentis Pro dubio premittẽdũ verũ asma esse morbũ pulmonalẽ ex materia flegmatica secundũ plurimũ contingentem opillantez canules pulmonis vt cogatur patiens frequentare anhelituz vt si multo tempore cucurrisset ad modũ etiã prefocati. ¶ Sit ergo hec conclusio pria in hac etate ⁊ precedente potest asma contingere cõclusio probatur sic in ipsa possunt euenire omnes cause requisite ad causandũ asma ergo etc. ãña nota antecedẽs patet discurrendo per illas. Secunda conclusio est hec in etate senii potest asma cõtingere probatur conclusio ut prima ¶ Tertia cõclusio est hec asma senũ peius est ad curãduz asmate harũ etatũ probatur propõ uirtus senũ debilior est materia eorũ flegmatica terrestrior ⁊ grossior ergo ⁊c. consequentia nota est antecedens etiam. Quarta cõclusio est hec nouiter genitis licet possit accidere asma non tamẽ dicendũ asma esse morbuz nouiter genitorũ propositio probatur pro pria parte quia cãe asmatis aduenire possunt ⁊c. quantũ ad secundã p suadetur conclusio sic nouiter geniti moriũ i añ cõplemẽtũ asmatis igitur etc: antecedens patet propt̃ ea que dicta sunt de parischimia. ¶ Isto proposito patet solutio obiecti negando cõsequentiam. Ad probationẽ quia propter diuersitatẽ cõplexionum ergo ⁊c. hic respondeo ꝙ in diuersis cõplexionib⁹ propter regimina possunt accidere cõsimiles passiones.

Tertio dubitatur utrum in hac etate ⁊ precedente fiat lithiasis Affirmatiue arguitur ex dictis galieni cõmento. xxvii. Negatiue sic arguitur hec passio non fit in senibus ergo ⁊c: antecedens colligit ex cõmento. xxvii. cõsequentia tenet per similẽ. pro dubio pmittẽdũ lapidẽ generari aliquãdo i vesica aliqñ i renibus cuius cã materialis ⁊ imediata ẽ hũor grossus viscosus satis resolutioni ⁊ diuisioni ineptus. cã vero mediata sũt cibaria multiplicãtia hos hũores sicut caseus caro salita. ⁊c. cã vero efficiẽs ẽ caliditas que resoluendo subtili grossũ trãsmutat i lapidem cõphẽdit vero dr̃a iter lapidẽ renũ ⁊ uesice per colorẽ quia lapis renũ rubeus ẽ accedẽs ad colorem renũ. lapis vero vesice ẽ albus propt̃ ei⁹ similari vesice. Isto posito cõclusio responsalis est hec in hac etate ⁊ precedente potest lapis in vesica generari cõclusio probatur propt̃ cãs que cõmento xxvii. assignate sunt. ¶ Secunda propõ ẽ hec i senibus plus cõuenit lapidem in renibus generari pz propõ propt̃ senes habere hũores grossos ⁊ eẽ ipotentes ad expellendũ per viã strictã renũ caliditate satis potente ad petrificandũ. Tertia cõclusio ẽ hec i uesica senũ non põt secũdũ plurimũ generari lapis: hec cõclusio sit pro galieno cõmento xxvii. ⁊ probet̃ per causã assignatã ibidẽ quo responsali posito patet responsio euidens ad obiectum.

Quarto dubitatur utrum: in etate senii multiplicentur vermes: affirmatiue argut̃ sic i eis multiplicant̃ materie vermiũ ẽ etiã agens sufficiens ad generãdũ. ergo ⁊c. ãña uideẽ apparẽs añs patz nã prio corrupte materie multiplicari possunt in intestinis. est etiã caliditas sufficiens ad animãdũ cuz ipsa mediãte fiat nutritio senũ: ¶ Ad oppositũ videtur esse mens ypo. ⁊ gal. i affo. ⁊ cõmẽto. Pro dubio pmittẽdũ vermes distingui multipliciter ex parte figure ex parte quãtitatis prio ex parte figure nã quidã sũt rotũdi ⁊ lati quidã autẽ sunt lõgiores ⁊ subtiliores ascharides nominati. ex quo patz quantitatũ differentia ⁊ figurarũ differũt etiã ex parte situs vt latiores in latioribus ⁊ grossiorib⁹ reperiantur intestinis. longiores ⁊ subtiliores in superioribus intestinis reperiantur magis sunt tertii appellati cucurbitini quia lati vt sic dicã similati seminibus cucurbitarũ. qui tamen iuncti adinuicẽ sũt nimie longitudinis vt veniant ad longitudinez sex pedũ generant̃ vero maxĩe i itestinis ppt̃ vilitatẽ loci ppt̃ materias etiã corruptas flegmaticas deriuari ad intestina. ppt̃ etiã debilitatẽ caloris intestinorũ ibi putrefactis materiebus i eis retentis. ⁊ si aliqñ repiant̃ i stomaco nõ ibi repiuntur qa ibi sint generati sed quia sursũ moti. Premittẽdũ etiã materiã vermiũ esse flegmaticã secũdũ plurimũ. prio materia melãcolica nõ disposita multũ ad aiatõez ⁊ extensionẽ colerica etiã materia ppt̃ sui amaritudinẽ ⁊ siccitatẽ ipedientẽ debitã aiatõez mã etiã sanguinea nõ repta multũ circa intestina cũ locus sanguinis sit inter venas ꝙuis tñ cõis materia vermiũ sit flegmatica quosdã tamẽ vermes magis flegmaticos aliis eẽ cõtinget quosdã magis colericos ⁊c: secũdũ maius ⁊ minus dñiuz flegmaticis ⁊ aliorũ humorꝫ. Premittẽdũ vltio vermes cõsilr quodãmõ generari i corporibus hũanis ut etiã vermes ⁊ similia aialia exterius generant̃. sicut eni illa generãtur ex putrefactione nõ cõcurrente agẽte vniuoco ad eoꝝ generatõez pticulari ⁊ pticulariter itendẽte forma sic etiã in hũano corpore hii vermes generãt. nõ eni ẽ agens pticulare itendens formã vermis dr̃a est tñ iter generationẽ vermiũ extrinsecorũ ⁊ intrinsecorũ quia ad generãdũ vermes intrinsecos cõcurrit nr̃a caliditas naturalis ad generãdũ aũt extrisecos sola exñte caliditate putredinali ⁊ pter naturã caliditas solis potẽs est ad generãdũ vermes. Ex dictis infero cõclusionẽ istã absolute malũ est stercus cõmixtũ lũbricis cõclusio probat̃ sic ma hũ est stercori cõmixtas eẽ putridas materias igitur

añs est notũ ꝯña tꝫ qꝛ vermes putridas materias
p̃supponũt. Secũda propõ est hec vbi sint putride
materie ĩ intestinis vermes cõmisceri bonũ signũ ẽ
propõ ꝓbat̃ sic hᵒ est bonũ p uiá signi ⁊ cáe gᵒ ⁊c.
ꝯña videtur apparens añs pꝫ ná prĩo significat ma
teriá putridá nõ esse tante malicie qñ recipiat aia/
tõeꝫ hĩ etiá vermes abiiciũt multas putrefactõnes
vñ q̃uis sint geniti ex putrefactione tamẽ nõ sunt
putridi aiatione aliq̃liter bonificata materia. Ter
tia cõclusio est hec defacto esse vermes cõmixtos
stercoribus bonũ ẽ ĩ ĩfantibus uel pueris propõ per
suadet̃ sic cõit̃ oẽs ĩfantes multiplicãt materias pu
tridas flegmaticas gᵒ ꝯña tꝫ p cõclusioneꝫ secundaꝫ
añs pꝫ propt̃ gulositatẽ ⁊ cõeꝫ infantũ iordinatõeꝫ
Isto posito cõclusio respõsalis ad q̃situ͂ sit hec: ver
mes generari possũt in etate senii propõ pꝫ p rõem
ante oppoᵐ ⁊ pꝫ p ea que aliquãdo uident̃ ĩ opere
Secũdá ꝓpõ ẽ hec vermes raro multiplicãt̃ in hac
etate pꝫ propõ p defectũ agentis nõ potentis bene
flegmaticas aiare materias Tertia propõ ẽ hec uer
mes generant̃ secũdũ pluriᵐ in etate infantie uł pu
eritie. propõ nota est propt̃ plurimũ repiri maxie
ibi materiá uermiũ ⁊ propt̃ repiri caliditatẽ sufficiẽ
tẽ ad aiandũ ex q̃ cõclusiõe pꝫ quare ypo. de ver/
mibus mẽtioneꝫ fecerit in hac etate ¶ Istis habitis
pꝫ respõsio ad obiecta. Quinto dubitat̃ utꝝ ue
ruce pori ⁊c. generet̃ in etate alia. rñdet̃ ꝙ sic quia
tamẽ hec etas multiplicat multas materias calidita
te etiá exñte forti ad pellenduꝫ exterius iõ hec sunt
valde huic etati appꝓpriata ¶ Sexto dubitat̃ vtrũ
ĩ etate magis prouectoꝝ fiãt febres magis diutur/
ne. negatiẽ arguit̃ sic febres acutiores fiũt iuueibꝰ
q̃ ĩfantibꝰ igit̃ ⁊ ĩ hac etate fiũt febres acutiores.
añs arguit̃ sic febres iuuenũ sũt colerici huius uero
etatis flegmatice ergo ⁊c. ꝯña tꝫ qꝛ febris colerica
acutior est flegmatica añs sũmit̃ ca. de etatibꝰ tenꝫ
prĩa ꝯña qꝛ magis ꝓuectis ĩ etate videt̃ siĩari iu/
ueni ꝓpt̃ remissionẽ sue hũiditatis. Ad oppᵐ ẽ ipo.
affo. xxviii. Pro dubio q̃tũ ẽ ĩ ꝓposito teneatur
ꝙ febres magis prouectoꝝ sũt lõgiores ꝓpõ pꝫ ad
cõeꝫ expientiá ⁊ psuadet̃ ex alio. ná prĩo virtutes
magis prouectoꝝ fortiores sunt ⁊ iõ si incurrãt fe/
brẽ. i. a cá fortiori. Itẽ propter fortitudinẽ uirtutũ
⁊ caloris cõseq̃t̃ igrossatio hũiditatũ unde febres ꝓ
pt̃ grossitudinẽ materie reddunt̃ lõgiores: Itẽ etiaꝫ
qꝛ multiplicant diuersas hũiditates mutatis hiſ cor
poribus ꝓpter iordiatõeꝫ nũc ad caliditatẽ nũc ad
frigiditatẽ. ꝓpt̃ q̃ hũiditatũ diuersitatẽ cõuenit ꝓ
lõgari febres. Isto posito rñdeo ad obiectũ decli/
nãdo añs Ad ꝓbatõeꝫ qꝛ iuuenibꝰ fiũt febres cole
rice hic prĩo põt rñderi ꝙ affo. ꝯtinet veritatẽ alio
rũ sũpta parietate p̃ter ea ĩ q̃bus ꝯparant̃ hee eta/
tes ⁊ iõ poĩo ꝙ febris colerica accidat vtrobiq3 lõ
gior erit in etate ꝓuectiori. Alit̃ ĩ rñdẽdũ declinando
ꝯñaꝫ ⁊ dicẽdũ ꝙ febris flegmatica ĩ aliq̃ etate bre
uior est colerica in etate prouectiori ⁊ iõ nõ cõclu/
dit obiectũ. ¶ Ultimo dubitat̃ vtrũ hec corpa cre
scãt multũ vł modicũ. prĩo ꝙ multũ pꝫ ad experi
ẽtiá ⁊ psuadet̃ rõe qꝛ calidũ ẽ potẽs ad extẽdeᵐ hũ
midũ etiá extensiori disposi.ũ ergo ꝯña tꝫ propter
calidũ eẽ vigoratũ supra hũidũ. Ad oppᵐ ẽ gal. in
cõmẽto ꝓ dubio ꝓ nũc respõdeatur dicendo ꝙ ista
corpa nõ augent̃ multũ proportionabilit̃ corpibus

pris ná pris sumẽtibus paucũ nutrimẽtũ caliditate
tamẽ existente forti hũido etiá multũ extensibili sit
uehemens augmentatio ꝓportionabilit̃ sꝫ ĩ tali eta
te ꝓuectiori cũ sumat̃ nutrimẽtũ valde multuꝫ nec
sit tãta necessitas augmẽtandi. nec hũidũ tãtũ exten
sibile nõ tãta sit ꝓportiõabiłr augmẽtatio. Isto po
sito ꝙ ĩplicat multa dubia pꝫ responsio ad obiectũ
⁊ ĩtellectus galie.

Plurime passiones pueris ter
minãtur hee quidẽ ĩ. xl. die
bus hee uero ĩ septẽ mẽsibꝰ
hee aũt ĩ septẽ ãnis hee et ad iuuentu
tẽ accedunt queccũq3 uero permanẽt
pueris et non absoluuntur circa iuuẽ
tutem aut feminis circa menstruorũ
eruptiones inuetereſcere ꝯsueuerũt
Presens affo. xxix. cõtinuat̃ ad p̃cedentẽ sic postq̃
ypo. ĩ p̃cedẽti affo. cõpatõeꝫ quãdá posuit etatis ꝓ
uectioris ad etates precedentes ⁊ posuit febres eta
tis ꝓuectioris magis diuturnas: nũc tãgit cões ter/
miatiõẽs morboꝝ pueroꝝ ⁊ maxie cronicoꝝ ⁊ cõti
net p̃sens affo. duas ptes prĩo explicat termiatõnes
morboꝝ q̃ nõ ĩueterãt̃. scðo ĩfert morbos aliquos
ĩueterari masculis ⁊ femellis ibi scða q̃cũq3 pma/
nẽt prĩa ĩ duas prĩo ypo. p̃mittit ĩ generali morbos
pueroꝝ termiari. scðo specificat termĩes morborũ
ibi secũda hee quidẽ in. xl. ĩ prĩa vult ypo. cõclõeꝫ
hãc p̃ĩme passiõẽs pueroꝝ aliqᵒ determiato termi
no remouẽt̃. ꝯclo ꝓbat̃ sic supra plures passiõẽs na
tura est potẽs vt nõ deueniãt ad etates alias seu sal
tẽ pseuerẽt vsq3 ad finẽ uite gᵒ ⁊c. añs pꝫ ad expe
rientiá ⁊ etiá ꝓpt̃ ĩimitatiõẽ materieꝝ ꝯña nota sa
tis ꝯñs vero ĩ lr̃a ponit̃ sic ypo. dicẽte plurie passi
ones pueroꝝ terminãt̃ mõ exposito: ¶ Hee quidẽ
in. nũc facit qð est dictũ ⁊ ꝯtinet quatuor ptes scðꝫ
numeꝝ quatuor terminatõnũ ibi scða hee vero in
vii. mẽsibus ibi tertia hee vero ĩ vii. ãnis. ibi q̃r/
ta hee vero ad iuuentutẽ. ĩ prĩa ypo. vult ꝯclõeꝫ
hãc alique egritudines pueroꝝ terminant̃ ĩ diebus
xl. cõclusio ꝓbatur sic dies. xl. ẽ prĩa dies morbo
rũ cronicorũ ergo aliqua etc. añs ponit̃ ĩ ꝯmẽto ꝯña
tꝫ qꝛ possibile ẽ materiá talit̃ disponi ĩ puero vt si
bi hee creticatio corrñdeat huius rõnis: ꝯñs in lr̃a
ponit̃ dicendo certe hee egritudines qꝛ alique ter/
minant̃ in. xl. diebus. Hee vero. nũc facit qð
ẽ dictũ ⁊ uult cõclusionẽ hãc ꝙ hee egritudines pue
rorũ terminant̃ ĩ. vii. mẽsibus cõclusio psuadet̃ sic
aliq̃ egritudines puerorũ terminabiles sũt p mẽses
⁊ nõ p ãnũ solũ nec p dies igit̃ alique terminãt̃ ĩ vii
mẽsibus añs satis ẽ notũ ꝯña tꝫ qꝛ termiatõ earuꝫ
maxie dꝫ eẽ ĩ mẽse cretico q̃lis ẽ septimꝰ huiꝰ con/
sequẽtie ꝯñs ĩ lr̃a ponit̃ sic hee egritudines terminãt̃
pueris in. vii. mẽsibus. ¶ Hee vero ĩ. vii. nunc
ypo. facit qð ẽ dictũ ĩtẽdẽs hãc cõclusionẽ aliq̃ egri
tudines pueroꝝ terminãt̃ ĩ annis: vii. cõclusio per
suadet̃ sic alique tales termiabiles sũt p annos non
apte ꝓtellari ad iuuẽtutẽ gᵒ maxie terminãt̃ ĩ anno
septĩo añs ẽ notũ ꝯña tꝫ qꝛ aliq̃ creticatõ attribuit̃
ãno septĩo huius cõsequẽtie ꝯñs sic in lr̃a ponit̃ hee
egritudines puerorũ terminantur in septem annis

Hee vero ꝛ ad. Nunc ypo. facit qđ ē dictū uolens cōclusionē hanc aliquę egritudines pueroꝝ extēduntur usqꝫ ad iuuētutē. cōclusio probatᷣ sic alique tales sūt cū defectu virtutis ꝛ tanta indispōe vt valeant ad hāc etatē extendi igitᷣ apparebit añs nota ē ɔña cōclusio sic in lr̄a ponitur. hee passiones puerorū extēdūtur ad iuuētutē. ¶ Quecūqꝫ. Nūc facit qđ ē dictū ꝛ vult cōclusionē hāc ꝙ egritudies q̄ nō sūt curate i iuuētute i masculis aut feminis circa mēstruatōes soluerūt ineterari. cōclusio probatᷣ sic ille egritudines soluerūt ineterari que nō sūt re mote agente existēte fortiori ad remouēdū: sꝫ egritudines sūt huiusmōi ergo ꝛc. maior ē nota et apparebit minor. cōclusio sic in lr̄a ponitᷣ. oēs egritudines nō curate circa iuuētutē aut mulieribus circa eruptiones mēstruoꝝ cōsueuerūt ineterari. Ad itellectū affo. ē prio notāda cōcordia que habetᷣ. xviiii cōtinentis ca. de figiōne mortis absqꝫ crisi. Secundo ē notāda vtilitas affo. ē eni presens affo. vtilis quātū ad actū ꝑnosticū ut notū ē: Tertio ē notanda ampliatio affo. dicēdo ꝙ nō solū i hiis termis predicte passiones pueroꝝ terminatᷣ imo ꝛ aliaꝝ etatū quia tamē per etatū mutatiōes quosdā morbos terminari cōtingit ꝛ quia dicte mutationes maxie fieri possunt incipiendo a pueritia ꝛc. iō de pueritia fecit mētionē. Quarto notādū notāter eē dictū plurie ad denotādū ꝙ etiā alie egritudines cronice uel acute aliis possūt terminari termis. hii tamē termini sūt cōmuniores uel dixit ꝛ melius plurie ad denotādū ꝙ hic loquitᷣ solū de cronicis. Notādū quinto ꝙ p terminari intelligimus uel intelligere possum⁹ cretice terminari uel nō cretice. Sexto notādū ꝙ p passiones itelligit ypo. morbos maxie cōplexiōales ꝑ crisiꝫ termiabiles aut accidentia cōsequētia morbos. Notādū septio notāter iceptū eē a. xl. diebus propter eos eē primū terminū cronicoꝝ morborū.

In aliis libris.

Galienus cōmentando presentē affo. duo facit prio tangit diuersitatē scripture cū intellectu huius partis plurime secundo exequitur verificando affo. ibi secūda xl autē dies. ¶ De prima dicit galienus sic ꝙ i aliis libris inuenitur scriptū in hoc afforismo qualitᷣ pueri in uita permaneāt si tamē addidisset huic pu plurime diuturne melius esset: cōsuetudo tamē suorū verborū cū dicat absolute morbos alios velle intelligi diuturnos. quia in locis multis uolens dicere de morbis acutis ponit hanc determinationē acutos. diuturnos vero ponit absolute vel dicenduꝫ partem e/e incōplete positā suppleamus ergo ipsaꝫ sic plurime egritudines diuturne terminantᷣ pueris

Quadraginta. Nunc galienus facit qđ ē dictuꝫ dicens quadraginta dies esse principium morbi diuturni ꝛ finē acutorū morborū mutatorū in diuturnos. Dicit ultimo ꝙ oēs passiones trāseuntes hunc terminū procedunt per septenariū non soluꝫ dierū sed mensiū ꝛ annorū dicit etiā ꝙ pertranseūtes septenariuꝫ cōputande sunt per q̄dragesimū. quadragesimus eni finis est scđi septenarii. ¶ Ultimo dicit ꝙ maxime contingunt mutationes hārū passionuꝫ pueris pubescentibus ꝛ mulieribus per uentris ad menstruationē. passiones autē que his tēporib⁹ non finiuntur necesse est inueterari.

Adolescentibus uero sputa sāguinis ptisis febres acute et epilensie et alie egritudines maxime uero predicte.

Presens afforismus continuatur ad precedenteꝫ sic postquā ypocras in precedenti afforismo tetigit terminos cōmunes morborū cronicorū pueroꝝ ut in alia etate mutabiliuꝫ. Nunc tangit passiones cōtingentes iuuenibus ꝛ vult ypocras conclusionē hanc ꝙ sanguinis sputa contingunt iuuenibus conclusio probatur sic ille passiones contingunt iuuenib⁹ quarū cause in etate iuuentutis poterūt reperiri: sꝫ harū passionū cause in etate iuuentutis poterunt repiri ergo ꝛc. maior est nota colligitur minor ex commento. cōclusio sic in littera ponitur sputa sanguinis ptisis febres acute epilensie ꝛ alii morbi ꝛ maxime predicti contingunt adolescentibus. ¶ Ad itellectuꝫ afforismi primo est notanda afforismi cōcordia que colligi potest ex capitulo de etatibus pria primi vbi ponitur fluxuꝫ sanguinis accidere iuuenibus eorū etiaꝫ febres esse colericas: Secūdo ē notanda vtilitas. est enīꝫ vtilis quantū ad actū ꝑnosticū vt est euidens. ¶ Tertio est notanda ampliatio afforismi dicendo ꝙ nō solū hee passiones contingunt iuuenibus imo ꝛ alie passiones. has tamen explicuit ut cōmuniores. Quarto notādū ꝙ quāuis adolere uel adolescere proprie tribuatur etati precedenti iuuentutē quia in illa fit crementū ꝛ nō in ista. quia tamen iuuenes sunt in esse perfecto crementi di ci possunt adolescentes. vel dicuntᷣ adolerᷣ i perfectione. s. sensuū interiorū. ¶ Notandū quinto ꝙ sputa sanguinis nō contingunt in hac etate ꝑpter debilitatē uirtutū sed propter sanguinis cōmotioneꝫ ꝛ vehementiā motuū corporeoꝝ similitᷣ ptisis contingit in hac etate ɔñs sputū sanguinis putrefactuꝫ Itē in hac etate fiunt febres acute eo ꝙ i hac etate multiplicantur hūores colerici morbos acutos efficientes. Notandū sexto etiā ut sūmitur ex cōmento ꝙ in hac etate non fiunt epilensie nisi de per accidens ꝛ propter inordinationē dietarū cōplexione iuuenū non apta epilensie propter caliditateꝫ et siccitateꝫ iuuenū ꝛce ¶ Notandū septimo ꝙ p egritudines alias ypo. itelligit morbos materiales aut imateriales potentes cōtingere in hac etate proptᷣ inordinationeꝫ dietarū maxie tamen intelligit morbos calidos propter caliditatē iuuenū igneaꝫ esse ꝛ acutaꝫ ut colligitur primo huius cōmento. xiiii. q̄ crescunt. Notandum octauo ꝙ maxie hee egritudines contingunt in hac etate propter causas habitas i cōmento siue cōtigāt per se siue per accñs.

Ypocras multum:

Galienus cōmentando presentē afforismū sic procedit primo tangit quedam

defectuꝫ ypo. ⁊ defectus excuſatione. Secūo commētatur affo: Tertio tangit bonū ordinē quē debuit ſeruare ypo. in affo. ibi ſecunda ptiſis uero ibi tertia bonū autē eſſet. pria in duas ſecundū duplicē defectuꝫ quē tangit galienus in parte ibi ſecunda. Sed tamē hoc neglexit. ❡ De prima dicit ſic in ſententia gali. ꝙ ypo. multuꝫ ſubtiliter locutus eſt ab etate pria vſqꝫ ad pubeſcentiā. ⁊ dicit galienus ſe ignorare quare tacuerit etatē inter pubeſcentiā ⁊ perfectā iuuētutē exiſtentē. Ad quod reſpondet idē galienus dicens ꝙ forte putauit ypo. nos intelligere per etatē anteriorē ⁊ ſequentē quis etatē iuuētutis quales morbi eſſent futuri in hac etate in media nā hec etas ſicut media inter illas duas etatuꝫ conmixtas habet infirmitates: ⁊ habēt muſculi maxie fluxuꝫ ſanguinis nariuꝫ ſicut eſt dictū in pubeſcentibus ⁊ finitur hic fluxus incipiens a pubeſcentia ī iuuētute ob hoc ergo reticuit ypocras hanc etatē ponens poſt pubeſcentes adoleſcētes ſeu iuuenes quos dicit pati ſputa ſanguinis ptiſiꝫ febres acutas epilēſias ⁊ alias egritudines ⁊ bene videtur adiunxiſſe maxie vero predictas ſup. ꝓpt cāꝫ aſſignatam.

❡ ſed tamen hic:

Nunc galienus facit quod eſt dictū dicens ꝙ ypo. neglexit hic determinare de febribus acutis cōtingentibus non minus pubeſcentibus quā adoleſcentibus. eſſet ergo bonū ſi diceret maxie acuti morbi ſcꝫ febres tertiane ⁊ cauſon veniunt hiis ut morbi proprii quibus colera rubea dominatur.

❡ ptiſis uero.

Galienus facit quod dictū eſt ⁊ prio premittit qualiter quia accidentaliter ſputum ſanguinis ⁊ ptiſis contingant hiis corporibus ponēdo etiā cauſas fluxus. ſecūdo infert cauſas ptiſis. tertio epilenſie. ibi ſecunda de fluxu autē ſanguinis. ibi tertia epilēſie quoqꝫ. ❡ De pria dicit ſic ꝙ ptiſis ⁊ fluxus ſanguinis non appropriantur huic etati accidentaliter contingentes eideꝫ. eſt eniꝫ dictuꝫ ſuperius quia in ſecūdo ꝙ ſenes minus egrotāt iuuenibus. cū iuuenes patiantur multa vna littera habet ꝓpt teneritateꝫ alia lr̄a ꝓpt temeritatē utraqꝫ lr̄a ſaluari pōt ꝓpt eni temeritatē rūpūt vñ de facili a cā exteriori ꝓpt etiā temeritatē multa faciūt iuuenes ꝓpt que vene crepāt nō ergo cōtingūt iſta ꝓpt defectū virtutū eorū incurrūt ergo fluxū ſanguinis. ſ. ꝓpter fracturā vene aut ꝓpter pcuſſiones ⁊ ſaltus aut quaſlibet alias res taliter vt rūpant occurrentes vel ꝓpt nimiā vociferacionē vel ꝓpt nimia frigiditatē vel propter iacere ad terrā ſine culcitra vel lecto vel ſtramie vl ꝓpt nimiā cōmeſtionē ſupple vl potus.

de fluxu aut.

❡ Facit quod eſt dictū ⁊ dicit ſic ꝙ propter fluxuꝫ ſāguinis ſup. contingentem ꝓpter fracturē vene pectoris uel pulmonis cadūt in ptiſiꝫ. ptiſis ergo nō uenit naturaliter iuuenibus ſed conſequitur accidentalia.

Epilenſie quoque.

Facit quod eſt dictuꝫ dicens epilenſias non venire naturaliter iuuenibus imo eſt mirandū qualiter dixerit ypocras epilenſias euenire iuuenibus cuꝫ alio loco dixerit hunc morbū eſſe proprium infantiū et mutare hunc morbū ſecūdū mutationē etatis contīgunt tamen epilenſie adoleſcentibus propter inordinationē diete. ⁊ quia continue fatigant nūc famē do nunc vigilando nūc nimiū calorē ſuſtinendo vl frigus calore ergo extraneato incurrūt malācoliaꝫ quāuis hoc ſit rarū. ſecundū hanc rationē alii multi morbi contingunt iuuenibus.

❡ bonum autem eſſet:

Facit quod eſt dictuꝫ dicens ꝙ eſſet bonū ſi ypocras dixiſſet ſic in loco iſto omnes morbi quos nos recordamur dixiſſe contingere aliis etatibus poſſunt contingere adoleſcentibus ⁊ proprie cauſon ⁊ tertiana

Dubitatur utrum ſputa ſanguinis ⁊ ptiſis contingant in hac etate tāquam morbi proprii. Ad parteꝫ affirmatiuā eſt ypocras quinto afforiſmoꝝ afforiſmo nono: ⁊ patet expreſſius per galienuꝫ in cōmento. In oppoſituꝫ eſt galienus in cōmento allegati afforiſmi. ❡ Pro dubio notandū ꝙ ſputū ſanguinis ⁊ ptiſis contingere poſſunt uel propter defluxuꝫ catarri acuti corrodentis ⁊ vlcerantis pulmonē vel propter cauſaꝫ extraneaꝫ ruptiuā venarū vel propter nimiaꝫ ſanguinis celericitatē vl ſanguinis ebulitionē. Penes iſtā diſtinctionē prima propoſitio eſt ꝙ in iſta etate iuuentutis non cauſatī ptiſis ⁊ ſputuꝫ ſanguinis ſecundū plurimū propter defluxuꝫ catarraleꝫ. Conclusio probatur ſic in tali etate non multiplicantur catarri ergo ⁊c. conſequētia nota antecedēs patet propter caliditatē ⁊ ſiccitatē huius etatis ⁊ propter vigorē virtutū naturaliū ❡ Secunda concluſio eſt hec ptiſis nō cauſatur de per ſe in tali etate hec probatur per primā ſic ptiſis non cauſatur per defluxuꝫ catarralē ⁊ce. ergo antecedens eſt propoſitio prima cōſequētia tenet. quia ptiſis de per ſe fit propter hanc catarralē defluxioneꝫ. Tertia concluſio eſt in tali etate non multiplicantur ſputa ſanguinis ⁊ ptiſis propter nimiā ſanguinis habūdantiā ⁊cetera. Concluſio probatur ſic in tali etate nō ualde multiplicatur ſanguis igitur ⁊ce. cōſequētia nota antecedēs patet propter ſiccitatē huius cōplexionis. ❡ Quarta propoſitio ī tali etate multiplicari poteſt ſputuꝫ ſanguinis ⁊ ptiſis. propter ſanguinis ebulitioneꝫ ⁊ ſubtilitateꝫ. cōcluſio probatur ſic in tali etate valde habūdat colera igitur ⁊cetera cōſequētia nota antecedēs notiſſimuꝫ ex cōmento. Quinta propoſitio eſt hec ī tali etate multiplicatur ſputa ſanguinis ⁊ ptiſis ꝓpt cauſas primitiuas patet per galienū in cōmento ⁊ probatur ſic in hac etate corpora valde fatigantur igitur. ⁊cetera antecedēs notat cōmunis experientia. cōſequētia tenet quia fortitudo laboris ⁊cetera eſt cauſa haruꝫ paſſionuꝫ. ❡ Quo poſito patet reſpōſio per concluſionem ultimaꝫ:

ſecundo dubitatur utrum febres:

acutiores fiant in hac etate quã in precedente. Ne gatiue arguitur sic humores sunt subtiliores in ista te causa precedenti igitur morbi causantur breuio res ⁊ acutiores antecedens notũ cũ non sint ita terre stres cõsequentia tenet quia subtilitas humoꝝ facit ad breuitatē. ¶ Secundo arguitur sic hec etas ē coleritior precedente igitur antecedens iaȝ proba- tũ est ⁊ consequentia tenet. Pro dubio sit hec cõ clusio prima febres acute causantur in hac etate cõ clusio probatur materie febriũ acutaꝝ multiplican tur in hac etate ergo ⁊c. cõsequētia tenet añs patet quia multiplicatur colera. ¶ Quarta conclusio in etate iuuentutis febres sunt tardioris terminatõis ꝙ eedē febres secundũ speciem in etate iuuentutis ⁊ hanc conclusionē confirmat rõ ante oppositũ.

tertio dubitatur quales epilensie: contingant huic etati. primo ꝙ de materia melan colica patet pre dicta galieni in cõmento. ¶ Oppo situ arguitur sic iuuenes mltiplicāt colerā rubea ⁊ ñ nigrā igitur ⁊ce. cõsequentia nota antecedens patet cuȝ non sint adhuc infrigidati. Pro dubio dicendũ ꝙ iuuenes per se non incurrũt epilensiā hec cõclu- sio est galieni in cõmento ⁊ patet propter fortitudi nem uirtutũ iuuenũ ¶ Secũda conclusio est iuue- nes plus incurrere possunt melancolicā epilensiā ꝓ- batur plus multiplicare possunt iuuenes melācoliā ꝑ viā adustionis igitur ⁊c. nota ē consequētia añs patet cũ ꝓpter extraneatõē caloris per viā adustiõis multiplicent hanc melancoliā. q° poito pȝ solutio.

circa commentum dubitatur quid intelligat per etatē mediaȝ inter iuuentutē ꝑ- fectā. ¶ Dicēdũ prio ꝙ ꝑ etatē pubescentie itelli- git etatē mittendi pubē siue lanuginē per etatē uero ꝑfecte iuuentutis itelligit etatē que ē in. xxx. vel xxxv. anno. ꝑ etatē vero appropinquātē iuuētuti quā Auic. ca. de etatibus appellat etatē fortitudīs intelligit hic galenus dictis etatibus inter mediam ⁊ce. Deinde consequenter sequitur affo. xxxi.

Itra uero hanc etatē asmata pleureticles peripleumonie li targie frenesis causon diar rie diuturne colerice dissinterie lien terie emoroides:

Presens affo. xxxi. sic continuatur ad precedentē postꝙ ypo: i ꝑcedēti affo. tetigit morbos cõtigētes in etate iuuētutis. nũc tāgit morbos cõtigētes i eta te senectutis pria ⁊ vult cõclusionē istā ꝙ asmata ⁊ morbi q̃ sequũt fiũt i etate iuuentutis. cõclusio ꝓ bat sic i illa etate fiũt asmata ⁊c. i qua multiplicāt vel reperiunt cāe hoꝝ morboꝝ sed in etate iuuētu tis multiplicāt vel repeiũt cāe hoꝝ morboꝝ ergo ⁊c. maior nota minor colligitur ex cõmēto tercio sic i littera ponitur ꝙ ultra etatē iuuētutis q̃a sup. i etate primi senii fiũt asmata pleureses periple- monie litargie frenesis causon diarie longe itē co- lerici fluxus. itē dissinterie ⁊ lienterie ⁊ emoroides Pro intellectu affo. ē prio notanda concordia que colligitur ex diuersis locis particularibus in quib⁹ ponuntur cāe istoꝝ morborũ ¶ Secundo est notan da vtilitas est enim vtilis ad pronosticandũ vt est euidens ac etiam ad preuidendũ ne hec contingant nocumenta debite corpora regendo: Tertio am pliatur non solum hec nocumenta contingere i hac etate sed etiam alia vt experientia notat de his ta men vt notioribus est facta mentio.

Iuuentus in quinto: Galienus cõmentando presentē affo. sic procedit primo notificat nobis iuuē tutē ⁊ senectutē per tempus in quo com prehenduntur. secundo supplendo afforismũ tāgit quosdam morbos in senio contingentes. ¶ Tertio cõmentatur afforismũ quarto nos ad alia loca re- mittit ibi secunda hi autē alii. ibi tertia asmata ue ro. ibi quarta quoscũq; autem. De prima dicit ꝙ iuuentus terminatur in quinto septenario quia i anno. xxxv. vnde dicebat ypo. in libro pronosti- corũ ꝙ superfluus sanguis fit exñtibus ante xxxv. annũ cui etati iuuentutis succedũt scđo septenarii. supple i quibus est prima senectus. in qua etate la boratur multũ ⁊ alhescit corpus omnibus passioni bus vt fami ⁊ce. hec tamen passiones plus nocent senectuti ꝙ iuuentuti quia iuuenes sunt fortiores ⁊ perfectiores naturaliter. ¶ Hii autem alii. Nunc facit quod est dictuȝ ⁊ dicit ꝙ hii alii quia senes sũt colerice ⁊ nigre cõplexionis. unde incurrunt maniā eoruȝ cõplexione ⁊ natura similata autũpno q̃ suc- cedens estati iuenit corpora plena colera succensa ⁊ genita in estate assimilatur ergo autũpnus frigi- dus existens huic etati frigide similiter i hac etate corpora inuenit plena colera succensa in iuuentu te ⁊ dicit galie. esse mirandũ quare nõ ascripserit ypo. melancolicā passionē huic etati quibusdā tam libris inuenit galie. hāc infirmitatem attribui huic etati ⁊ dicit galie. se nescire quis succedēs ypocrati hoc nõ scripserit. credens hoc ab ypo. negligenter ꝑ termissum: ¶ Dicit vltimo galie. ꝙ multi moriũ tur ptisici in hac etate spuentes cuȝ sanguinē in iu uentute in ptisiȝ deueniunt in hac etate ⁊ moriũtur sputũ tamen sanguinis prius cessat in eis non existē te tanta sanguinis quātitate quāta in iuuenibus. Asmata vero. Nunc facit quod est dictum ⁊ primo cõmentatur hanc partem asmata pleureides peri plemonie ⁊ frenesis ⁊ causon. secundo hanc parteȝ diarie diuturne. tertio hāc partem litargie. quarto hanc partem lienterie. quinto hanc partem emoro ides. ibi secunda diarie enim i hac. ibi tertia litar- gia cum febre: ibi quarta lienterie: ibi quita emo roides sũt proprie. De pria dicit ꝙ asmata pleure ses ⁊ periplemonie plus eueniunt huic etati ꝙ iuuē tuti corporibus huius etatis existentibus debilio- ribus sed ypocras obmisit morbos adolescentũ bre uiter tangens alios morbos. nam frenesis cõtigens ex apostematibus sanguineis panniculorũ cerebri siue diafragmatis causones etiā geniti ex colera ru bea putrefacta intra uenas ⁊ euacuatio rubee co- lere uomitu vel secessu ⁊ dissinterie non minus con

tingunt i͞iuenibus q̄ꝫ huic etati omniū causis existētibus rubeis coleris ¶ Diarie enim. Nunc galienus facit quod est dictum dicens ꝙ longiores diarie causantur in hac etate q̄ꝫ in iuuentute q̇a corpora in hac etate minus egent nutrimento q̄ꝫ i etatibus precedentibus in hiis etiā nō fit tanta dissolutio nec etiam tantum habent calorem vt prius etiam virtus contentiua defectior est in senioribus causatur ergo diaria uel propter minorationem uirtutis nutritiue in transmutando nutrimentū corpori uel propter colere rubee acuitatē intestina pungentis. que omnia i hac etate reperiuntur prio primū ut ē notū ac etiā secūdū ex iuuentute reseruata colera ac etiā adusta materia ideo necessario fit longa diaria

Litargia. Nunc galienus facit quod est dictū dicens ꝙ litargia cum febre est ex humoribus flegmaticis adunatis in cerebro ⁊ dominantibus in hac etate in qua propter frigiditatē minus generantur febres. quia tamen eorum corpora nō sūt ita frigida vt seniorū aliquo modo sunt generatiua febriū ¶ Lienterie cause. Nunc facit quod est dictum dicens ꝙ causa lienterie est materia frigida flegmatica aut mutata cōplexio supple inconueniens contentiue virtuti stomaci vl̄ intestinorū aut defectus cōtentiue virtutis vl̄ vulnera in superficie interiori stomaci vel alterius. Emoroides sunt. Nunc facit quod est dictum dicens ꝙ emoroides appropriat̄ huic etati quarum causa est nigra colera descendens in venas posteriores in quibus habundat:

¶ Quoscunque:

Nunc galienus facit quod est dictum dicens ꝙ omēs morbos vel accidentia tactos per ypocratē attineri huic etati ipse secundū posse suū exposuit uolens tamen hoc inuestigare profundius legat libros galieni quorū querendo numerū ⁊ utilitatē legat librum singularem ⁊ solum quē de ordine legendi libros cōposuit galie.

Circa afforismum dubitatur vtrū pleuresis cōtingat in hac etate. negatiue arguitur sic in hac etate nō multiplicantur colera nec reseruantur ergo etce. consequentia uidetur nota antecedens pꝫ quantuū ad partem primam cum hec corpora non sint secundū etatem colerica imo melancolica antecedēs patet etiā quantum ad partem aliam quia si reseruaretur colera in hac etate tunc hec corpora remanerent colerica ex quo propter dominiū colere plus generatur pleuresis in hac etate. ¶ Ad oppositū est ypo. in affo. Pro dubio supponēdū pleuresim secūdū plurimū eē colericā qd̄ ē deductū superius ex auic. x. tertii ca. de pleuresi ⁊ ca. de piplemoia. Secūdo supponēdū est ꝙ aliq̄ mā̄ i corpe debiliori ⁊ dēsiori ē potēs apostemare q̄ꝫ i corpe fortiori ⁊ rariori non apostemaret ꝑ quāto isensibilit̄ resolueret̄ aut sensibilit̄ pelleretur per uias expulsioni deputatas. Istis positis pria ꝓpō est hec amplior colera reperit̄ in iuuentute q̄ꝫ i pria senectute hec ꝓpō nota ē ꝓpt̄ maiorē caliditatē iuuenū ⁊ persuadet̄ p modū galie. in cōmento i estate plus est de colera q̄ꝫ in autūpno ergo ⁊ in iuuentute plus q̄ꝫ i pria senectute. antecedēs pꝫ ꝓpt̄ caliditatē estiuā esse intensiorē ⁊ ꝓpt̄ colerā in autūpno repiri ꝓpt̄ estatē: ꝯn̄a tꝫ quia ita ꝓportionabiliter se habet iuuētus ad primā senectutē sicut estas ad autūpnū. pꝫ etiam propō propt̄ exeūtia iuuenū esse colericiora. ¶ Secūda propō ē hec i prima senectute satis reperitur de colera hec propō p modū galieni probat̄ sic i autūpno reperit̄ satis de colera ergo ⁊ in prima senectute an̄s pꝫ iu cōmento propter colerā in estate succensā iu autūpno reseruatā ꝯn̄a tenet quia autūpnus huic similatur etati.

Item ex quo pria senectus nō distat multū i calore a iuuentute colerā potuit reseruare ⁊ generar̄ ¶ Tertia conclusio est hec licet amplior colera generetur in iuuētute q̄ꝫ in pria senectute plus tamen pleureses causantur in senectute pria cōclusio persuadetur modo hoc virtus prioꝝ senū debilior est materia etiam sufficiens per cōclusionē secundā pori etiam dēpsi in iuuentute vero virtus est fortis. ergo etce. totum antecedens notū est cōsequētia tenet per vnū suppositū. Istis positis pꝫ responsio ad obiectū dicendo ꝙ quāuis in senectute pria colera reseruetur dominante tamen melancolia etatiue hec etas melancolica dominatur. ¶ Notādum vltimo circa afforismū ⁊ cōmentum ꝙ litargia pōt sumi dupliciter vno modo ꝓ apostemate flegmatico facto in meatibus substantie cerebri cū raro flegma transeat ad substantiā cerebri medullarē propter eius uiscositatē raro etiā ad cerebri paniculos ꝓpter flegmatis grossitudinē ⁊ viscositatē ad ꝙ apostema sequitur obliuio flegmatis humiditate memoratiuā obtundente. sūmitur aliquādo litargia pro tali accidente quia obliuione hec colligūtur prima tertii capitulo de litargia. Ad propositū hic sūmitur litergia modo primo vt pꝫ per galie. i cōmento. ¶ Notandum ultimo ꝙ litargia aliquādo est cum febre ⁊ aliquando non secūdum cōtingētiam putrefactionis flegmatis ⁊ cōicationem caliditatis p̄ter naturam cordi. de causone autē ⁊ frenesi dicendum ut dictū ē de pleuresi. similiter dicēdum de colerico fluxu ⁊ maxime cōtingunt ista senibus malo regimine vtētibus ⁊ hiis passionibus naturaliter appropriatis:

Secundo dubitatur utrum. diarie diuturne causentur in senibus. Negatiue arguitur sic pauciores hūiditates habēt senes q̄ꝫ iuuenes igit̄ ⁊c. an̄s pꝫ q̇a senes etatiue sicciores ꝯn̄a tꝫ q̇a una cā diarie ē multitudo hūoꝝ. Secūdo arguit̄ sic senes sumūt nutrimēta ꝓportionata resūptioni ergo nō icurrūt diarriam ergo ⁊c. an̄s pꝫ cū senes possīt esse tpati. ꝯn̄a tꝫ q̇a una cā diarie senū ē q̇a corpa senū paucioribꝰ indigēt nutrimētis ⁊ sup. ꝓpt̄ multā assūptōꝫ ciborum mās multiplicāt hūorales. Ad oppm ē ypo. i affo. ⁊ gal: in ꝯmēto. ꝓ dubio supponēdū ꝙ i argumēto tactū ē senes prios eē etatie sicciores hoc notat experientia ⁊ cā nālis cū ꝯtinue caliditas egerit exsiccādo Supponēdū scd̄o caliditatē naturalē r̄missioris gradus eē i prio sene ac etiā subām spūosam eē pauciorē qd̄ scd̄m colligit pª pmi ca. de etatibꝰ. 3º supponēdū virtutē prioꝝ senū cōtētiuā ⁊ breuiter q̄libet naturalē eē debiliorē pꝫ hoc debilitato instrō ut caliditate naturali ⁊ hūido restaurato terrestriori ⁊ impuriori. Istis positis ꝯclo r̄nsalis est hec diaria cronica cat̄ i prio senio. ꝯclo psuadeat̄ ꝓpt̄ ipotētiā

vtutis prior ū senū et debilitatē caliditatis naturalis ad isensibilit resoluēdū supfluētes hūiditates ac et ad debite transmutādū hūores ad corpis natura p3 etiā propō quia cū corpa senū paucioribꝰ idigeant nutrimētis plus pportioābilit remanēt hūores sub forma ppria q possūt eē cā diarie. Jtē propt ipotentiā contētiue virtutis diaria cāri pōt nō bñ retētis hūoribus aut ppt alias cās i cōmēto narratas. tūc p3 solutio obiecti pmi q quis senes sint etatis sicciores p accidēs tñ plures pñt habere hūiditates ꝛ dato q habeāt pauciores ꝛ tamē p prehabita est euidens has paucas eē cā3 diarie. ¶ Ad secūdā rō3 respōdēdū psupposito q senes sumāt nutrimēta ut ē dictū propter tamē uirtutū ipotētias stat cāri diarias vel concedendū est añs solū i senibus tēporatis in quibus non causantur diarie. Notandū vltimo q emoroides multipliciter capiunt diuersitatē prio rōe denoiationis ꝛ forme quedā eni appellantur verucales in forma silāte verucis ex materia pruriori cāte ꝛ melancolica quedā appellant morales quasi moris in colore ꝛ figura similes cāte ex sāguine melancolico iō adest rubedo obscura. qdam appellantur vesicales tumentes ad modum uesicarū quaꝝ materia aliqualiter est permixta flegmati ¶ Secundo capiunt diuersitatē rōne denominationis assimilantis ad visiuam potentiam na3 quedā appellantur cece seu surde a quibus nihil emanat. qdam autem fluentes. Ad propositū quēlibet distinguatur senibus emoroides accidere possunt propt eos ualde multiplicare materia3 melancolicā emoroides aliquando sumuntur pro quinq3 venis circa extremitatem recti intestini existentibus quaru3 tumoribus ꝛ repletionibus dicte causantur emoroides.

Senioribus uero disnie catarri dissinterie: et tusses stranguirie et dissurie articulorū dolores nefresis uertigies apoplie cacesie pruritus totius corporis melancolie uigilie uentris humiditates oculorū et narium humiditates ebetudo oculorū glaucositas grauitas auditus:

Presens affo. xxxii. ꝛ ultimꝰ cōtinuāt ad pcedētes sic postq ypo. i pcedēti affo. passiōes tetigit pris senibus ꝯtigētes. nūc tāgit illa q ultis eueniūt senibꝰ ꝛ i enumerādo illas sic pcedit. prio tāgit unā passionē pectoris. scdo tāgit passionē pectoris aliunde pcedētē. tertio tāgit passiones vesice. quarto tangit acēus quoddā iūcturaꝝ. quinto tangit passiones renū. sexto tangit quasdā passiones capitis: septio tāgit quandā dispositionē totius corporis. octauo iterato tāgit quasdā capitis passiones. nono tangit qōdā accidens ventris. decimo tangit oculorū ꝛ nariū passiones: undecimo tangit accidens auditus ibi secunda catarri cū tussi ibi tertia stranguirie. ibi qrta articulorum dolores ibi quinta nefresis ibi sexta vertigines. ibi septia cacesie ibi octaua melācolie ibi nona uētris humiditates ibi decia oculoru3 ꝛ nariū ibi. xi. grauitas auditus. De tota pte ypoc. intelligit unā totalē cōclusionē quia oēs morbi hii cōtigūt in etate senioꝝ cōclusio probāt sic i illa etate reperiūnt hii morbi i qua cāe morboꝝ repiūtur cū debilitate uirtutis. sed i hac etate reperiunt cāe horū morborū cū debilitate virtutis ergo ꝛc. maior ē nota minor colligit i ꝯmēto cōclō sic i lrā ponit disnie cōtigūt senioribus ꝛ catarri cū tussi ꝛ stranguirie ꝛ dissurie ꝛ dolores articuloꝝ ꝛ nefresis ꝛ uertigines seu stupores secūdū aliā lrā3 cacesie ꝛ totiꝰ corporis pruritus melācolie vigilie fluxus uentris hūectatio oculoꝝ ꝛ nariū ebetudo uisus glaucosis oculorū ꝛ grauis auditus ¶ Ad itellectū affo: ex locis pticularibꝰ cōcordia colligatur ut ex tertio canonis pro parte maiori de pruritu vero cōcordia sumitur septima quarti ca. de scabie ꝛ pruritu Secundo est notanda vtilitas ē enim vtilis quātu3 ad actū pronosticū nos pronosticari decens quales aduenientē senio morbi succedant ex quo pūisi reddimur ne dicti morbi contingant. Tertio notandum ad ampliationem non solum hos senioribus posse contingere morbos imo ꝛ alios reticitos gratia breuitatis. hos tamen ideo explicitos quia communiores ꝛ magis manifestos. ¶ Quarto notādū q ꝛ si seniores intelligantur iuuenibus in etate puectiores siue sint senes primi siue secundi de secūdis tamen vt debilioribus ꝛ frigidioribus maxime intelligitur afforismus. Quinto notandu3 q reperiuntur hec nomina disnia ꝛ asma que duo iportāt difficultatem anhelandi existente disnia cu3 difficultate ꝛ inordinatione anhelitus existente etiā disnia sine sonitu pectoris imo uoce existente submissa ut raucorū vel leprosorum. in asmate autem est sonitus quasi sonitus gattoꝝ anhelantiū vnde uersus disnia se celat canit asma malumq3 reuelat Asma vero ꝛ disnia diuidi possunt in multos mōs est enim aliqua difficultas anhelitus respectu inspiratōis seu tractꝰ aeris ad se nō exñte difficultate talē respectu huꝰ i expirādo ꝛ talit patiens appellāt anhelosus ē 2° cōtraria difficultas anhelitus qa respectu expiratōis ꝛ nō ispiratōis ꝛ sic patiēs appellāt suffiginosus ē 3ª difficultas i qua talit difficultatur anhelitus ut ifirmus recte stare cogatur q difficultas appellatur ortomia ab ortos qd est rectum quia ut ē dictū rectus stare cogitur hāc ortomie ex positōe3 sumite. Quarto regiminis acutoꝝ cōmento xxi. circa finē illiꝰ ptis quecūq3 flegmiantia ꝛc. iō dicit uersus expirat late trahit ad se cū difficultate ois ābelosus ecōtra suffigiosis ortomia quoq3 morbo uexatur utroq3. ad ppoᵐ totū applicādo oēs hc difficultates anhelituū seniorībꝰ cōtingere possunt itellecte per disnias cōtigūt aūt ppt debitatē mēbroru3 anhelitus ꝛ ppt materias multas flegmaticas ad pulmone3 ꝛ eius canales defluxas. ¶ Sexto notādū q si catarrꝰ sumāt multiplr hic tñ sūit p defluxu hūiditatū a capite ad pectoralia ꝯtigēte i his ppt frigiditatē capitū coꝝ ꝛ virtutū ibecillitatē cū tu i vero fiunt his hūiditatibus stimulantibꝰ uirtutē pectoris ad expellendū. ꝛ et sm tussi ꝯtiget pñt sm quietudinem materie ꝛ virtutis ebetudinem.

¶ Notandum septimo ꝙ sumpta stranguiria pro impotentia debite expellendi urinam: ⁊ dissuria ꝓ impotentia retinendi: hec duo senioribus contingere possunt. p̄mo stranguiria ꝓpter debilitateʒ expulsiue uirtutis aut opillationeʒ circa collum uesice contingentem ex grossis ⁊ flegmaticis humoribꝰ opilantibus: dissurie uero ꝓpter debilitatem contentiue a nimia accidentali humiditate contingentem: nō est ergo inconueniens has contrarias passiones distinctis temporibus ipaꝝ causis occurrentibus cōtingere. Notandū octauo ꝙ dolores articulorū contingunt istis propter debilitatem uirtutum ⁊ frigiditatem illarum partium ⁊ descensū humidatum ad iuncturas tanꝙ ad partes latiores ⁊ debiliores unde cum nō possint resolui hi humores dolorem causant: uel propter malam complexionem eoruʒ uel replendo ⁊ extendendo soluendo continuuʒ. ¶ Nono notandū ꝙ per frenesim habemus intelligere dolorem renum contingentem propter humores grossos descendentes in renes: qui dictis causis dolores faciunt renum: similiter contingūt lithiasis idest lapides renum caliditate renum lapidante hos humores. Decimo notandum ꝙ uertigines causantur in senioribus ꝓpter debilitatem cerebri eoꝝ ⁊ uapores eleuatos ad cerebrum uirtute impotēte ad hos resoluendos. ¶ Item causantur stupores: quia remissiones uel ablationes sensationum tactualium propter frigiditatem accidentalem sensū tactus obtundere. Item causantur appoplexie ꝓpt̄ nimias flegmaticas humiditates cerebro abundantes: per appoplexias intelligendo epidimias ⁊ paleses. ¶ Undecimo notandum ut dicitur decimaq̄rta tertij tractatu tertio tractatu quarto ꝙ caccesia nō est aliud ꝙ̄ dispositio corporis qua color mutat̄ corporis ad aʒm uel citrinum cum inflāmatione palpebraꝝ seu manuum uel pedum uel totius corporis consequens malitiam digestionis ⁊ presentiam multarum humiditatum hinc inde per corpus dispersarum: ⁊ est dicta caccesia a caco quod est malum ⁊ sia dispositio quasi mala dispositio corporis prenia ad ydropisim ut tangitur ibidem. hoc auteʒ conuenit senioribus ꝓpter frigiditatem ⁊ uirtutis digestiue debilitatem. Notandum duodecimo ꝙ differentia est inter pruritum ⁊ scabiem: quia scabies est cum pustulis: pruritus autem sine ut colligitur septima quarti capitulo de scabie ⁊ pruritu ꝙ̄uis etiam aliam tangat differentiā: hic auteʒ pruritus contingit senioribus propter materias salsas apellatas baurachies drimes ⁊ serosas: que per uiam siccitatis ⁊ adustionis genite sunt: ⁊ propter impotentiam uirtutum senum ad euacuanduʒ has materias ⁊ propter earum grossitudinem: scabies tñ etiam senibus contingere potest intellecta per pruritum. ¶ Ex isto inferre possumus quare pinguedo seniorum est citrina: cum enim multiplicent partes adustas ut est dictum ipsis cōmixtis cum partibus flegmaticis albis ⁊ aereis color causatur mediꝰ int̄ aʒm ⁊ adustum oppocacum citrinus nominatus.

Notandum tredecimo ꝙ melancolice quia passiones melancolice cum timore quodam causantur in senioribus propter hanc etatē fore conformem multiplicationi melancolice. ¶ Item causantur uigilie propter nimias senum siccitates ꝙ̄uis per accidens ⁊ propter multiplicationem multarum humiditatū circa caput aliquotiens incurrant subet. Notandum decimoquarto ꝙ in hac etate fiunt fluxus uentris ⁊ propter debilitatē uirtutis contentiue uel multiplicatis multis humiditatibus accidentalibus: quibus defluxis ad uentrem causantur uentris humiditates intelligendo per uentris humiditates fluxū humoralem ⁊ lienteriam seu cibalem propter debilitatem digestiue ⁊ contentiue contingentē. ¶ Notandum decimoquinto ꝙ istis contingunt ebetudines oculorum ⁊ aurium. i. uisus ⁊ auditus ⁊ alioꝝ sensuum. primo propter paucitatem spirituum ⁊ caloris naturalis ut instrumentorum. secundo propt̄ multas accidentales humiditates ebetantes has potentias sensitiuas. Notandum decimosexto ꝙ glaucosis conuenit istis que nō est aliud ꝙ̄ quedam albedo oculorum trahens tamen ad quandam obscuritatem contingens propter paucitatem ⁊ siccitatem albuginei humoris ac etiam propter defluxum humiditatū aquosarum per neruos obticos ad oculos defluentium. ¶ Item conuenit istis grauitas auditus quia diminutio uel ablatio propter causas assignatas in uisu.

Quidam imitantes

Galienus cōmentando presenteʒ afforismum duo facit. primo tangit quorundum expositionem circa hanc partem. senioribus. Secundo exequitur particulatim uerificando afforismum ibi secunda. in hac etate. De prima dicit sic ꝙ quidam sequentes ypocratem cōmentando supple ipʒ differentiam faciunt inter senes ⁊ seniores dicentes ypocratem intellexisse per seniores decrepitos: per senes uero eos qui sequuntur iuuenes imediate supple ⁊ precedūt seniores que expositio ꝙ̄uis sit uera tamen non oppinatur ypocratē differentiam ponere hic inter senes intelligens omnes qui sequuntur iuuenes in quibus finem imponit dans intelligere se oēs etates tetigisse.

In hac etate

¶ Nunc facit ypocras quod est dictuʒ Et primo Galienus cōmentatur hanc partem dissurie. Secundo hanc parteʒ catarri cum tussi. Tertio hanc partē nefresis ⁊ lithiases. Quarto hanc partem dolores articuloruʒ ¶ Quinto hanc partem uertigines. Sexto hanc partē appoplesie. Septimo hanc partem pruritus totius corporis. Octauo hanc partem uigilie ¶ Nono hanc partem humiditas narium ⁊ oculorum. Decimo hanc partem ebetudo oculorum ⁊ grauitas auditus ¶ Ultimo hanc partem glaucosis. Ibi secunda catarri cuʒ tussi. Tertia ibi. Si in renes facit. Ibi quarta

dolores oculorum. ibi quinta. uertigines. ibi sexta appoplesia. ibi septima. Et semper huius etas. ibi octaua. Uigilie. ibi nona. Humiditas oculorum. ibi decima. Ebetudo oculorum. ibi undecia. Glaucosis. De prima dicit: morbos huius etatis esse disnias idest defectiones et inordinationes anhelit9 ex debilitate instrumenti anhelitus pcedentes.

catarri

Nunc facit quod est dictum: dicens catarros cũ tussi causari propter frigiditates cerebro dominantes flegmatis abundantia quod multum existẽs et grossum his corporibus dominans et maxime cerebro supple propter frigiditatem cerebri et humiditatem descendens in pulmonem facit disniam et cum tussi: catarrum nam cum tale flegma facit defluxum qui supple est catarrus ad quem consequitur tussis ut est dictum. De tertia dicit sic ꝙ si tale flegma descendit in renes facit nefresim ad sensum datum et lithiasim quia lapidem renum ut est positum.

dolores

Nunc facit quod est dictum: dicens dolores articulorum seu iuncturaꝝ causari propter humores descendentes in iuncturas ut dixi: aut propter frigiditatẽ instrumentorum motus uoluntariꝫ: quia musculorum que supple frigiditas hanc etatem comitatur.

uertigines

Nunc facit qđ est dcm̃: dicẽs uertigines causari ex fumosis uentositatibus in substantia cerebri existentibus et commouentibus seu agitantibus cerebri substantiam: et supple substantiam cerebri spirituosam: et aliquando causatur uertigio ex fumositatibus pessimorum humorum ascendentibus caput cum qua supple sunt pessima accidentia et que prona est ad appoplesiam uel mortem.

appoplesie

Nunc facit quod est dictum: dicens ꝙ appoplesie appropriantur huic etati: quia cerebra horum plena sunt humiditate flegmatica: que supple replendo facit appoplesia et ideo in his uulnera innascantur propter sanguinis paucitatem et supple flegmatis abundantiam nunꝙ sanantur: cum uulneruꝫ sanatio supple fiat a uirtute calido naturali mediante.

et semper huius

Nunc facit quod est dictum: dicens hanc etatem semper habere pruritum: quia materia pruritus propter cutis constipationem et frigiditatem nõ expellitur: sed supple intra manẽs seu intra duas cutes pruritum causat.

uigilie quia

Nunc facit quod dictum est: dicens uigilias his contingere senibus: senes enim uigilant quãuis non omnes duabus ex causis a ut corporum siccitate aut tristitia illata a senectute: quas uigilias quia patiũtur sani remanent: prout conuenit his: et est causa quia propter uigilias superfluentes humiditates cõsumuntur: nam dicit Galienus se ostendisse in lib° complexionum: senum corpora naturaliter esse sicca licet multi flegmatici humores adunentur in his: et ideo estimantur hi senes frigidi naturaliter et humidi: quibus humoribus adunatis et supple non expulsis fit multus sompnus: expulsus autem uigilie consequuntur.

humiditates oculorum

Nunc facit quod dictum est: dicens malum esse humiditatem oculorum et narium procedere ex humoribus supple flegmaticis circa cerebrum abundantibus: quibus descendentibus in uentres humectantur seu fluent uentres.

ebetudo

Nunc facit quod dictum est: dicens ebitudinem oculorum et grauitatem auditus esse ex defectu uirtutis uisiue et auditiue et supple ex alia causa dicta superius.

glaucosis

Nunc facit quod dictum est: dicens glaucosim ꝓuenire ex ultima siccitate in instrumento uisus ꝙtuꝫ supple ad humorem albugineum supple tamen cuꝫ grossitie spirituum ac etiam humorum. Multa circa hanc glaucosim tangi possunt: multa etiaꝫ de his qui uident longe et nõ prope et econtra que quia nõ sunt de presenti proposito in presentiaꝝ obmittantᷣ

In acutis egritudinibus, frigiditas extremitatum malū

Intentio ypo. in presenti particula septima ⁊ ultima est repetere quedā in prehabitis posita capitulis ⁊ addere alia multa que oīa nos docent ꝓnosticari in morbis ⁊ morboꝝ accidentibus. Spetialis tñ intentio ypo. in p̄mo affō est per quoddā accidēs p̄ter naturā docere nos ꝓnosticari in morbis acutis ⁊ supra mortē futurā ⁊ vult ꝯclōnem istam. Frigiditas extremitatum est malū signum in morbis acutis: conclō ꝓbatur sic: illud est malū quod significat apostema magnū in visceribus: sed frias extremitatum significat apostema magnum in visceribus g° maior nota: mior patebit p ꝯm̄tū: ꝯclō i lr̄a ponitur sic: frigiditas extremitatum sup. apparens in morbis acutis est malū. s. signum. ¶ Ad intellectū affōi primo est notanda affōi ꝯcordia que colligit q̄rto affōꝝ affō 4°. In non deficientibus febribꝫ. Et 3° ꝓnosticoꝝ cōmento x° ⁊ quarto regiminis acutoꝝ cōmento. 15°. ⁊ colligitur etiā 16° ꝯtinentis ca° p̄mo colligitur ultimo sc̄da quarti ca° de signis ex parte extremitatum in principio. Sc̄do est notāda utilitas: est eni p̄ns affōus utilis q̄tū ad actum ꝓnosticū ut notum est. ¶ Tertio notanda est ampliatio dicendo q̄ presens affoꝫ ꝯtinet veritatē in utroqꝫ sexu maxime tñ in sexu virili in quo minus videt extrema frigida esse in morbis acutis. Cōtinet veritatē etiā in qualibet cōplexione ⁊ maxime in calia in qua etiam minus videt̄ extrema in morbo acuto esse frigida. Cōtinet etiā veritatē in qualꝫ etate maxime tñ in etate iuuentutis in qua extrēa minus ꝓbabiliter deberent esse frigida in morbo acuto. ¶ Quarto notāda ē ꝯueniētia ⁊ dr̄a presētis affōi ad affōm 48m quarte particule. nam primo ꝯueniunt in signo quia frigiditate extremitatū: conueniut etiam in snīa significati quia ītelligitur mortale in utroqꝫ. cōueniunt etiam in eo in quo significatur generaliter quia utrobiqꝫ significatur ī morbis acutis: differunt aūt quia illud in quo significat̄ est magis specificū ibidem dicendo in nō deficientibus febribus. Item signum est magis dearticulatum magis ibidem dicendo extrema esse frigida interiora vero ardere ⁊ sitire hominē. Item significatum magis specificū ibidem dicendo mortale ibi hic ponitur malum: cā tñ repetitionis p̄ntis affōi eē potuit: quia que utilia sunt repetere nō dubitauit ypo. affōꝝ quinto ꝯmento 65° in fine illius affo. lac dare caput dolentibus. Cū etiā in uno loco materia una nō possit discuti unde ut conuenienter discutiat̄ nō incōueniens idem repetere pluries: nam multotiens cribrat homo unum modiū sabuli ut īueniat unā margaritam Aueroys quarto colliget colligitur etiā dcā snīa in hac particula cōmēto. xxvij. illius affōi. In forti dolore. Quinto notandū q̄ nō solum in morbis acutis frigiditas extremitatum ⁊c̄. sed in forti accidente ⁊ dolore dicente ypocrate in affō. xxvij. In dolore forti circa uentrē quia tamen forte accidens vertens ad se curam morbus appellatur ideo per morbos acutos accideus intelligere potuit. ¶ Sexto notandum q̄ frigiditas extremitatum apparere pōt in principio acutorum morboꝝ ⁊ apparere pōt in ꝓcessu: si appareat ī p̄ncipio est peius modificando ut dicet̄ Gm q̄ pꝫ sc̄da quarti ubi posita est ꝯcordia: ⁊ causa est quia denotatur morbū statim a principio esse ita maligum ut infrigidentur extrema: si appareat in ꝓcessu nō est tantum malum: ꝓ quāto ñ denotatur tanta malitia ⁊ morbi acuitas. Septimo notandū q̄ talis frigiditas nō est sola frigiditas priuatiua īmo frigiditas positiua: cum tactꝰ cōprehendat extrema esse frigida respectu t̄pamenti ponderis. ¶ Octauo notandū q̄ frigiditas extremitatum est duplex quedā q̄ p appositionē pannoꝝ cito remouet̄ quedā que ñ hic maxime intelligitur de frigiditate que perseuerat ⁊ nō eradicatur. ut sumitur secunda quarti allegato caplō causa hꝰ tangetur. Nono notandum q̄ per extremitates habemus intelligere partes exteriores longinquas a fonte caloris ⁊ corde ⁊ visceribus qualia sunt enumerata in ꝯmento. ¶ Decio notandū q̄ ex parte extremitatū possumus significare multipliciter. p̄mo ex qualitate prima mutata ut frigiditate extremitatū. secundo ex qualitate secunda ut calore mutato ⁊c̄. secundo possumus significare ex situ preter naturā ut spasmo ⁊c̄. seu ex motu preter naturā qualis est motus spasmosus vł diminutione seu ablatione motꝰ. Itē ex casu seu corruptione extremitatum hec collecta sunt secūda quarti allegato caplō q̄uis aūt oībus istis modis significet̄: unum tñ ⁊ primū modū expressit ypocras ¶ Undecimo notandū q̄ hoc signū debet dici mortale ut pꝫ affo. xlviij. quarti denotando mortifificationē ⁊ quasi ultimatā magnitudinē calidi apostematis in visceribus ⁊c̄.

In diuturnis

Galienus cōmentando p̄ntem affo. sic ꝓcedit. nam primo premittit in quibus morbis affoꝰ nō intelligatur. sc̄do in quo morbo intelligatur explicando malū q̄ significat hoc signū. Tertio exponit hoc vocabulū acutis. Quarto verificat ⁊ clarificat affōm. secūda ibi sed in egritudine acuta: tertia ibi ypo. alibi. Quarta ibi: que si sit cū apāte. ¶ De prima dicit sic q̄ frigiditas extremitatum ut aurium narium plantarꝫ pedū ⁊ manuum nō est ualde piculosa in mulieribꝰ siue decrepitis patientibus morbos longos ⁊ maxime sine febre. ¶ De secunda dicit q̄ frigiditas extremitatum nō est modicū piculosa in morbo acuto īmo mortalis ⁊ molestissima cuꝫ eius cā sint apostemata magna ⁊ fortiora existentia in visceribus Deinde cum dicit ypo. alibi. Nunc facit q̄ est dcm̄ dicens ypocratem dixisse alibi morbum pacutum esse sicut febrem calidissimam ⁊ ꝯtinuam. ¶ De quarta dicit sic: q̄ si hec febris sit sine apostemate nō est rōnabile extrema infrigidari īmo incendi debent ⁊ esse calidissime extremitates supple ꝓpter nimiam caliditatē febris ⁊ longe magis si apostema sit in visceribus suple maior fiet intensio caloris.

¶ Interiora aũt sup. calefiunt quia cũ viscera ⁊ sup interiora fugant sicut ventosa sanguinẽ totius cor poris ad se oꝫ hec viscera esse calidissima ⁊ extrēa sic inanita ⁊ paucificata sanguine esse frigidissima ꝑpter quoꝝ extremoꝝ caliditatẽ. ita patientes sup nulla possũt sustinere coopimenta tanta est arsura reꝝ incensaꝝ.

circa afforismum dubitatur: utrum in acuta febre infrigidentur extrema. Ad ptem ne gatiuā arĩ sic: apostemate existente extrinseco nõ in frigidant interiora: imo amplius calefiunt: g° nec apostematis visceribus infrigidabũtur exteriora: aũs notat expientia: tenꝫ ꝯñ: quia caliditas partis apostematis exterioris ⁊ dolor tm̃ attrahere pñt ꝗtum spā visceꝝ. ¶ Secũdo sic pte viscerali apo stemata calitas intēditur ⁊ plus transire pt ad exte riora. ergo. añs ꝗtum ad primā partem notum est ꝗtum etiā ad secundā cũ nõ habeant ꝓhibens.

Tertio sic in pleuresi nõ ĩfrigidātur extrema: g° añs pꝫ ad expientiam tenet ꝯñ cum sit apā intrinse cũ. ¶ Quarto arguitur sic extrema in febre acuta sũt viuentia: ergo nõ debent infrigidari assumptuꝫ notũ est: tenet ꝯñ: quia anima recipitur in calore naturali vt patet septio methaphicc ꝯmento. xxxiij aut fm aliam ꝯputationẽ. 35°. Quinto sic nullum est agens ꝓducens frigiditatem extremorum. ergo ꝯsequentia tenet: patet assumptuꝫ cum caliditas fe brilis nõ possit ꝓducere frigiditatẽ. ¶ Ad oppom ẽ affõ. Pro dubio notandũ caliditatẽ actualẽ totius aĩal dependere a spũ cordis ⁊ sanguine epatis istud est ꝯcessũ coĩter oĩum. ¶ Secũdo notandũ ꝙ extre ma infrigidantur primo ꝑpter cām priuatiuā: quia ꝑpter impotentiaꝫ expansionis caloris ⁊ spũum ad extrema: que ĩpotentia ꝓuẽit multis ex cāis. ꝑmo ꝑpter impotentiā ⁊ debilitatẽ membroꝝ mittentiũ vt nõ solum infrigidentur extrema: ĩmo interiora in febre acuta anhelitus frigidus mortale: vt scđa quarti colligitur causatur scđo ꝑpter opilationẽ in uia intermedia cõtingentẽ sicut patet in ligatiõe cũ fune partibus intermedijs. causat̃ tertio hec impo tentia ꝑpter resistentiā materie frigide ꝓhibentis debitam caloris expansionẽ sicut in morbo cronico Catur quarto hec ĩpotentia ꝑpter materiā frigidā in exterioribus existentẽ liquatā per materiā intrin secā calidā sicut ĩ febre vere lipparia in qua calent intrinseca ⁊ frigent extrinseca ꝑpter hanc cām. Itẽ causatur hec impotentia ꝑpter vehementẽ re tractionẽ caloris ⁊ spũum ꝯsequentẽ mordicationeꝫ partis sensibilis sicut in rigore vero causato a spar sione colerice materie supra mēbra sensibilia. Cat̃ vlterius hec impotentia ꝑpter retractionẽ factam ꝑpter defectum virtutis vt in sincopi. Catur ulte rius hec impotẽtia ꝑpter retractionẽ caloris ⁊ spũuꝫ factam a re preter naturā calida aut cā doloris vñ ꝑpter nimiā attractionẽ nõ possũt expandi sanguis ⁊ spũs. Ultra uero hanc cām sunt accidentia aĩe vt timor ⁊c. ꝑpter nimiā ꝯtractionẽ cā frigiditatis extremoꝝ. aut etiā materie frigide calm̃ intrinse cus suffocantes ⁊ ꝓhibēdo delationẽ sanguinis ⁊ spi rituũ cā infrigidationis extremoꝝ. ¶ Ultra uero cām priuatiuā imaginanda est cā positiua: que aliqñ est humor flegmaticus aut melancolic⁹ sua frigidita te infrigidans extrema: est aliqñ cā infrigidationis elementũ frigidũ existens in extremis ꝙ habẽs mo dicā resistentiā nõ expanso calore spũ ⁊ sanguine se ad gradũ deducit vlteriorem fm istā viam. ¶ Se cũdo teneri potest vel ꝙ vltra sanguinẽ ⁊ spũm ex trema a predominio sunt frigida: uel ꝙ ꝗuis in eis dominet̃ caliditas: quia tñ elementa frigida plus fi xa sunt vt sic dicā supando calida infrigidant extre ma: sed credo primā viā esse ueriorẽ ꝗuis sit coior

Isto posito ꝯclusio responsalis sit hec: in acutis morbis possũt extrema infrigidari: ꝯclo ꝓbatur sic p viam resolutionis deficere põt expansio caloris ⁊ spirituũ ad exteriora: igitur añs notum: tenꝫ ꝯñ ex notato. ¶ Secundo arguitur sic in morbo acu to attractio sanguinis ⁊ spũuꝫ ad interiora põt eẽ tā ta ꝙ ꝓhibeat expansionẽ caloris ⁊ spũum. igit̃ añs patet in apãte existente intrinsecus magno ⁊ dolo roso valde. Secũda ꝑpõ est in morbo acuto pñt intrinseca infrigidari pꝫ ꝑpõ per ꝑmissum anhelit⁹ potest esse frigidus. igitur añs allegatũ est secunda quarti. tenet ꝯñ de se. ¶ Tertia conclusio est hec frigiditas extremitatum in morbo acuto differt ab aliis extremoꝝ frigiditatibus ꝑpõ patet: quia in fri giditate ꝑpter magnum apostema ⁊c. licet extrēa sint frigida: tñ interiora ardent ⁊ sitiunt. vt q̃rto affõꝝ affõ. xlviij: allegatum est sed frigiditas ex tremoꝝ in rigore apparens: est etiā cũ frigiditate partiũ pectoraliũ nõ existente intrinsecus vehemẽ ti causmate pectoralium calefactiuo: sicut in morbo acuto cũ apostemate intrinseco: ꝯsimiliter differunt a frigiditate morbi cronici ac etiā in modo fiendi: quia talis frigiditas extremoꝝ ꝓuenit ꝑpter retra ctionẽ caloris: in cronico per oppositũ ⁊ impotentiā expansionis vt patet 2° ꝓnosticoꝝ cõmento quarto dicit̃ etiam ab aliis frigiditatibus: vt satis euidens ẽ

Quarta ꝑpõ est hec: stat caliditatẽ ꝯtinue inten di ⁊ frigiditatem extremoꝝ augeri: patet ꝑpositio aucta attractione caloris ⁊ spũum interius ⁊ aucto dolore p caloris intrinseci intensionẽ. ¶ Istis posi tis pꝫ solutio obiectoꝝ p se: nam primo ad assũptuꝫ ꝑmi dicendũ ꝙ apostema intrinsecũ nõ est ita ĩpo tẽs ad attrahendũ sicut extrinsecũ. ideo ꝑpter apo stemationẽ extrinsecā nõ ita infrigidantur intrinse ca sicut econtra: intrinseci eñi sũt minera caloris ⁊ ñ extrinseci. Ad aliuꝫ punctũ: quia caliditas intendi tur solutum est. ¶ Ad aliũ quia extrema sũt viuen tia ꝯcedo ⁊ dico ꝙ aĩa stare potest cum frigido per ꝑps respectu equalis ponderis: ⁊ dũ est in dispõne ꝯternaturā. Ad aliud de pleuresi dicendũ: ꝙ a postema intrinsecũ nõ sequitur frigiditas extremoꝝ nisi apostemate existente valde magno ⁊ doloroso vt trahat sanguinẽ ⁊ spũs vt ventosa: iõ in multis pleuresibus potest fieri infrigidatio extremoꝝ ꝑpt dcām cām ⁊ defectũ caliditatis naturalis. ¶ Ad ali ud dcm̃ est ꝙ agens positiuũ ⁊c.

dubitatur utrum frigiditas extremo rum sit mortalis: ⁊ sine argumentis dicendũ ꝙ sic in morbo acuto ꝑpter cās assignatas ⁊ modificatas vt est tactum: ꝗuis frigiditas extremoꝝ apparens in die cretica: vt in rigore causonis sit bona ꝑpter intentionẽ nature ad pugnā cõtra materiā morbi: de quo rigore dr̃ q̃rta affõꝝ affõ. lviij. a causone

habito rigore ſupueniente ſolutio fit. ¶ Secundo notandū circa cōmentū ꝙ frigiditas extremitatum in morbo cronico pōt eſſe mortalis cōtingens ſeu cōtingere potens ꝓpter defectum caloris ⁊ ſuffocatione: ipa tñ ad mentē Galie. nō eſt piculoſa nec ex ſe mortale ſignum cū nō ſit valde irrōale ꝑpt materiā frigidam morbi cronici infrigidari extrema.

Secūdo notandū ꝙ viſcera apoſtemata trahūt ſicut ventoſa: quia ſicut ventoſa trahit a calido ſic etiā trahunt hec ꝓpter vehementem caliditatē ꝙuis etiam trahant ꝓpter vehementiā doloris: vñ hec attractio eſt contra naturam ⁊ vehemenenter nociua nature ⁊c̄.

In oſſe egrotante caro liuida malum

¶ Pñs affō⁹ ꝯtinuatur ad precedentē hoc mō. poſtꝙ ypo. in ꝑcedēti affō docuit ſignificare ꝑ frigiditatē extremitatū in morbiſ acutis: nunc docet ꝓnoſticari in morbo oſſis ꝑ liuidationē carnis: ⁊ vult hanc ꝯclonem ꝙ caro liuida eſt malum ſignū in morbo oſſis. ꝯclō ꝓbatur ſic: illud eſt malum ſignū qđ ſignificat peſſimā putrefactionē oſſis: ſed liuiditas carnis eſt huiuſmodi. ergo illud etiā eſt malum qđ ſignificat ꝯgelationē ⁊ caloris naturalis extinctionē: ſed liuiditas carnis eſt h⁹modi. igitur maiores note ſūt: ⁊ minores in cōmento colliguntur. ꝯclō in littera ſic ponitur caro liuida eſt quid malū in oſſe egrotante. Ad intellectū affōi eſt notanda ꝑmo ꝯcordia que habet̄ in ſnia q̄rta quarti tractatu quarto ca° de ſignis corruptiōis oſſis ibi. Et cū diſcoopericris eam. Secundo ē notanda vtilitas ⁊c̄. eſt eni vtilis ad debite diſcernēdū an pars ſit putrida vehementer vel nō. ¶ 3° notanda eſt ampliatio dicendo ꝑmo ꝙ nō ſolū in oſſe affō⁹ ꝯtinet veritatē ſed ī quolibet ſpermatico mēbro circūdato carne: quia tñ os ꝯtingit maxime fore carne circūdatū: ideo per colorem carnis maxime explicuit ſignificationē in oſſe egrotante: ī oſſe etiā oī ꝯtinet affō⁹ veritatē. Quarto notanđ ad ampliationē ꝙ nō ſolum in egrotante oſſe caro liuida malum eſt: ſed etiā ecōtra in egrotante carne os liuidū malum. in ꝑmo tñ vt notiori ypo. poſuit affōm: plus eni notificatur os ꝑ carnē ꝙ ecōtra cū caro circūdet os magis ſubiecta ſenſibus. ¶ 5° notandū ꝙ affō⁹ ꝯtinet veritatē in oſſe egrotante q̄licūqꝫ morbo: quia ſolutione ꝯtinuitatis aut mala ꝯplexione. Sexto notandū ꝙ ſup malā putrefactionē oſſis ſignificare poſſumus ꝑ multa vt pꝫ per Auic. allegato loco primo per colorē vt loco pñti. ſecūdo per fetorem cū. n. fetor ſignificet putrefactionē vt allegat̄ primo ꝓnoſticoꝝ cap° vltio. nimi⁹ fetor carnis nimiā ſignificabit putrefactionē in oſſe ergo egrotante carnis fetor nimis malus eſt. ¶ 3° ſignificatur ꝑ mollitiē ⁊ duritiē ſi eni impōſito carni ſtilo aut tenta in carne nimia repiatur mollities vt ſtilus libere pertranſeat ꝑ carnē nimia putrefactione denotata malū ꝯprehendimus: ex tali vero mollitie ꝯprehendimus hoc mō putrefactionē: q̇a per putrefactionē diſſoluunt̄ partes carnis. vnde ꝑ extractionē humidi a centro ad circūferentiā diſſoluitur ꝯtinuitas carnis ⁊ apparet caro in ſupfitie humida. ¶ Itē etiā ex mollitie apparente circa os cōprehendimus putrefactionē pāniculi coopientis os ⁊ in ſupfitie oſſis vt cedat aliqualiter os. Itē etiā ex aſpitate oſſis ꝯprehendim⁹ malā ⁊ vehementē fuiſſe putrefactionē que exaſperauerit ⁊ corroſerit oſſis ſuperfitiem. ¶ Itē in oſſe egrotante malum ſignificare poſſumus ex diminuta vel ablata ſenſatione carnis circūſtantis qua ablatōe vel diminutōe ꝯprehenditur putrefactiōꝫ taliter ꝓceſſiſſe vt abſtulerit ſeu remiſerit ſenſationē ⁊ ꝑ oppoſitum bonum in oſſe egrotantis ſignificare poſſumus. ꝑmo per calorem carnis: ſi liuidus eſt notans pñāꝫ ſpūs ⁊ caloris naturalis multi. Itē etiā per debitā tenacitatē carnis debitam etiā oſſis reſiſtentiā ⁊ carnis circūſtantis ſenſationē. ¶ Ad ꝓpoſitum magis veniendo vno ſolo mō ut ē dcm̄: quis colore carnis circūſtantis oſſi egrotanti ſignificare docuit. Itē nota ꝙ ꝙuis ꝓprie liuere ſit rigere: tñ liuedo ſumitur pluries ꝓ colore cineritio tendente in nigꝝ qualis ē pluries color albuminis oui aliqual'r ab igne ſeu fumo defumati: qui color liuidus cāt̄ur ꝑ mortificationē caloris: per liuidū colorem intelligendo viridē ⁊ nigꝝ: qui oēs vt dicet̄ mortificationē denotāt caloris. ¶ Octauo notandū ꝙ liuedo carnis cauſari pōt ab intrinſeco quia ꝓpter corruptionē oſſis aut etiā ꝓpter ꝓprium defectū caloris carnis: pōt etiā cāri ab extrinſeco: quia primo a re colorante talit̄ aut etiam a re ꝯtundente vt ibi mortificato ſanguine ⁊ ſpū color cauſet̄ liuidus aut viridis aut violaceus. Ad ꝓpoſitū maxime hic loquitur ypo: de liuedine cauſata ab extrinſeco ⁊ ſequente oſſis putrefactionē: quā ꝯſequi taliter ꝯprehendere poterimus ꝯp̄henſo ꝑmo ꝙ os egrotabit ꝙ caro apparebat ſana: ꝙuis etiā liuedo carnis ab intrinſeco ⁊ ꝓprio carnis defectu ꝓueniens ſit mala ⁊ magis fouens oſſis egritudinē. ¶ Nono notandū ꝙ talis liuor carnis malus eſt per viā ſigni ⁊ ꝑ viā cāe. ꝑmo ꝑ viam ſigni ſignificans qđ dcm̄ eſt ⁊ in cōmento ponitur ac etiā per viā cāe: quia caro ſic liuida fouꝫ corruptionē oſſis ſicut effectus ꝯſiml' cāe ſuā refouꝫ cām vt ignis ignē ⁊c̄.

Hec ſpecies coloris

Galienus in cōmento preſenti ſoluꝫ verificat affōm: ⁊ dicit ſic. ꝙ ſpetialis color quia liuedo nō indicat paruū piculum in egritudine oſſis: quia ſignificat peſſimam putredinē. ſ. oſſis ⁊ ꝯgelationē carnis circūdantis oſ ⁊ extinctionē caliditatis naturalis.

¶ Dubitatur circa ꝯmentum utrū color liuidus ſignificet peſſimā putrefactionē ⁊c̄. ⁊ per liuidū intelligendo eū qui eſt in via ad nigꝝ. Ad ꝑtem negatiuā arguitur ſic: color niger ſignificat putrefactionē peiorem. ergo ꝯña tenet: pꝫ aſſ^m: quia cū ꝓpter mortificationē caloris ꝯſequet̄ opacatio: color niger maiorē ſignificando opacationē ſignifibit caloris maiorem extinctionē ⁊ putrefactioneꝫ ¶ Secūdo arguitur ſic. Color liuidus ſiḡt putrefactionē: igitur nō ꝯgelationē: aña ponitur in cōmēto ꝯña tenet: quia cū putrefactio fiat a calido: ⁊ ꝯgelatio a frigido 4° methauroꝝ: color liuidus ſigna

putrefactionē nō significabit ꝯgelationē. ¶ Tertio
sic color liuidus significat putrefactionē: ergo calo
ris naturalis intensionē: añs iam est dcm̄: tenet ꝯña
quia in putrefactione est extraneatio caloris per in
tensionē. Ad oppositū est in cōmento Galie. Pro
dubio notandū ꝙ per pessimā putrefactionē: primo
possumus intelligere putredinē qua nulla est peior
nec esse potest. Secūdo intelligere possumus ꝑ pu
tredinē pessimā que oī salubri putredine est peior ⁊
qua nulla est peior nec esse pōt que nō sit sub sua la
titudine ⁊ denominatione. ¶ Secūdo notādū ꝙ cō
gelatio pōt sumi multis modis: vno mō pro q̄cūqꝫ
hūidi ingrossatione siue a calido siue a frigido ꝛc̄.
Et isto modo coagulatio aliqñ appellatur ꝯgellatio
¶ Scd̄o modo sumitur ꝯgellatio ꝓ adunatione seu in
grossatione vel inspissatione facta a frigido positiio
qualiter notificatur ꝓprie 4° methauroꝝ. Ter°
notandū ꝙ extinctio caloris naturalis sūpta ꝓprie ē
remissio gradualis caliditatis: aut remissio natura
litatis caloris. ¶ Istis premissis prima cōclusio sit
hec. Color liuidus nō significat pessimā putrefactio
nē modo ꝓmo: pꝫ ꝯclo per argm̄ primū: ⁊ ꝓbatur
sic: quacūqꝫ putrefactione data dari pōt peior: ꝯña
tenet: pꝫ assūptum: quia sit per te a putrefacto pessi
ma qua nō pōt dari peior: arguo sic. a putrefactio
cāta est cū finita ꝓportione potentie putrefacientis
ad rem putrescibilē. ergo a nō fuit tāta putrefactiō
quia nō possit dari maior: añs est notum: tenet cō
sequētia quia cū certa ꝓportione ꝛc̄. ergo cū maio
ri potuit esse putrefactio maior. arguo ꝯñam: quia
si ꝛc̄. ergo cū resistentia poterit remitti maior erit
ꝓportiō ad resistentiā: g° a cū maiori ꝓportione ꝛc̄
eiusdem potentie maior ꝓducatur effectus: illa non
fuit putrefactio qua nō possit dari maior quod fuit
intentum. Secūda ꝯclusio est hec. color liuidus
cōditionatus vt est notatum pessimā modo scd̄o pu
trefactionē ostendit: pꝫ ꝯclo: putrefactione ostensa
ꝑ colorem liuidū: vt est dcm̄ nō putrefactio maior
que nō sit sue denominationis ꝛc̄. pꝫ assūptum: q̄a
si datur putrefactio ostensa per nigredinē ip̄a conti
net in latitudine ⁊ denominatione illius. ¶ Tertia
ꝯclo est hec. color liuidus significando putrefactio
nē nō significat uerā cōgellationē necessario pꝫ ꝓpō
ꝑ secundū argumentū ante oppositū. Quarta cō
clusio est hec. color liuidus significando mortifica
tionē caloris significare pōt verā cōgellationē. con
clusio aī sic: per verā congellationē mortificat̄ no
tabile calidū. ergo ꝛc̄. ꝯña tenet cū vera cōgellatō
fiat a frigido. ¶ Quinta cōclusio est hec. color liui
dus significando putrefactionē pōt sequi verā con
gellationē: pꝫ cōclusio quia ad caliditatē putrefaciē
tem sequi pōt coadunatio ⁊ ingrossatio hūidi que
dici pōt quedā cōgellatio facta cū mortificatione ca
loris naturalis. Ultima cōclusio est hec. color li
uidus sequi pōt extinctionē caloris intensiuam seu
extinctionē caloris in sua naturalitate: ꝓpō pꝫ ꝙm
ad partē primā sic: color liuidus sequitur pessimaꝫ
putrefactionē. ergo sequi pōt intensiuā extinctionē
añs positum est: tenet cōsequentia: quia ad vehem̄
tem putrefactionē euanescēte parte subtili colerica
cōsequitur intensissima extinctio: q̄tum ad aliā ptē
cōclusio est notissima: quibus cōclusis pꝫ intellect⁹
obiectoꝝ: naꝫ quid sit dicendū ad primū ⁊ 2m dcm̄

est. Ad tertiū etiā rn̄dendū declinando cōsequētiaꝫ

[I]n uomitu singultus et oculi rubei malum

¶ Pn̄s affo. ad 2m ꝯtinuatur sic. p⁹ꝙ
ypocr. docuit ꝓnosticari ⁊ significare
in morbo ossis ꝑ liuiditatē carnis. Nunc docet pro
nosticari in vomitu seu significare. ⁊ vult ypo. cō
clusionē istam: singultus ⁊ oculi rubei sūt malum in
vomitu. ꝯclo ꝓbatur sic: illa sunt mala seu maluꝫ
que significant apā esse in cerebro vel in stō: sꝫ sin
gultus ⁊ oculi rubei ꝛc̄. significant ꝛc̄. ergo maior
nota est: pꝫ minor in cōmento: ꝯclo in littera ponit̄
¶ Singultus ⁊ oculi rubei sunt sup̄ quid malū in vo
mitu. Ad intellectū affo. p̄sentis est notanda con
cordia que habet̄ iꝫa tertij. tractatu 5° ca° de singul
tu in fine in pte ꝓma in lib° affoꝝ dī. ¶ Secūdo ē
notanda vtilitas. est. n. vtilis pn̄s affo. ad signifi
candū ⁊ ꝯprehendendū apā esse in stō aut cerebro.
Tertio est notanda ampliatio ꝯdo affōm verifi
cari in vtroqꝫ sexu oī ꝯplexiōe ⁊ etatate. ¶ 4° ex
p̄habitis memorandū vomitū esse motū quo stōus
expellit rem in ip̄o existentē. Subuersio vero est
mot⁹ quo stōus nititur expellere ⁊ nō expellit. nau
sea vero est appetitus ⁊ inclinatio ad hos mot⁹ sto
maci exequendos. Notandū quinto singultum
esse motum stōi ꝯtractiuum factū multis cāis: vt 5°
h⁹: ideo est sicut spasmus: sicut. n. in spasmo nō ꝓ
portiōato ad materiā fit ꝯtractio ꝓpter fugaꝫ a re
nocente ⁊ conatum pluries ad ip̄am abiciendā: sic
conante stō rem nociuā expellere: aut fugiente rem
nociuā ꝯtrahitur stōus ⁊ singultum facit. ¶ Notā
dū sexto ꝙ sicut in vomitu singultus est malus: ita
in singultu vomitus est bonus: per vomitū. n. ex
pulsa materia cessat singultus: vt pꝫ per Auic. loco
allegato. Notandū septimo ꝙ rubedo oculoruꝫ
aliqñ cāur a cā extrinseca vt ꝓpter splēdorē nimiū
aut pcussionē vel sile de quo rubore nō intelligitur
in pn̄ti. Cātur aliqñ a cā intrinseca: ⁊ hoc vel ꝓpter
ꝓprium nocumentū oculoꝝ: vel ꝓpter nocumentū
eis a cerebro aut stō cōicatum: existente. n. calido
apāte in stō aut cerebro calidi eleuantur vapores
ad oculos oculoꝝ sanguinē inflāmantes: vnde rube
do oculoꝝ cāur: de quo rubore p̄cise intelligitur in
pn̄ti. Sūt ergo ista mala per viā signi.

S ingultus fit

Gali. ꝯmentando affo. duo facit. ꝓ
mo cōmentatur hanc partem singultus
Scd̄o hanc partē oculi rubei: scd̄a ibi.
Rubor aūt oculoꝝ. de primo dicit singultū esse stō
sicut spasmū neruo ꝓuenientē ab humoribus noci
uis aliqñ nocentibus toti stō: aliqñ soli ori stōi: ⁊ iō
supueniente uomitu necesse est stati quiescere singul
tū: ⁊ si nō quiescit statim significatur apā esse in fun
damento neruoꝝ: quia in cerebro vel stō. De secū
da dicit ruborem oculoꝝ significare vtrūqꝫ. s. apā
cerebri ac etiam stōi ꝛc̄.

¶ Ad intellectum affori︢smi dubitatur
vtꝝ in vomitu singultus ꝛc̄. Negatiue arguitur sic
Uomitus ⁊ singultus ꝯiungi nō possunt. ergo ꝛc̄.

ꝯña nota quia affo. supponit eoꝝ ꝯiunctionē añs pȝ quia expulsio alic⁹ a stō p vomitum nō ꝯiungitur motui stōi sine expulsione: quia etiā motus fortis ī vomitu nō ꝯiungitur motui debili in singultu:

¶ Ad oppositū est ypo. in affo. Pro dubio rñdendū ꝙ vomitus ⁊ singultus sic coiungi possūt ꝙ post uomitum erit singultus post quē erit vomitus. nam ī singultiente stō possibile est post singultū stōm expellere facere vomitum. Item est possibile saltē quo ad imaginationē simul ⁊ sel' esse vomitū ⁊ singultum respcū distinctaꝝ materieꝝ. ¶ Ad rōeȝ añ oppositū dico ꝙ motus fortis ⁊ debilis motus etiā expulsiuus ⁊ sine expulsione respcū distinctaꝝ coniungi possūt: appellatur aūt vomitus motus fortis iȝ⁴ tertij allegato ca° quia in ipo vomitu potentia stōi fortis est supra materiā que expellitur: ⁊ in singultu potentia nō est fortis supra materiā tn̄: ⁊ iō singultit stōus ⁊ nō expellit. Notandū ꝙ lȝ mul tis ex cāis ⁊ multoꝝ ꝯpassione mēbroꝝ singultus accidere possit vt patet allegato loco: dearticulatur tn̄ ad significandū qd̄ positū est in cōmento p rubo rem oculoꝝ. nam p remanentiā singultus soliti qui escere p vomitū ꝯprehenditur cām esse fixam: ⁊ p ruborem oculoꝝ cōprehenditur cām esse fixam in cerebro vel in stō cum aliis limitationibus spatium cerebri ⁊ stōi positis in locis pticularibus ⁊c̄.

n sudore rigor malum

¶ Pn̄s affo. sic ꝯtinuatur ad precedentē. postꝙ ypo. ī pcedēti affo. fecit qd̄ ē dcm̄: nunc docet significare ī sudore p superuenium aut rigoris apparentiā. Et vult ypo ꝯclōem istā. Rigor apparens in sudore est malus. ꝯclo pbatur sic: illud est malū qd̄ significat naturā esse territā in ꝯplendo crisim: sed rigor apparens ī sudore significat naturā esse territam. ergo. maior nota est: patebit per ꝯmentum minor: ꝯclusio sic in lr̄a ponitur. Rigor sup. apparens in sudore est qd malum. Ad intellectū affo. pmo est notanda concordia que sumitur i7° cōtinentis 2° ca°. de sudore habet scd̄a quarti ca° de signis sūptis ex sudore. ¶ Scd̄o est notanda vtilitas ad recte significandū in cretico sudore. Tertio est notāda ampliatō dicendo ipm verificari in vtroqȝ sexu oī etate ⁊ complexione. ¶ Notandū q̄rto ꝙ hic loquitur de sudore cretico. Notandū quinto ꝙ rigor aliqn̄ sumit p frigore ꝯsequente retractionē caloris pꝑter sper sionē colerice materie supra membra sensibilia cuȝ qua ꝯtractione est motus mēbroꝝ ꝯcussiuus: sumit aliqn̄ p quocūqȝ frigore: aut etiā ipo quo secūdo° sumitur in pposito. ¶ Notandū sexto ꝙ talis rigor est malus per viā signi: significat. n. naturam esse ipotentem ad ꝯplendā crisim ⁊ succūbentē materie morbi: ⁊ iō cum tēptet facere crisim p sudoreȝ pcipiens nocumentū materie terret ⁊ retrahit calorē

A libi dixit

Gali. ꝯmētat affo. sic dicēs ypo. dixisse alibi ꝙ accidēiia crisis nō facietia crisim sunt signum male crisis aut mortis: quia natura terret in his ꝯprehendendis: fugiendo g° morbū rigor cātur malus in sudore.

¶ Dubitatur: utrum rigor sit malus in sudore ꝙ nō. ar̄ sic: ante sudorem ⁊ post rigor est bonus. ergo etiā in sudore: ꝯña tenet p sile: añs q̄tum ad primā partē colligitur 4° affoꝝ affo. lviij ⁊ meli⁹ in cōmento illius affo. a causone habito sudore ⁊c̄ Quantum ad aliā ptem pȝ añs scd̄a quarti allegato ca°. Ad oppoᵐ est ypo. in affo. Pro dubio teneatur ꝯclo affo. vt dictum est. ¶ Ad roneȝ ante oppoᵐ rñdendū cōcedendo añs. nam aliqn̄ in causone materie cretice expellitur ad extra venas ad mēbra sensibilia que facit rigorem vt pluries vidi in expientia ad quē cito ꝯsequitur sudor. Itē etiā rigor veniens post ꝯpletum sudorē creticū est bonus sumendo rigorē modo scd̄o significat. n. cōplet am exalationē vapoꝝ calidoꝝ ⁊ appellatur tal' rigor in vulgari quedā retentia.

n mania dissinteria aut ydrops aut extasis bonum

¶ Affo. pn̄s ad precedentē ꝯtinuatur hoc mō. postꝙ ypo. in precedenti affo. fecit qd̄ est dcm̄. nunc docet significare in mania. ⁊ uult ꝯclonem istā: ꝙ dissinteria aut ydrops aut intēsio manie est bonū. ꝯclusio pbatur sic: illud est bonū qd̄ significat curam manie: sed dissenteria ⁊c̄. ē huiusmōi: ergo maior nota est minor patebit: ꝯclo sic in littera ponitur: dissinteria aut ydrops aut itēsio manie est quid bonū in mania Ad intellectum affo. pmo est notanda cōcordia que habet q̄tū ad partē pmā pma tertij ca° de mania. Quantum ad scd̄am partē de intensione pōt colligi quinto h⁹ cōmento sexto. ¶ Scd̄o est notanda vtilitas dicendo affo. esse vtilē in significando ⁊ ostendendo maniaȝ salutiferā. Tertio est notanda ampliatio dicēdo affo. verificari in vtroqȝ sexu in oī etate ⁊ cōplexione: nō solum in mania: imo ⁊ in aliis cerebri passionibus. ¶ Quarto ex pbabitis memoranduȝ quid sit mania aut dissinteria p ydropem aūt intelligit ypo. nō solum veꝝ ydropem: sed quēcūqȝ tumorem ventris: dato ꝙ nō pueniat pꝑter epatis passionē intelligit etiā p ydropem tumorem cruriū vel pedū Quinto notandū ꝙ ydrops aut dissinteria ⁊c̄. quia significat diuersionē materie a cerebro ad inferiora mēbra ⁊c̄. iō sunt quid bonū in mania. ¶ Notandū sexto vt euiteē dubiū ꝙ q̄uis intensio morbi de se sit mala tn̄ vehemens intensio morbi cū cōstantia virtutis maxime post signa digestiōis est bona p q̄to significat naturā nō esse territam ⁊ pigrā: imo acutā excitatā ⁊ conantē ꝯtra materiam morbi: ⁊ iō hoc est bonum significans salutē citam manie: quia natura nō sustinet morbū magnū tpe longo: vt colligitur 5° h⁹ cōmento sexto. ⁊ nō solum intensio talis in mania est bona imo etiam in morbis aliis.

D issenteria et

Galic. ꝯmētando affo. duo facit pmo ꝯmentatur affo. preter hanc partē extasis. Scd̄o illā partē verificat ⁊ cōmentatur. scd̄a ibi. Sed tn̄ extasis intendit. De pma dicit dissinteriam ⁊ ydropem posse significare salutē manie significādo res nociuas mutari a capite

ad inferius sed difficile ⁊ longe a veritate vr̄ exta
sim significare salutē manie cuꝫ sit rōnabilius ipaꝫ
ostendere augmentū q̄ꝫ sanitatē. ¶ De scđa dicit
q ipe intelligit p extasim ꝯtinuitatē ⁊ manie forti
tudinē: nam dicit se vidisse quendā maniosū habu-
isse in primis paruā maniā que postea augmentata
fuit cā salutis ⁊ rediens Galie⁹ ad se quia sol⁹ spe-
culans inuestigauit fortitudinē motus materie ma-
nie fuisse cām salutis sicut in acutis morbis acciden
tia fortia supuenientia sunt cā bone crisis.

In egritudine diuturna absti nentia et egestiones coleri ce malum

Pn̄s affo ꝯtinuatur sic ad precedentē. postq̄ ypo
in precedēti affo. fecit qđ est dcm̄: nūc docet ꝓnosti
cari in morbo cronico. ⁊ vult ypo. ꝯclonem istam
ꝓstratio appetitus ⁊ colerice egestiones male sunt
in morbo cronico. ꝯclusio ꝓbatur sic. illa sunt ma
la que significant debilitatē appetitiue virtutis ⁊ in
flāmationē substantifice hūiditatis mēbroꝝ: sed ꝓ
stratio appetitus ⁊ colerice egōnes sunt huiusmodi
ergo ⁊c̄. maior est nota: patebit minor in notandis
ꝯclo sic in littera ponitur. ꝓstratio appetitus: cole
rice egōnes sunt male in egritudine cronica ⁊c̄.
¶ Ad intellectū affo. pmo notanda est ꝯcordia que
habet q̄ꝫtum ad illud quod ponitur de abstinentia
secunda quarti tractatu pmo capitulo de signis sū
ptis ex appetitu ⁊ siti ⁊ spetialit̄ in lōga dissinteria
sexto affoꝝ affo. 3°. Secūdo est notanda vtili-
tas: est. n. presens affo. vtilis q̄ꝫtum ad significan
dū in morbo cronico. ¶ Tertio notanda est amplia
tio dicendo nō solum verificari affo. in morbo v-
no cronico imo in oī. etiā in vtroqꝫ sexu oī etate ⁊
ꝯplōne. Notandū sexto q ꝓstratio appetitus in
morbo cronico est multū mala: cū. n. morbus cro-
nicus egeat ꝓpter sui longitudinē sustentatione uir
tutis si sit ꝓstratio virtutis timor est de morte. uñ
in morbo cronico cū soleat intendi appetitus ꝓpter
resolutionē aut p̄ntiā humoꝝ frigidoꝝ i stō si ꝓster
natur appetitus est malū signū per appetitū intelli-
gendo famē p̄ntem: sicut ꝓstratio appetitus ad po
tū: seu nō sitire est malū signū in febre acuta notās
debilitatē appetitiue virtutis: vt pꝫ scđa quarti.
¶ Notandū quinto q p colericas egōnes: intelligit
egōnes de colera rubea vel nigra viridi vel eru-
ginosa: vt pꝫ p Gali. in ꝯmento: ⁊ credo q he de
beant esse vnctuose que egōnes q̄ꝫuis nō appareat
forte merito materie morbi crōici: ꝓpter tn̄ nimiā
putrefactionē caliditatis p̄ter naturā apparent he e
gestiones ⁊ apparet vnctuositas ꝓpter inflāmatas
substantiales humiditates.

Abstinentia sola

Galie. cōmentando dcm̄ affo. duo
facit. pmo exponit hanc partē abstinē
tia ⁊c̄. scđo hanc ptē egōnes colerice.
secūda ibi: colericas dixit. ¶ De pma dicit solam
abstinentiam esse malā in morbo cronico cum eua-
dentibus. i. cū extra per morbū cronicū ꝓcedentib⁹
sit solitum intendi appetitū ꝓpter cām dictā que ab
stinentia peior est si ꝯsequatur colerice egōnes.

¶ De secūda dicit ypo. intellexisse colericas egōes
illas: que sunt de genere colere rubee viridis vel
eruginose significantes substantificā humiditatem
incensam a calore febris.

Ex multa potione rigor et de sipientia malum

Cōclusio affo. est ista. Rigor ⁊ desi
pientia ꝓuenientes ex multa potatione
vini sunt mali. ꝯclo ꝓbatur sic. illa sunt mala que
significant suffocationē caloris naturalis ⁊ vehemē
tem cerebri lesionē: sed rigor est huiusmodi ⁊ desi
pientia ex multa potatione ⁊c̄. ergo maior est no
ta: minor statim patebit. ¶ Ad intellectū affo. pmo
est notanda cōcordia que habet in snia in generali
s. q ex multo vino frigido veniunt passiones scđo
de accidenti ⁊ morbo ca° 3° ibi scđa cā frigidi mor
bi. Secūdo est notanda vtilitas: ꝯprehenditur
eni p hūc affo: q potatio ⁊ ebrietas est mala. ¶ 3°
notet ampliatio dicēdo affo. uerificari in vtroqꝫ se
xu oī etate ⁊ ꝯplōe. Quarto notandū notant esse
dcm̄ multa: quia si potatio sit pauca posset rigor ꝓ
uenisse vel ꝓpter dissolutionē colericaꝝ materieꝝ
a vino vel ꝓpter acuitatē vini ⁊ potentiā. si autēꝫ
potatio sit multa ꝓbabile est q ꝓpter suffocationē
caloris ꝓueniat naturalis. ¶ Quinto notandū q p
rigorem intelligit quēcūqꝫ extremoꝝ vehementeꝫ
infrigidationē: q̄ꝫuis. n. vinū sit potentia calidū nō
actuatum: tn̄ sufficienter ⁊ multe q̄ꝫtitatis existens
suffocando calidū naturale ⁊ ꝓhibendo ei⁹ dispositi
onē ⁊ transitum ad mēbra hūc rigorē cāt. Sexto
notandū q per desipientiā intelligit corruptionum
opationū interioꝝ: que corruptio est quedā ebrie-
tas que etiā corruptio pseuerat.

Nulli dubium

Gali. cōmentando affo. duo facit.
pmo ꝯmentatur hanc partem ex multa
potatione ⁊ desipientia. scđo hanc ptē
rigorem. scđa ibi. Rigor tn̄. ¶ De pma dicit nul
li esse dubium ypo. intellexisse p multā potationem
multū vinū bibitū ad quam potationē sequitur de
sipientia repleto capite sanguine ⁊ ventositatib⁹ ca
lidis: iō corpus ad tactuꝫ inuenitur calidū sup. hoc
est sm plim. replet̄ aūt caput sanguine ꝓpter calidi
tatē capitis a vino factā trahere ad se sanguinem:
aut replet̄ caput sanguine ꝓpter extensionē ⁊ rare-
factionē sanguinis a calido factā. De scđa dicit
rigorem raro ꝯtingere iuuenibus sed senibus sic q°
rū caliditas est ꝯgelata quia sup. remissa r̄spectu ca
liditatis iuuenū ⁊ est extincta ⁊ sic supata nimio vi
no sup. apparente rigore sicut solet flāma ignis mul
tis lignis appositis extingui: ⁊ lucerna multo oleo
apposito.

Ex apostēatis intus ruptura uomitus dissolutio et defec tio animi fit

¶ Nūc ypo. ponit quedā signa significantia ruptu
ra apātis stōi ⁊ vult ꝯclusionē istā q vomitus ⁊ de
fectus virtutis ꝯsequunt̄ rupturā apātis stōi intus.

pclusio pbatur sic. illa sequunt̄ rc. que fiunt cont̄ te stō expellere nociuam materiā. sed ita est q̄ ista ptingunt stō. ergo. maior nota minor patebit.

Ad intellectū affo. pmo est notanda pcordia que habet q̄tum ad partē primā iȝª tertij tractatu quarto caº pmo. de apostematibus calidis stōi q̄tū vero ad secūdā habet̄ scōa pmi doc. scōa caº vltimo de cāis debilitatis rc. ibi. Ex sūma caȝ rc. colligitur etiā pcordia iȝº cōtinentis. caº 3º. Secūdo ē notanda vtilitas: est. n. vtilis ad debite cōprehendē dū apā stōi intrinsecus fore ruptum. Tertio notanda est ampliatio: apliando cōiter affo. vtriq̄ sexui oī etati r pplōni. Quarto notandū q̄ apā pōt esse in cerebro r mēbris spūalibus: vt pulmōe pleura dyafragmāte r corde rc. pōt etiā esse in naturalibus seu nutritiuis vt in stō epate r intestinis pōt etiā esse in mēbris generatiuis: ypo. tñ soliº apostematis stōi fecit mentōȝ: vt tangitur in pmento. Quinto notandū q̄ per tale apā intelligit q̄lecūq̄ apā maxime tñ sanguineū apā stōi ad cº rupturā ppter maiorem spūum euanescentiā maior sequitur virtutis defectus. Notandum sexto q̄ affo. ptinet vitatē siue hec ruptura sit facta a natura siue per artē. Notandū septio notāter esse dcm intus: quia q̄uis ad rupturā interiorem vel exteriorem sequatur defectus virtutis ad exteriorez tñ nō psequitur vomitus necessario vt dicet. Notandū octauo q̄ notant̄ sequit̄ vomitus: q̄a trāseūte materia apātis ad cōcauitatē stōi: irritatur stōº ad expellendū r cāt vomitum maxīe apāte existente v̄sus os stōi: quia existente versus partē inferiorez psequet̄ secessus r nō necessario vomitus. Notādū nono: q̄ etiā sequitur defectus virtutis eo q̄ rupto tali apāte euanescūt multi spūs r resoluuntur r maxime si apā est magnuȝ. Notandū decimo q̄ signoȝ significantiū rupturā apātis siue apatum intrinsecā quedā sunt cōīa vt defectus virtutis seu debilitas diuersitas in pulsu r plura enumerata secūda pmi caº de signis apatum. Ad ppositū tetigit ypo. vnū signū satis pprium vt vomitū r unū cōe: quia debilitatem virtutis cōe est enī oī euacuationi debilitare virtutē. quinto affoȝ cōmento lxxvi. in fluxu muliebri rc.

Quod intus

Gali. cōmentando affo. pcedit sic. pmo exponit hanc partē. ex apātis intºruptura. scōo exponit hanc partē: de fectio āt. scōa ibi. Oēm aūt rupturā. De pma dicit hoc dcm ypo. importare stōm: quia vomitus sequitur rupturā apātis stōi: sed rupturā apātis pectoris vel pulmonis nō sequitur vomitus sed tussis et aliq̄ñ suffocatio: rupturā etiā apātis intestinoȝ seq̄t egestio saniei. Deinde cū dicit oēm aūt rupturā facit qd̄ dictum est dicens oēm rupturā defectio aī cōmittatur exeunte calore naturali sicut monstrauit alibi Galienus rc.

Circa afforismum dubitatur: utrum cōtineat veritatē. negatiue aī sic: apā stōi pōt rumpi interius versus pileron seu uersus fundū stōi: gº nō necessario sequitur vomitus rc. añs est notum tȝ pña: quia ipo rupto taliter virtus expulsiua ipȝ expellit p inferiº r nō per supius faciendo vomitū. Secūdo aī sic. possibile est tale apā esse paruum ergo nō necessario sequitur defectio aī. ergo rc. añs est notū: tenet cōsequentia: quia ad ruptionem apātis parui nō sequitur defectus virtutis. Preta aī sic. caliditas naturalis nō cōtinet̄ in apāte. ergo nō necessario rupto apāte exit caliditas naturalē añs pȝ quia caliditas naturalis vt spūs ptinet̄ in arteriis aut in locis corpis naturalibus. Ad oppoᵐ ē ypo in affo. r Gali. in cōmento. Pro dubio pmittendū ypo. loqui de apāte notabili stōi rūpēdo ad intrinseca. quo posito teneat̄ affo. p conclōne. Respondendū ad obiecta: quia supposito q̄ rumpatur apā circa fundū stōi uomitus tñ psequet̄ insurgēte virtute stōi expulsiua ad sibi nociua expellendum supposito etiā q̄ expellat eius virtus expulsiua per inferiora materiā. Ad secūdū punctū respondendū dōo ypo. loqui maxime de notabili stōi apāte

Ad tertiā rōȝ negandū est añs cū sua pña dicēdo caliditatē naturalē nō solum in arterijs aut in locis naturalibus corporis esse ptentā imo plerūq̄ subaȝ spumosam saniei ptingit esse mixtā: vnde euacuando saniez caliditas euanescit naturalis: r eo ampliº rupto apāte interiori quo intrinsecus plus caliditatis naturalis ptinet̄: est etiā pña neganda: quia dato q̄ caliditas naturalis intrinsecus nō cōtineat̄ rupto tñ apāte possūt euanescere spūs r caliditas naturalis a porositatibus r locis naturalibus spūum.

Secundo dubitatur utrum ad rupturā apātis pectoris vel pulmonis vomitus psequatur. Affirmatiue aī sic. materia apātis rupti ad stōm poterit deuenire: gº poterit cāri vomitus: pña satis apparens: añs pȝ cū materia pectoris euacuari possit per vias vrine: vt colligitur deci aq̄rta tertij. Secūdo sic stōº pōt compati pectori r pulmoni: igit̄ pña tenet p tanto: quia cōpatiente stō insurgere poterit ad nociua expellendo cāndo vomitum: añs satis est notum saltē ppter generalē mēbroȝ ad inuicem colligantiā. Ad oppoᵐ est Gali. in cōmento Pro dubio dicēdū q̄ apā pectoris vel pulmonis ruptum accidentaliter r ptingenter poterit sequi vomitus. hanc pclōȝ pbant obiecta ante oppositū adducta. Scōa pclō est hec p se ad talē rupturā nō psequitur vomitus sed tussis rc. pȝ ppō ppter mēbȝ in quo ruptum est apā nō esse stōm r ppter māȝ nō effundi nisi cum magna difficultate ad stōm: q̄ vero psequatur tussis notum est transeunte materia ad pectus insurgit virtus pectoris ad expellēdū r iō tussit aliq̄ñ etiā psequitur suffocatio effusa māa ad canā pulmonis r loca suffocati. Consilr̄ de ruptura apatum intestinoȝ. Notandū vltimo Gali. intelligere de omni apāte intrinseco rupto notabiliter magno siue extrinseco ad quē defectus virtutis psequitur ppter cām positam in cōmento.

In sanguinis fluxu desipiētia aut spasmus malum

Pñs affo. ptinuatur ad pcedētē hoc modo. postq̄ ypo. fecit qd̄ dictum est. nunc docet significare in fluxu sanguinis p quedam

accidentia ⁊ vult ꝯclusionē istam. desipientia aut
spasmus apparens in fluxu sanguinis est malū sigᵐ
ꝯclusio ꝓbatur sic. Illud est malū signū qđ̄ signifi-
cat defectū virtutis: sed desipientia aut spasmꝰ ap
parens in fluxu sanguinis est huiusmodi. ergo ⁊c̄.
maior nota est: minor patebit cū desipiētia aut spas
mus significet disturbationē virtutis ãĩalis: ꝯclō sic
in littera ponitur. desipientia aut spasmus sup. ap
parens in fluxu sanguinis est malū sup. signū. ¶ Ad
intellectū affo. pmo est notanda cōcordia que habe
tur ad primā partē de desipientia q̄rta quarti tra-
ctatu secūdo caº de fluxu sanguinis ⁊ retentione eiꝰ
in fine ibi. Et scias ꝙ oīs. Quantū ad scđam partē
de spasmo habet̄ scđa tertij caº de spasmo ⁊ quito
affōꝝ affo. 3º. Sanguine multo fluente spasmus in
natꝰ ⁊c̄. ¶ Scđo est notanda vtilitas est. n. vtilis
affo. ad ꝓnosticandū in fluxu sanguinis ut est euidēs

Tertio est notanda āpliatio dicēdo ꝙ affo. ꝯtinꝫ
veritatem in oī sexu etate ⁊ ꝯplōne: ꝯtinet etiā ve
ritatē in oī euacuatione siue sanguinis siue hūoris si
ue alterius p quācūqꝫ ptē fiat: quia tn̄ ad sanguinis
exitum vt hūoris maxīe spirituosi quo etiā calitas
naturalis refouet̄ magna corpi debilitas ꝯsequitur
iō in fluxu sanguinis pn̄tē ꝓtulit affo: ¶ Notandū
etiā ad ampliationē affo. affo. intelligi de fluxu san
guinis scđo a quacūqꝫ cā interiori vel exteriori.
Notandū q̄nto ꝙ per desipientiā ītelligere possumꝰ
nō solū vnū defcm̄ v̄tutis iudicatiue interioris imo
ablationē corruptionē vel diminutionē opationum
ac etiā cuiuscūqꝫ virtutis interioris defectū. ¶ No
tandū sexto ꝙ spasmus de quo intelligitur in pn̄ti ē
spasmus de inanitiōe: vt etiā colligi pōt q̄nto affoꝝ
cōmento tertio. Septīo notandū ꝙ hec nota dis
iunctionis aut intelligenda est copulatiue maxīe vt
denotet̄ maximū malū in fluxu sanguinis ⁊ mors.
¶ Octauo notandū ꝙ desipientia est malū signum
notando defectū virtutis: spasmus ē malū signum
⁊ cā. pmo malū signū nimiā inanitionē denotando:
mala etiā cā q̄a motꝰ p̄ternaturā mēbroꝝ neruosoꝝ
⁊ cā vehementis lesionis ⁊ debilitatis ⁊c̄.

Iste affo. magnam
Hali. cōmentando affo. ꝓcedit sic.
pmo exponit hanc partē: desipientia ⁊
verificat. scđo hanc ptē. aut spasmus
scđa ibi. Itē spasmus solus. ¶ De pma dicit hūc af
fo. nobis largiri magnā auctoritatē: ⁊ sic sup. esse
valde vtilē. nam alienatio q̄ sup. intelligitur p de
sipientiā sequit̄ inanitionē sicut ante dixit Hali. de
tremore manuū ⁊ pedū ꝓcedente ꝓpter defectū mo
tiue virtutis: ꝓpter quā eandē rōem quia inanitio
nē disturbantur motus cerebri. i. opatōnes cerebri
⁊ sup. cāntur alienationes ⁊ desipientie. Dicit
scđo ꝙ ipā desipientia nō est fortis in significando
malū sed iuncta spasmo est incurabilis ⁊ sequēs flu
xū sanguinis est mala sola existens: iuncta spasmo
vero est peior. ¶ Dicit vltimo ꝙ spasmus solus
de inanitione malus est ⁊ mortalis qui sup. sequit̄
fluxū sanguinis: sed alienatō sine spasmo nō est tm̄
periculosa.

Circa affoꝛismum dubitatur utrum
desipientia in fluxu sanguinis sit mala. ¶ Negatiue
ar̄ sic. desipientia pōt eē cretica. igitur nō est neces
Dicit etiā ossitationē ꝓuenire cū materia sit hūida ⁊ fumosa uentositas in pulmonis contenta nā. ¶ Rigor uero cātur malis humoribus currentib⁹ supcutim de quo rigore interiori intelligitur ⁊ non de exteriori. Sc̄do dicit principaliter uinum ꝓpinquum uino puro hoꝝ accidentiū facere sanitatem cuius cōmixtionis mensurā tangit dicens mensurate quia intendens tm̄ debere esse uini q̄tum a.q̄ suppꝓportionabiliter ut nocumentū uini tpāretur ⁊ c. mittatur fortis uini caliditas. ¶ Dicit tertio uinū sup. facere hanc curā tpatum totum calefaciendo corp⁹ ⁊ membra pforādo ⁊ tpando humores sup. p suam caliditatē ⁊ humiditatē tpatas ⁊ exiccando calorem naturalē sua caliditate temperata ⁊ sua cōuersiōe ad substantiam spumosam.

Quibuscunqꝫ cerebrum commotuꝫ fuerit sine manifesta occasione necesse est sine uoce statim fieri

Pn̄s affo. ad precedentē cōtinuatur hoc modo. ¶ Postq̄ ypo. superius fecit q̄d dcm̄ est. Nūc docet pnosticari siue significare p cerebri cōmotiōꝫ priuationē sensus ⁊ motus: ⁊ uult istā ↄclusionē. Illos necesse est statim fieri sine uoce ⁊c̄. in quibus ꝓhibet̄ delatio spirituū sensibilium ⁊ motiuoꝝ: sed in ꝓmotis ꝓm̄ cerebꝝ ꝓhibet̄ ⁊c̄. ergo. maior est nota: minor patebit: coclusio ut dcm̄ est in lr̄a ponitur. ¶ Pro intellectu affo. p̄mo notet̄ cōcordia que colligitur p̄ma tertij tractatu q̄nto c° de signis appoplexie in s̄nia. Secundo notet̄ utilitas ⁊ ampliatio ut prius. ¶ Tertio notandū ypo: intelligere p cerebꝝ totum aggregatum ex medullari cerebri substātia ⁊ panniculari dcā coopiente substantiā medullarem. Quarto notandū intelligi principaliter hāc cōmotionē localē que dici pōt ↄcussio siue ↄquassatiō licet ab aliis cāis posset ꝓuenire: intelligitur tm̄ maxime cā p̄mitiua cōquassante siue cerebꝝ concuciēte ¶ Sexto notandū notanter fieri ablatiōꝫ sensus et motus: nam impedita uirtute cerebri ipeditur ipulsio spūs sensibilis ⁊ motiui. impeditur etiā dependētia ipsūm existentium in mēbris a cerebro ⁊ spiritibus eius a quibus pendent spūs mēbroꝝ sicut splēdor solis a sole. p̄mo interioꝝ capitulo ultimo.

[C]onsueuit sine

Cōmentū pn̄s diuiditur in quatuor p̄mo exponit istā ptem. sine uoce. sc̄do tangit cām h⁹. tertio pmittit cui etati plus nocet hec cerebri cōquassatio. Quarto tangit aliqualē affo. ueritatē. sc̄da ibi cuius cāe sint multe. tertia ibi. nocet aūt senioribus. quarta ibi. nerui tū a cerebro. ¶ Dicit p̄mo ypo. ↄsueuisse intelligere p sine uoce. ablationē sensus ⁊ totius motus uoluntarij ut pꝫ in appopleticis. Dicit sc̄do q̄ hui⁹ ablationis cāe sunt multe sed solū motū tetigerit ypo. sicut est casus a loco alto quo cerebꝝ maxime turbatur ac etiā nerui quibus cōiunguntur spondiles ⁊ medulle spondiliū: quia motu existente forti rumpūtur nerui sicut monstrauit in libro de anothomia ¶ Dicit tertio hoc necesse maxime senioribus uirtute coꝝ aiata existente defecta. Dicit quarto quosdam neruorum exeuntium a cerebro relaxari in tali forti conquassatione: ⁊ ideo infirmus efficitur sine sensu ⁊ motu totius corporis usqꝫ quo uirtus animata expergefacta ad se regrediatur: sed rupto cerebro uel aliqua sui parte uel pellicula infirmus morietur.

Corporibus hũmidas carnes habentibus famem adhiberi conuenit: fames enim siccat corpora

Affo. pñs ad precedentẽ continuatur hoc modo: Supius ypo. fecit quod dcm̃ est. nunc tangit quod dã remedium attendendũ in corpibus humidis. Et uult istã conclõz. ¶ Conuenit adhibere famẽ corporibus habentibus humidas carnes. ꝯclusio ꝓbatur sic Illis ꝯuenit adhibere famẽ que meliorant̃ p famem sed corpora humidas hñtia carnes meliorant̃ per famẽ. ergo ⁊c̃. maior est nota: minor patet: quia fames desiccat corpora. Cui⁹ rõis ypo. tangit pri° cõclusionem ut dcm̃ est. secundo ꝓbationẽ minoris secũda ibi. fames enim desiccat. cõclusio ⁊ minor ĩ littera ponunt̃ ut dictum est: ¶ Ad intellectum affo pmo notetur cõcordia que habetur tertia primi capitulo de regimine eius quod cõmeditur ⁊ bibitur habetur secundo ⁊ q̃nto continentis capitulo primo Notentur secũdo utilitas ⁊ ampliatio ut prius. ¶ Tertio notandũ ypo. intelligere per corpora habentia carnes humidas corpora humida sm̃ naturã uel humida artificialiter. Quarto notandũ ypo: intelligere p famem abstinentiã cibi ⁊ potus siue ad sit appetit⁹ siue non. ¶ Quinto notandũ hanc abstinentiam taliter ꝓportionari ut nõ deiiciatur uirtus nimium. Sexto notandũ famẽ ut tangitur in cõmento per accidens exiccare quia facta abstinentia calidũ supra humidũ inualescens maiorem facit humi consumptionem.

Nulli dubium

¶ Cõmentum pñs diuiditur in duas: primo ponit cõmentũ affo. secundo dictis imponendo finem hũc esse finalem explicat affo. secunda ibi. Expletis oibus affo. prima in tres: pmo p̃mittit per se exiccans corpora. secũdo tangit modũ exiccationis famis. tertio quia de dissolutione fecerat mentionẽ ipaz describit ei⁹ explicando cãs. secũda ibi. fames enim. tertia ibi: quia dissolutio. In pma dicit nulli fore dubium oẽm medicinã exiccatiuã sanatiuam esse morborũ humidorum quia contraria cõsueuerũt curari ꝯtrariis. ¶ Dicit scd̃o famẽ per accidens desiccare q̃si corp⁹ dissoluatur sm̃ suam consuetudinem cum resoluta nõ restaurentur p cibum nõ assumptum fiet corpus siccius. ⁊ pmo resoluetur pars humidior q̃a sup. ꝯuertetur in fumum nõ existente alia dissolutione nisi cum humores corporis facti uapores egrediuntur per poros que desolutio cãtur ꝓpter causas duas acre exteriori ⁊ caliditate interiori. ⁊ ideo animalia hyeme accubantia terre quasi dormientia nullam quasi caliditatem intrinsecus habentia uel extrinsecus nõ dissoluuntur. Et si sm̃ aliquid dissoluantur hoc est minimũ ⁊ ideo quedam nõ egent cibo: quedã uero minimo egent cibo. ¶ Dicit ultio ꝙ cõpletis omnibus affo. ipe inuenit duos alios in multis libris expositos a paucis antiquoꝝ: quidam exposuerũt quasi obliti prioris expositionis. Tamẽ dicit Gali. se eos exposuisse in quarta particula et eoꝝ uerba sunt eadem hic ⁊ ibi nisi quia prius non est scriptum deglutire nõ possit primus affo. hꝫ ita

¶ Circa ultimũ affo. dubitatur utrum sit uer⁹ ꝙ nõ: quia corpora humidaꝝ carniũ non sunt euacuanda nec exercitanda: ergo nec fames eis inducenda: añs q̃tum ad partẽ primam sumitur q̃r ta pmi q̃tum ad secundã est euidens quia exertiũ cõmouendo ⁊ agitando humores pinguiũ eos dispo nit suffocationi. Secundo sic appetitus nõ exiccat corpa. ergo nec fames: añs uidet̃ notum: tenet ꝯsequentia: quia fames est appetitus quarto de accidenti ⁊ morbo. ¶ In oppositum est affo. Pro dubio nota superius in expositione affo. Pro obiectio primo neget̃ ꝯsequentia: quia fames nõ est agitatiua ut euacuatio per farmacũ ⁊ exercitium. ¶ Pro secũdo dicendũ ꝙ iproprium est dicere famẽ desiccare corpora sed fames desiccat̃ corpora quia per esse famẽ ꝯprehenditur desiccatio corpoꝝ quia defect⁹ nutrimenti ⁊ potentia calidi supra humidũ consumẽdũ: ⁊ iõ fames desiccat corpora p accidens quia nõ p se sed rõne alterius ut est dictum.

Circa affo. xx septimũ dubitatur utrũ in dolore forti circa uentrem sit mala frigiditas extremitatum. ¶ Negatiue arguitur sic. In forti dolore ⁊c̃. nõ est frigiditas imo caliditas extremoꝝ. g° ꝯsequentia nota quia in q̃one supponitur in tali dolore frigiditatẽ esse circa extremitates: patet añs cũ natura transmittat sanguinẽ ⁊ spũs ad locum dolentem: ut quinto huius cõmento. Quecũq; corrupture sunt fet⁹. 2° sic nõ necessario denotat̃ calidũ aut frigidũ apostema. ergo ⁊c̃. ꝯsequẽtia tenet quia ob hoc malitia denotatur quia talis ꝯprehenditur apostematio septimo h⁹ ⁊ cõmento primo añs patet cũ possit ꝓuenire a uentositate. Tertõ sic: ꝓpinquorum frigiditas ab auctoribus nõ reputatur mala. ergo nec extremoꝝ pꝫ añs hoc auctoritatib⁹ nõ dicentib⁹: tenet ꝯña cum longe maiorem malitiaꝫ denotet ꝓpinquoꝝ q̃ extremoꝝ frigiditas. ¶ Quarto sic: siccitas extremoꝝ ab auctoribus in dolore forti nõ reputatur mala. ergo ⁊c̃. ꝯsequentia tenꝫ ex hoc quia siccitas opponitur uite ut frigiditas.

In oppositũ est affo. predict⁹. ¶ Pro dubio supponendũ in dolore forti frigiditatem extremorum malitiam denotantis uehementẽ esse ⁊ perseuerantẽ nõ ꝓcedentẽ a cã exteriori: nec etiã a cã alia interiori nisi forti dolore aut sua cã. Secũdo supponẽdũ naturã trahere materiã ad locũ dolentẽ intrinsecus siue exteriorem dũmodo dolor nõ sit ualde acutus ⁊ uirtutis ꝓstratiuus. nam tunc uirtus retrahit spũs ⁊ sanguinem uersus cor. ¶ Notandũ etiã per uentrem intelligi nõ solum stõm imo ⁊ alia uiscera interiora nobilia quia tamẽ pluries cõtingit dolere stõm: ideo in ipo ypo. ꝓtulit affo. Notandũ etiã ꝙ nõ solum frigiditas extremoꝝ mala est ⁊c̃. imo etiam longe magis ꝓpinquoꝝ frigiditas: quia tam̃ ꝯtingit pluries in forti dolore stõi frigere extrema calentibus interioribus ut in calido apostemate stomaci: nõ contingit uero ecõtra: ideo de frigiditate extremitatum ꝓpositus est affo. ¶ Isto posito patꝫ cõclusio reponsalis ꝓbando ipsam ut ꝓbatus ẽ affo Et dicendo etiã ꝙ hec frigiditas nõ solum est mala imo est mortalis sm̃ datum intellcm̃. Ad pm̃ obiectum patet responsio per unum notatum dicendo

tamē ꝙ obiectū ꝓbat ꝓpositū quia tamē dolente stomaco spūs trahuntur ⁊ sanguis ad stomacū frigent extrema. ¶ Ad secūdū dicendū ꝙ dolore ꝓueniēte a uētositate frigiditas nō perseuerat nō perseuerāte sua cā. ⁊ si pseueraret ēt hoc ē mortale pp maximā ꝓstrationē uirtutis de ꝓpiquitate frigiditatis dcm̄ est. Ad aliā de siccitate dicendū ⁊ notandū ꝙ humiditas membri nō ita pendet a sanguīe ⁊ spū sicut caliditas ad hunc sensum: quia cū membꝝ sit magis fixe humidū q̄ꝫ sit calidū: ideo ad remotionem sanguinis ⁊ spūs sequitur membꝝ infrigidari ⁊ non exiccari. ¶ Item cum caliditas sit magis requisita ad uitam q̄ꝫ humiditas. ideo frigus maiorem significat malitiam cum etiā elementa sicca existentia in mēbro sint potentia minus supra elementa humida ꝓpter siccitatem q̄ꝫ sint frigida supra calida per frigiditatem frigiditate existente actiuiore: ideo non sic per extremoꝝ siccitatem ⁊c̄. significare possumus sicut per frigiditatem ⁊c̄.

circa afforismum uigesimūnonum dubitatur

utrum dyaria sit bona in yposarca ꝙ non arguitur auctoritate Auicen. decimaquarta tertij capitulo de ydropisi: ubi uult fluxum uentris in ydropisi esse mortalē. ¶ Secūdo arguitur sic. dyaria est ꝓstratiua uirtutis. ergo ⁊c̄. ꝯsequentia tenet añs pꝫ cum non euacuetur solum nocens imo ⁊ iuuans. Ad oppositum est affo. ¶ Respondendum et dicendū ꝙ fortis dyaria facta constante uirtute cōueniens est i yposarca pro quanto hec fortis educet materiā multam dispersā per totius ambitum quā natura intra uenas repellere potest ⁊ nō solum uentris fluxus imo etiam urine consimiliter illam euacuando materiam. fluxꝰ tamē uentris maxime lientericus ⁊ ꝓpter debilem contentiuam ꝓueniens de quo intendit Aui. loco allegato est mortalis. Ad secundū obiectum est respondendū ꝙ licet talis fluxus debilitet uirtutem: tamē maius est iuuamentū nocumento. ¶ Notandū tamen ꝙ nō semp in yposarca sufficit hec solutio uentris imo requiritur pluries confortatio epatis ut nō multiplicet sanguinem flegmaticum ⁊ aquosum ⁊ bonitas regiminis s̄m expediens ⁊c̄.

circa afforismum trigesimūprimū dubitatur:

utrum spumose egestiones ⁊c̄. significent defluxum flegmatis a capite: ꝙ nō quia uentositas existens in stomaco aut in intestinis potest ꝯmisceri flegmati stomaci aut intestinorum. ergo ⁊c̄. añs ē notum cū consequentia. ¶ Ad oppositum est affo. Pro dubio dicendū affo. intelligi spuma existente alba ⁊ tenaci ex quo denotatur flegma ut est notum

Secundo supponendū hanc spumam non esse ex magnis ampullis ⁊ esse fortiter cōmixtam in suis ꝑtibus ex quo denotatur ipsam uenire a parte ualde longinqua ac flegmatica sicut est cerebrum. ¶ Isto posito dicendū ad primū ꝙ si uentositas sit in stomaco aut i ītestinis nō ita causabitur spumatio ꝓpt̄ materiam non esse ita cōmotam sicut cōmota est a cerebro ueniens. De colera autem patet responsio quia spuma facta ex ipā citrina est.

¶ circa afforismum trigesimūsecundum

dubitatur: utrū possit esse urina tenuis supius colerica existente ypostasi: ꝙ non arguitur sic colerica existente ypostasi urina debet esse colerica. ergo ⁊c̄ ꝯsequentia nota quia urina colerica nō est tenuis alba pꝫ antecedens quia per ypostasim colericā colere dominiū denotatur ac deriuatio colere ad uias urinales. Ad idem uidetˀ esse Gali. in cōmento dicens se nunq̄ꝫ uidisse talem urinam. ¶ Pro dubio notandū posse intelligi tenuem multipliciter tenueꝫ quia subtilē in substantia qualiscūqꝫ coloris existat secūdo tenuem quia aquosam substantia subtilem ⁊ colore dyaphonam. Notandū etiam hanc lr̄aꝫ supius dupliciter posse intelligi. ꝑmo uno mō ut ps superior quia aquositas urinalis sit tenuis ad alteꝝ sensum dictorum. 2° superius tempore quia prius ¶ Isto posito dicendū ad dubium ꝙ urina pōt esse tenuis substantia colore existente rubeo uel citrino ⁊ ypostasi existente colerica hoc satis notum est nam abundante colera facta ypostasi ex parte grossiori siue magis ingrossata contingit urinam esse talē ⁊c̄. Dicendū secundo ꝙ urina potest prius tēpore esse tenuis quia subtilis aquosa ypostasibus pꝰ hoc existentibus colericis. nam natura primo inpotente supra colericam materiā expellendā quasi sola pulsa aquositate apparebit urina tenuis ⁊ aquosa deinde natura digerente coleram ⁊ ipām transmittente ad uias urinales colerica reddetur ypostasis ⁊ plus dicetur ypostasis colerica ꝓpter materiā digestiorem ingrossatam plus ypostasari q̄ꝫ aquositati cōmisceri. ¶ Dicendū tertio nō esse īpossibile ypostasim esse colericaꝫ ⁊ urinam esse tenuem aquosam eo ꝙ possibile est materiam colericam non cōmisceri aquositati imo ipō existente ꝓpe loca expulsionis tota fiet ypostasis: est tamē hoc possibile ualde rarum quia ualde raꝝ est quin in hoc cāu colerica materia cōmisceatur aquositati urinali. Isto posito patet solutio ad obiectum dicendo ꝙ licet sit dominium colere tamē possibile est ipā nō cōmixta talem ypostasim apparere. ¶ Ad Galienū dicendū ꝙ licet nunq̄ꝫ uiderit hec arguit raritatem aut difficultatem ⁊ nō ipossibilitatē.

dubitatur utrū colericis existentibus

ypostasibus acuta denotetur egritudo: ꝙ nō: quia possibile est materiā esse multam. ergo ⁊c̄. antecedens est notum tenet cōsequentia: quia multa materia facit morbum cronicum ⁊ nō acutum. Secundo possibile est materiā tali modo se habere supra uirtutem sicut se habet in morbo cronico. ergo ⁊c̄. cōsequentia nota patet antecedens s̄m contingentias materieꝝ. ¶ In opppositum est allegatus affo. Pro dubio dicendū ꝙ ypostasi existente colerica denotatur morbus acutus s̄m plurimū. pro quanto d̄notatur materia cite resolutionis ac etiam incitatiua uirtutis ut cito uincat uirtus aut uīcatur: maxie tamen cōpando hanc colericam ypostasim ad alias humorales ypostases. Alia cetera supponendo paria ex contingenti tamē potest accidere prolongari morbum ⁊ ita ꝓbant obiecta facta ⁊c̄.

¶ circa afforismum trigesimūtertiū du
bitatur utrū vrine distantes significent turbationē i
corpe: q̄ nō arguitur sic: materia nō digeritur eq̄
liter necessario in morbo miti. ergo 7c. patet añs
ꝓpter materiā esse difformem 7 ꝓpter caliditatem
naturalē nō equaliter 7 uniformiter applicari om-
nibus partibus. Item natura aliquādo pellit simul
digestum 7 indigestū. igitur añs sumitur secūda q̄r
ti de signis ex parte urine tenet ꝯsequentia quia o
peratio naturalis nō arguit turbationē. In oppo
situm est affo. ¶ Pro dubio p̄mittendū ypo. intel-
ligere per vrinas distantes vrinas differentes in p
tibus suis quia quedā sint digeste quedā nō. vel in
telligit plures vrinas ad inuicem differentes ut q̄-
dam significent digestionē: quedā appareant indi-
geste denotat enim ex hoc naturā tēptare digerere
materiam: 7 ideo primo aliqua digesta apparet de
notatur etiam materiā repugnare: 7 ideo ps appet
indigesta. denotatur ergo turbatio tēptante natu-
ra 7 sibi materia repugnante. Ad obiectum pri
mū respondendū q̄ natura ñ uniformit̄ digerente:
ideo apparet distantia ꝓpositi quia apparet vrina
ualde digesta: 7 alia ualde indigesta. uel una pars
ualde digesta 7 alia ualde indigesta. ¶ Ad scd̄m
respondendū q̄ quando natura pellit simul digestū
7 indigestum nō penitus naturaliter opatur: imo
sinthomatice dū saltem indigestum qd̄ pellitur est
multum: nam eius est euacuare materiā digestam
quarto huius cōmento xxij°.

circa afforismum uigesimūquartum
dubitatur utrū ypostases crinoidales longam signi-
ficent egritudinē. q̄ non arguitur sic. he ypostases
possunt esse cū debilitate uirtutis 7c. ergo ꝯsequen
tia tenet quia uirtute existente debili breuiat̄ mor
bus. ¶ Scd̄o he ypostases possunt apparere creti-
ce. ergo 7c. tenet ꝯsequentia. quia expulsiones cre
tice breuem significant esse morbum antecedens est
notum: quia possibile est grossam materiā crinoida
lem ypostari 7 cretice. In oppositum est ypo.
¶ Pro dubio dicendū ypostasim crinoidalē esse ypo-
stasim habentem ptes grossas cōpactas sicut grossa
farina frumenti que aliquando est alba significans
expulsionē flegmatis qd̄ cōprehenditur: quia nō ē
cum fetore sicut ꝯsimilis ꝓpter ulcera uesice appa-
rens. Nō est etiā cum dissolutione 7 macie corporis
7 unctuositate telosa urine supernāti sicut ypostasis
sequens dissolutionē membrorū radicalium apparē
tes in febre etica aut in febre putrida ustiua. Notū
est eni caliditatē preter naturam fientē nō min⁹ pos
se liquare unctuosū humidū 7 cōglobare caliditate
ethica fixa: hoc igitur constante uirtute significat
morbū longum quia materiā grossā flegmatica tar
de supationis 7 dissolutionis. aliquādo etiam appa
ret rubea significans ustionē sanguinis grossi sic etiā
morbū longū. aliquando apparet nigra significans
ustionem materie melancolice: si uero ꝯiungatur d
bilitati uirtutis ut arguit obiectum breuiabit mor
bus materia grossa 7 multa debilē cito supante uir
tutē: qd̄ etiā dictum est cōtinet ueritatē si ꝯsueret
talis crinoidalis ypostasis si ante digestionem ꝓps
reāt. Ex quibus patꝫ obiectorū solutio factorum in
contrariū.

¶ circa affo. trigesimūquintum dubita
tur utrū ipse sit uerus: q̄ nō sic: ampulla supernatāś
nō solum renum pōt denotare passionē: imo 7 alia
rum partium siue distantium magis siue minus. gᵒ
pars pma affo. nō uera nota ē ꝯsequentia: patet an
tecedens quia nō minus possūt illarum partiū ꝯplia
ri materie. Secūdo sic materia renum est mate
ria grossa corpulenta inepta ampliationi. ergo 7c.
ꝯsequentia nota patet antecedens cū ipa cōuertatur
in lapidem aut in aliam conglobatā materiā. ¶ 3ᵒ
sic: ampulle iste a renibus in uesicā transire nō pñt
ergo 7c. ꝯsequentia uidet̄ nota: quia talis ampulla
tio in renibus generari uidet̄. Quarto arguitur
sic materia que ampullatur poterit eē colerica. ergo
nō necessario longa denotatur egritudo: antecedēs
est notum: tenet ꝯsequentia: quia materia colerica
morbū facit breuiorem. ¶ In oppositum est affo. al
legatus. Pro dubio notandū hanc ampullā par
uam esse ad modū grani: nam eius cā subleuatiua
est grossa uentositas que mingendo diuiditur in p-
tes. Item materia que ampullatur est etiā materia
flegmatica que in puas partes multas diuiditur per
uias strictas urinales transeundo. ergo ꝓpter diui
sionē uentositatis ac etiam flegmatis qd̄ ampullat̄
apparent iste ampulle ad modū granorū. ¶ Ulteri
us notandū posse imaginari hanc ampullā generari
circa renes: aut etiā generari in ipo impetu mictus
7 ideo ꝓpter pulsionē apparent granula p̄mitus de
scendentia: deinde uentositate subleuante apparēt
granula supnatantia. Et iste ampulle intelliguntur
pmanētes 7 ad albedinē declinantes quarū pmanen
tia 7 albedine aut declinatione ad albedinē uiscosi-
tas 7 flegmaticitas materie denotatur. ¶ Isto po-
sito teneatur affo. dicendo q̄ iste ampulle signifi-
cant morbū frigidū renum: quia malam ꝯplexionē
frigidam. Ex tali eni ampulla denotatur grossa uē
tositas 7 materia cōphēsa p ampullarū permanētiā
que grossa uentositas ampullans maxime in antro
so loco cōprehēsa est qualis locus sunt renes. Si eni
in cōcauitate uesice grossa uentositas ꝯprehendatur
ipa expansa 7 diuulsa subtiliabitur. Ex quo patꝫ
scd̄a pars affo. q̄ longa denotatur egritudo: quia
frigida materia tarde digestionis: frigida etiam cō
plexio renū tarde curationis. ¶ Isto posito dicen
dū est ad obiectum primū q̄ arguit possibilitatem:
tamē quia fᵐ plurimū grossa uentositas renū est ap
ta ampullare ut dcm̄ est: ideo absolute ypo. ꝓtulit
affo. Ad secundū respondedū q̄ licꝫ aliqua mate
ria renū cōuertatur in lapidem: aliqua tamē nō est
ita grossa quin possit ampullari ac etiā uentosari.
¶ Ad tertium respondetur q̄ ampulle licet difficul
ter nō rupte transire possint ut arguitur: tamē 7 in
mictu pōt fieri ampullatio ut dictum est. Ad q̄r
tam respondet̄ p prehabita dicendo q̄ iste ampulle
intelliguntur permanētes 7 declinantes ad albedi-
nē ut dcm̄ est. ex quo denotatur materiam nō esse
colericam.

¶ dubitatur circa ꝯmētū utrū omnis
morbus frigidus dure digeratur. Negatiue arᵍ sic

caliditas naturalis potest tm̄ posse supra materiā frigidam sicut supra materiā calidā. ergo ꝛc̄. aūs est notum diminuta ꝛ paucificata frigida materia tenet ꝯsequentia: quia digestio fit per potentiā caliditatis naturalis. Secundo arguitur sic aliquis morbus frigidus est cite terminationis. ergo ꝛc̄. cō sequentia tenet supponendo hanc terminationē ad salutē patet antecedēs pluries in appoplexiis. In oppositum est in cōmento Gali. Pro dubio respondendū ꝙ aliorum paritate supposita ut q̄titatis materierum ꝛc̄. oīs morbus frigidus. i. omis morbi materia frigida dure digeritur respectu calide: patz ꝓpositio ꝓpter caliditatem naturalē minus posse s̄ frigidam materiā tanq̄ sibi magis contrariā q̄ sit materia calida ꝛ sibi rebelliorem sua grossitie in casu tñ ut ꝓbabat obiectum primū poterat accidere contrarium. Ad secūdū ergo obiectum respondēdū ꝑmo concedendo ꝓbatum ut est. deinde soluendo primū obiectum: etiā negando ꝯsequentiā licet eni morbus cito terminet ad salutē stat tamē nō ꝑ digestam esse materiā sicut etiā patet de morbo de materia calida furiosa.

circa afforismum trigesimūsextum

dubitatur utrum sit uerus ꝙ nō: sic yppostasis pinguis ꝛ globosa potest uenire ab alia parte q̄ renibus. gº ꝛc̄. ꝯsequentia tenet: ꝛ antecedens patz: quia humiditatē unctuosam aliarum partiū contingens est transire ad urinā que erit coagulata ꝛ globosa. Secūdo arguitur sic possibile est ex tali globositate denotari materiā flegmaticā. ergo ꝛc̄. patet antecedens ꝓpter grossitiē globositatis ꝛ albedinē tenet cō sequentia quia ex flegmate denotatur morbus longus. In oppositū est affo. Pro dubio notanduz ut colligitur ex cōmento quid. ypostasis pinguis intelligendo p illam uerā ypostasim in fundo stantem aut ꝛ melius aliā substantiā ab aquositate urinali superiora tñ petentē ꝛ pluries ad modū tele. Secundo ꝑmittendū intelligi per ypostasim globosam ypostasim iunctā in partibus ꝛ subito simul mictaz ad modū globi: sicut eni mulieres filum glomerando filo faciunt globum: ita dicimus hanc ypostasiz cuius una pars iungitur alteri ac si glomeretur esse globosā ꝛc̄. Isto posito dicendū hanc ypostasim significare passionē renū acutā: quia morbū calidū Ex tali eni dissolutione denotatur caliditas dissoluens unctuositatē: maxie in parte pingui ꝛ ꝓpinqua si dissolutio esset in parte remota talis unctuositas nō esset globosa imo ꝓpter loci distantiā in suis partibus separata: denotatur etiā acutus morbus ꝛ nō ethica: quia tunc nō eēt sola globositas imo multa diuisio partiū. Isto posito patz solutio obiectorum factorum contrariorum.

circa afforismum trigesimūseptimuz

dubitatur utrum sit uerus: ꝙ ñ ar̄ sic. Acuti dolores ꝓuenire possūt a uentositate acuta. ergo nō p ipsos denotatur apā. antecedens satis est notum: tenz cō sequentia: quia uentositas acuta nō apostemat. In oppositum est allegatus affo. Pro dubio est dicendū ꝙ acuti dolores notant apostema ut est dictum: aut sunt cā apātis per quos in notitiā apātum deuenimus: nam primo si ꝓueniunt a uentositate si perseuerent attrahendo materiā sunt causa apāū si etiam sunt fixi in parte una denotatur materia cō stans apostematura aut actualiter apostemās apā ergo futurum denotatur incipiente dolore ꝛ pseuerante ꝛ in ꝓcessu actuale denotatur apostema ꝛ maxime acutus qui est multū materierum attractiuus aut ꝓueniens a materia subtili in mēbri porositates penetratiua. Isto posito patet intellectus obiecti.

circa affo. trigesimūoctauum dubitatur:

utrum salutare sit sanguinē uomere sine febre. Negatiue arguitur sic. omnis fluxus sanguinis excepto menstruali est ꝑter naturā. ergo nō salutare ē. ꝯsequentia nota: quia salutaria esse debent ꝑm naturā. antecedens sumitur sexto de accidenti ꝛ morbo. Secundo arguitur sic. possibile est hanc uomentē sanguinē mori propter uomitum. ergo ꝛc̄. ꝯsequentia nota: patet antecedens rupta uena magna. Tertio arguitur sic. sanguis talis putrefactius est. ergo nō est salutaris ꝛc̄. ꝯsequentia nota quia nō ēst salutare sanguinis putrefactionē ad esse antecedens colligitur sexto huius: quia hic sanguis exiuit uenam. Si in uentrem aūt sanguis excat preter naturā necesse est putrefieri ꝛc̄. affo. 20º sexto huius. Quarto arguitur sic. uomitus sanguinis curatur uomitu aut alia euacuatione. ergo nō stipticis infrigidantibus: ꝯsequentia tenet: ꝛ antecedēs patet: cum fluxus curetur fluxu sedecima tertiū d̄ fluxu uentris omniū modorum. Ultimo ostenditur ꝙ talis uomitus cum febre nō sit pernitiosus: quia est possibile cū tali uomitu naturā purgare sanguinem superfluentē. ergo ꝛc̄. ꝯsequentia tenet: quia hoc ñ est pernitiosū: imo salutare: ꝛ antecedēs etiā patet In oppositum est ypo. in affo. predicto. Pro dubio dicendū hūc uomitum sanguinis esse salutare. i. aptum esse salubrem pluries natura sanguinē aggreatum in epate aut stomaco expurgante p uomitum: cuius signum est quia sanguis nō est malignus: isto tamē obseruato quia alleuatio nature cō sequatur: quē sanguinē restringere possumus cum stipticis ꝛ infrigidantibus nō exhibendo alia cōstrictiua aut correctiua malitie. Apparet aūt hic uomitus pluries in mutilatis aut etiā in retentionibus menstruorum. Si uero sit cum febre hoc pluries est pnitiosum: nam cum denotetur hic exitus a partibus stomaci ꝛ meri: ꝛ denotetur ex tali materia cōseq febrem cancerationē aut magnam apostemationez denotamus aut fistulam. Nō est tamē inconueniēs ut tangit obiectum ultimū in casu hunc uomitū non esse mortalē propter contingentiā in obiecto tactam Isto posito dicendū ad primū negando ꝯsequentiam ꝛ dicendo ꝙ multa preter naturā quia non intenta a natura corpore debite dispos to pro conseruatione indiuidui aut speciei sunt salutaria. Ad aliam quia possibile est uenam magnā esse ruptā ꝛc̄ concedo ꝛ ideo etiam concedo conclusionem ꝙ est contingens hunc uomitū nō esse salubrem: tamē obseruatis conditionibus dictis dicitur a Gali. salutare ꝛc̄. Ad punctum alterius quia putrefit uerum est ut intelligit ypo. manens extra uenam tempore longo: preterea ꝯsequentia nō ualet quia euacuatō putridi salutaris est. Ad aliam rationē uomitus

curatur uomitu ꝛc̃. ¶ Dico ꝙ uomitus ꝛ fluxus q̃ fiunt ꝓpter materiā retentā incitantem iste curatur per uomitum aut aliā euacuationē illius materie. sed uomitus per quē euacuatur educenda materia dū putatur ipam complete educi est curandus ꝑ sti ptica ꝛ infrigidantia etiā imobilitantia materiā. Ad ultimā rōēʒ responsū est.

¶ circa afforismum trigesimū nonum

dubitatur utꝝ sit uerus ꝙ nō: quia catarri cōuertū tur in saniem in uentre supiori in tempore citiori uiginti diebus. ergo ꝛc̃. tenet ꝯsequentia: patet añs: cū si flegmatici catarri conuertantur in saniem ī uiginti diebus colerici sunt conuertibiles ante uiginti dies. In oppositum est affō. ¶ Est notanđ quid intelligatur per uentrem supiorem quod tangit in cōmento Gali. Notandū etiā ꝙ hic loquitur de materia catarrali que sm plurimū est flegmatica. ¶ Notandū etiā partē pectoralē ꝛ pulmonē esse ualde calidum ꝓpter quod persuadet catarros in loco illo conuerti in saniem in uiginti diebus. nam ex q° locus est ualde calidus: licet materia sit frigida ꝓductiua de se morbi cronici ualde tñ repugnante caliditate loci remittitur ualde cronicitas morbi ꝛ ecōtra repugnante grossitie ꝛ frigiditate materie morbus nō redditur ex toto acutus sed tenens medium inter ualde cronicos ꝛ ualde acutos quoꝝ terminatio est in die uigesima sicut cretica. Dicendū ꝑ obiecto nō uelle ypo. catarros oēs ꝛ semp conuerti in saniem in uiginti diebus sed hoc etiā pluries.

¶ circa afforismum quadragesimū primū

dubitatur utꝝ sit uerus ꝙ nō: quia lingua pōt subito fieri intempata aut corpus fieri appopleticū ꝛ tamen nō necessario abundat materia melancolica. ergo ꝛc̃. ꝯsequentia tenet: ꝛ antecedens tangit in cōmento Gali. In oppositum est ypo. ¶ Pro dubio primo posset responderi ut est dictum circa literam ꝛ cōmentū: uel potest dici ꝙ si lingua fiat subito ītempata aut aliqua pars sit appopletica: q̇a ablato sensu ꝛ motu nō inquā ꝓpter ueraʒ appoplexiā sed ꝓpter abstractionē ꝛ diuersionem aīe corpus est melancolicum: quia melancolicus humor inter ceteros est causa abstractionis ꝛ diuersionis et hoc apparet pluries in melancolicis qui quasi balbutiunt nec sciunt ubi sint quasi sensus ꝛ motus ablati sint ꝛ cū celestibus speculentur. Isto posito patet intellectus obiecti.

¶ circa afforismuʒ quadragesimū tertiū

dubitatur utꝝ sit uerus ꝙ nō: quia in febre effimera ꝓueniente ex oppillatione ꝓpter multā materiā oppilantē aqua calida infusa nō conuenit. ergo ꝛc̃ ꝯsequētia tenet: quia ista est febris nō a colera: ꝓʒ antecedens quia aqua hʒ dilatare ꝛ cōmouere materiā. Item in febre sanguinis nō conuenit talis aqua calida ut est notum nec etiā in ethica cū catarro. ¶ Item quō cum aqua calida nō opponatur febri competit in febre. Item quare plus loquitur de capite ꝙ̃ de aliis partibꝰ. ¶ In oppositū est affor. Pro dubio notandū ypo. per colerā intelligere quē libet humorem indifferenter. Notandū etiā nō solum aquā calidam infusam capiti conferre in febre de qua dicetur. sed etiam balneationē aut infusionē aliaꝝ partium quia tamē inflāmari contingat caput in febre tanꝙ̃ totius caminū, ideo de eius infusione fecit mentionē cōpetente in febre effimera ex labore: nam eius est rehumectare ꝛ caliditate poros sufficienter apire ut uapores calidi exalent: consimiliter ꝯpetit in febre a frigiditate aut caliditate aeris ꝓcedente. ¶ In febre etiā effimera ab opilatione facta siue obstructione poroꝝ dū materia intrinsecus humoralis nō sit multa ꝓpter cās assignatas. ¶ Per dcā patet intellectus oīum obiectorum dicendo tamē ꝙ in febribus etiā humoralibus licʒ a principio nō cōpetat balneatio in declinatione tñ penitus tota aut quasi tota euacuata materia ad residui resolutionē ꝛ poroꝝ apitionem dicta balneatio cōpetere potest: quare uero nō regulariter ex aqua frigida patet per dcā super textu.

dubitatur circa afforismum quadragesimū quartum: utꝝ mulier possit ambidextra fieri. ¶ Affirmatiue arguitur sic. Mulierē uiraginē esse contingit ꝛ uiro calidiorem ꝛ fortiorē. ergo ꝛc̃. antecedens colligitur in libro pulsuū in ca° de pulsu feminaꝝ tenet ꝯsequentia quia uiꝝ contingit esse ambidextꝝ ꝓpter potentiā uirtutis motiui ꝛ uiri caliditatem. Secūdo arḡ sic. esse ambidextꝝ ꝓuenit ex cōsuetudine. ergo ꝛc̃. antecedens cottidiana notat expientia: ꝯsequētia nota quia mulier assuefieri potest cōsimiliter. ¶ Tertio sic mēbra mulieris sūt flexibiliora. ergo ꝛc̃. añs patet ꝓpter mollitieʒ ꝛ humiditatē eius uehementē: tenet ꝯsequentia: quia ꝓpter hanc flexibilitatē melius disponet ad motum ꝛ equalē utriusqꝫ manus opationē. In oppositum est affo. ꝛ in cōmento Gali. ¶ Pro dubio notandū concedendū esse contingere posse aliquam feminam esse ambidextrā. dicendū secundo hoc esse rarissim ꝓpter defectum uirtutis motiue mulieꝝ deficiente substantia spirituosa faciente ad motum abundante etiā humiditate nimiū: cum siccitate uigoret motus, sexto de accidenti ꝛ morbo: inclinant etiā ad esse ambidextꝝ uiri dispositiōes sexuales q̄ occulte inclinant mulierē ad taliter ꝛ taliter sedendū ut cōiter ualeant sedere supra terrā duplicādo genua qđ uiris cōiter nō contingit. Vnde quedā sunt inclinationes naturales nō sequētes cōplexiones primaruʒ qualitatū manifestaꝝ: imo consequentes dispōnes sexuum aut etiā specificas formas ut colligi potest a Gali. primo de utilitate particulaꝝ satis ad pm. Isto habito per p̄habita patet intellectus obiectorū non discurrendo per ipa.

¶ dubitatur circa afforismum quadragesimū quintū: utꝝ sit uerus ꝙ nō: sanie pura ꝛ alba fluente ab empico pusico nō euadit empicus. g° ꝛc̃. antecedens satis est notum cum stet hūc esse ptisicū cum ulcere pulmonis magno. Secūdo sic sanie fluente ꝛc̃. ꝯtingens est hanc saniem a piplemonia defluxum suffocare uersus cor etiam transire igitur ꝛc̃. antecedens est notum cū ꝯsequentia. ¶ Tertio sic possibile est hanc saniem esse ex catarro melancolico ꝛ putrefacto. g° nō necessario sanie

existente cenulenta et male olente mors cõsequitur tenet ꝯsequentia quia propter euacuationem talis catarri nõ debet mori infirmus: antecedens est notum. ¶ In oppositum est affo. Pro dubio me moret notitia empimatis ex cõmento notatis supra allegato affo. Teneatur etiã pro conclusione affo: ¶ Nam effluente tali sanie pura: quia nõ cõmixta sãguini aut alteri rei naturali et albe ex quo digestio remouetur et potentia caliditatis naturalis ut ꝯprehendi poterit primo ꝓnosticoꝝ cõmento ultimo: ꝓbabile est uirtutem esse potentẽ in supando ex toto morbũ et hoc continet ueritatẽ empimate supposito catarrali nõ coniuncto ptisi aut alteri accidenti excessiuo. Ex quo soluuntur obiecta prima et dicẽdũ ulterius ꝙ sanies cenulenta quia nigra male cõpacta siue cõmixta in partibus ut cenuꝫ grossa etiã ut male olens quia ualde fetens notando per fetorẽ uehementẽ putrefactionem: ut primo ꝓnosticorum allegato cõmento. ¶ Notando etiã per cenulitatẽ adustionẽ et mortificationẽ caliditatis naturalis talẽ mortẽ significat. Ad rationẽ dicendũ de catarro ꝙ talis catarrus digestus et superatus a uirtute nõ erit cenulentꝰ male olens ꝙ si extiterit cenulentus et male olens et perseueret talis mors denotabitur

¶ dubitatur circa afforismum quadragesimũsextum utꝝ sit uerus ꝙ nõ: sic sanie existẽte in panniculo epatis stat mortẽ subsequi ergo etc. cõsequentia uidet nota: patet antecedens: quia rupto ex toto panniculo corrũpitur epar: sanie tñ existẽte alba et pura. Secundo sic aliqualiter putrefacta substantia epatis possibile est infirmũ liberari. g°. ꝯsequentia apparens: quia sanies uelut amurca non est mortalis nisi significando corruptionẽ substãtie epatis: patet antecedens cũ epar sit membꝝ carniforme potens per consequens recipere restauratioꝫ per sibi simile. ¶ In oppositum est affo. allegatus Pro dubio teneatur dictum Gali. ¶ Et respondẽdũ ad obiectum primũ ꝙ panniculo toto rupto: et corrupto impossibile est saniem esse puram et albaꝫ ita ꝙ perseueret: imo apparebit aliquid de substãtia panniculari: erit etiã aliquid nõ albũ cõmixtum saniei. Ad secundũ respondũ ꝙ sanies uelut amurca et talis perseuerans significat mortẽ propter illud quod est tactum: et sic pseuerans nõ significat paruã imo ualde uehementẽ putrefactionẽ substantie epatis oĩno incorrigibilẽ.

¶ dubitatur circa afforismum quinquagesimũ: utꝝ sit uerus ꝙ nõ sic: spacbilon est accidẽs siue egritudo ꝓueniens a materia multa frigida. ergo nõ interficit in die tertia: antecedens põt colligi ex notitia spachilonis in cõmento tacta: tenet cõsequentia: quia morbus frigidus nõ habet terminationẽ in die tertia. Secundo sic: dies tertia nõ ẽ dies cretica. ergo hoꝝ mors nõ debet contingere in tertia: patet añs: cum prima dies cretica sit quarta ꝯsequentia uidetur tenere quia mors uidet contingere in die cretica. ¶ Tertio sic patientes spachilõ mori possũt in die quarta uel quinta: ergo dato ꝙ effugiat diem tertiã nõ tñ salui fiunt: patet añs: qa inter patientes spachilonẽ est gradus et differentia.

¶ In oppositum est affo. allegatus. Pro dubio notandũ ut tangitur in cõmento spachilonẽ esse confusionẽ cerebri a materia multum apãte ꝓuenientẽ que confusio nõ est aliud ꝙ actio lesa diminuta ualde aut ablata sᵐ plusᵐ ut mẽbris sensus aufera tur et motus uentriculoꝝ et substantie cerebri ut ẽt tanta sit opillatio ut cerebꝝ impediatur in opationibus sensitiuis interioribus et missionibus spirituuꝫ sensibilium et motiuoꝝ. cũ qua spachilone est mortificatio caloris cerebri oĩno mort alis sᵐ plurimũ aut magna remissio caloris materia multa frigida sua frigiditate calidũ diminuente aut ꝓhibente ne humidũ cerebri fiat aptum refectioni calidi et ideo in spachilone concedere possumus esse appoplesiam licet nõ econtra in omni appoplesia sit spachilon loquendo semper de spachilone cerebri. ¶ Dicendũ ulterius ꝙ cũ spachilon sit egritudo magna rõne dignitatis lese actionis: quia ledit dignã et nobilẽ actionẽ: quia cerebri rõne etiã uirtutis dispensantis totum corpus pro q̃to ad spachilonẽ consequitur uehemens lesio cordis nõ euentati sufficiẽter propter impedimentũ anhelitus consurgens ex oppillatione cerebri. Est etiã magna egritudo rõne ꝓprie essentie pro q̃to consequitur ad materiã mortificantem aut quasi mortificantẽ cerebri calidũ naturale. et ideo interficit tẽpore paruo et in die prima intercidente: quia tertia et tempore citiori materia potentiori existente supra uirtutẽ: nõ incõueniens tamen propter multas contingentias spachilonẽ interficere tardius. Isto posito respondendũ ad obiecta. Primo ad primũ ꝙ morbus de materia frigida ratione nobilitatis mẽbri potest esse breuis cũ natura conetur cito supare morbũ talis partis: ideo uel sequitur cita mors uel cita salus. et ideo si nõ moriat in die tertia nõ cretica radicali: sed intercidente ꝓbabile est licet nõ sit necessariũ naturã uigorari et ñ succũbere morbo ut inde sequatur salus. ¶ Quid ad secundũ et tertium respondendũ: patet per habita et colligũtur dicta uerificantia afforismũ per fineꝫ cõmenti etc.

dubitatur circa afforismum quinquagesimũprimũ: utꝝ notificatio sternutationis posita in affo. sit sufficiens ꝙ nõ: quia sternutatio ꝓuenire potest a cã exteriori aut etiã cã humorali interiori. ergo etc. añs patet cum sit motus cerebri ad expellendã rem nociuam subito ut colligitur quito de accidenti et morbo: ꝯsequentia tenet de se. ¶ Secũdo sic cor nõ habet motum cõcussiuũ in expellendo nociuam materiã. ergo nec cerebꝝ debet habere: añs patet cum auctores nõ ponant. tenꝫ ꝯsequentia cũ cor nõ sit minoris sensationis cerebro. In oppositum est affo. allegatus. ¶ Pro dubio dicendũ ypo. tetigisse modũ sternutationis pluries contingẽtis: quia uentosa materia genita per ꝓprium cerebri nocumentũ aut sibi a toto cõmunicata corpore in uentositatẽ sonorã transmutata et ideo hoc modo maxie fecit mentionẽ cũ contingat in hac sternutatione magnũ fieri sonitũ hac uentositate repulsa et ꝑ locũ uacuũ exeunte ut ex hoc magnũ causare possit sonitũ. Isto posito ad obiecta ꝑdcã rñsum est.

¶ dubitatur circa afforismum quinqua gesimū secundū: utrū febris superueniens dolori epatis ipm curet q̄ nō: quia nō curat dolorem a uentositate aut opilatione pcedentē ab apostemate plꝰ trahendo materiā caliditate ad locum: nec etiā pcedentē a mala cōplexione calida cū materia uel sine materia: cū ex febre augeatur illa mala cōplō calida nec etiā pcedentem a mala cōplōne frigida trahendo etiam materiā ad locum. Secundo sic febris est morbus dolore epatis molestior: ergo superueniens dolori nō dicitur curare colligitur añs octauo terapentice maxime quantum ad antiquam translationē febrem ceteris morbis molestiorem eē dicentē tenet ɔsequentia: quia morbus dicitur curare morbū per Gali. qñ morbus curans est minoris molestie. ¶ Tertio sic: epar nō debet. ergo ꝛc̄. cōsequentia tenet: patet añs: quia nō sentit: ergo non dolet: tenet cōsequentia: quia dolere est sentire antecedens est Auic. 14ª tertij capitulo pmo. In oppositum est ypo. in affo. ¶ Pro dubio respondendū dolorem puenientē a uentosa materia contenta circa panniculum epar cōcipientē ꝛ dolorem causātē extensiuum dolorē dico curari per superuentum febris maxime tñ intelligendo effimerā: ꝛ hoc uentositate nō cōiuncta repletioni multe: cum enim resolutio fiat a calido inqñtum calidū: hec uentosa mā subtiliata uaporabit ad fumū: dolor etiam a frigiditate pueniens consimiliter poterit curari: corpore uero existente pleno ꝛ uersus inferius declinātē materia per inferiora est euacuandū: at etiam puocandus uomitus uersus supiora tendente materia: aut si renibus grauitas cōicetur per urinā materia deducatur salua sp Gali. snīa 7° terapentice ad finem ut grossa ac ualde multa materia potius deducatur per itestina. Si uero superueniat febris alia pōt esse tante intensionis ut q̄uis sit remotiua doloris nō tñ ut arguit obiectum dicatur illius curamētum. Isto posito patet solutio ad obiectum primū ac etiā ad secundū dicendo febrē ceteris morbis esse molestiorem extensiue quia totum molestantem aut etiā ponendo paritatē morboꝝ ꝛ quēlibet sumēdū i suo esse itēsissimo febris dicitur esse ceteris molestior morbis qui nō sunt morbi cordis. ¶ Ad tertium dicendū q̄ licet epar nō sentiat sua carnositate absolute sentit tñ per panniculū cui subtenditur: ꝛ ista fuit intentio Aui. allegato loco.

dubitatur circa afforismum quinquagesimūquartum: utrū sit uerus: q̄ nō: quia flegma nō potest claudi inter frenes ꝛ uentrem. ergo suppositum in affo. falsū: ɔsequentia tenet affo. supponente flegma in illo loco claudi patet consequentia: quia nō uidetur claudi in uenis nec extra uenas quia tunc nō posset pelli sufficienter per uesicam nō existente uia delationis talis materie: preterea queritur cū nō habeat exitum per neutrū uentrium quō possit exire per uesicā: preterea ostenditur q̄ nō prestet dolorem quia ex quo est quietum nō uidet̄ prestare dolorem extendendo: nec etiā causando malam cōplexionē: cum nō sit ualde frigidū propter situm sui: nec etiā ualde calidū sua naturali complexione repugnante. ¶ In oppositum est in affo. ypo. Et pro dubio dicendū pᵐ notata super affo. ¶ Ad primū obiectum respondendū flegma tale cōtineri posse in uenis ꝛ extra uenas ꝛ prestare dolorem uenis saltē obtuse sentientibus ac etiam cōprimendo stōm uel partes panniculares dolorem iducere potest. Ad secundū dicendū ipm nō exire p aliquē uentriū inclinatum plus ad uias urine colligatas siue uesice: nō est tñ incōueniens flegma posse pelli per aliquē uentrium aut per aliā regionem. ¶ Quō uero prestat dolorem est dictum per quā uiā etiā pellatur est nobis ignotum natura ut in cōmento tangitur saniē grossam a concauitate ossis ad exteriora pellente cū porositates ossis exteriores non uideantur esse peruie saniei.

dubitatur secundo circa commentum utrū forti nature possit resisti q̄ sic: quia corpus q̄tūcūq; forte potest infirmari. ergo ꝛc̄. antecedens est notum: tenet consequentia. quia nō infirmatur nisi succūbente natura. ¶ Secūdo sic: si forti nature nihil posset repugnare in expellendo: sequeretur ista cōclusio q̄ natura posset expellere feces p uiam urine aut etiā per nares ɔsequens est falsū: tenet cōsequentia per te: quia sibi nō potest repugnari in expellendis per quōcūq; regionē expellatur. In oppositum est in cōmento Gali. ꝛ decimo terapentice nā quidē fortis exeūte contēpnit oīa. imbecillis aūt ab oibus contristatur. ¶ Pro dubio dicendū absolute nature q̄tūcūq; forti posse repugnari in expellēdis nociuis. primo quidē obiecto existente iproportionato: ut cōmesto osse magno: aut alio iproportionato: nature tñ forti supra materiā digerendam ꝛ diuidendam ut expedit nihil intrinsecū poterit repugnare: quia ex quo ponitur natura ita potens ipa sic diuidit materiā ut ipam faciat per loca stricta penetrare. Isto posito patet intellectus obiecti primi ꝛ secundi.

¶ dubitatur circa afforismum quinquagesimūsᵐ utrū sit uerus q̄ nō q̄a stat aquositatē erūpere omentum ꝛ impleri uentrem aqua ꝛ nō mori infirmū. ergo ꝛc̄. añs notum est in asclite: ɔsequentia uidet̄ euidens: patet etiā antecedens resudante aquositate ab epate pleno. In oppositum est affo ¶ Pro dubio notentur dcā supra affo.. ¶ Ad oppositum respondendū concedendo totum: sed nō est contra affo. ypo. intendente hanc aquositatē cito d̄riuari ad stōm ꝛ ad illam omenti concauitatem ex quo comprehenditur illam nō resudare: quia tunc exiret paulatine. Comprehenditur ergo ex cito exitu ruptura panniculorum epatis ꝛ substantie sue: ex qua ruptura magna mors denotatur: oīno pluries etiā resudante aquositate ꝛ implente uentrem multum compressis spiritualibus suffocatio consequetur.

dubitatur circa afforismū quinquagesimūsextum utrū sit uerus: q̄ nō sic uinum conuertit materiā humoralē in uentositatem ergo augmētat alices ꝛ ossitationes: añs est notum sua caliditate dissoluat humores in uentositatē. ¶ Itē uinū liquat

bumores: ergo auget rigorem a cauſa inferiori ꝑ-
cedentem: antecedens eſt notum tenet conſequentia
quia ſic liquando ⁊ cōmouendo humores augetur
rigor. ¶ Secundo ſic purum uinū eſt fortius in re
mouendo uentoſitatem ⁊ reſoluendo. ergo ⁊c̄. cō
ſequentia tenet: antecedens patet: quia eſt calidius
In oppoſitū eſt ypocras in afforiſmo. ¶ Pro du
bio exponantur tacta in queſtione ut expoſita ſunt
in cōmento. Et ad rationes dicendum ꝙ uinum
conuenit maxime in parua quantitate ſumptum et
preeuacuato corpore ad reſoluendum reliquias ma
teriez ⁊ uentoſitatem: ⁊ ideo nō nocet uentoſando
aut liquando humores. Per uinum etiam intelligē
do aliam rem calidam reſolutiuam ut tiriacam et
ſimilia. ¶ Ad ſecundum de uino puro dicendū ꝙ
uitandum eſt quia nimis calidum ⁊ non ita penetra
tiuum aqua ſubtiliante actualem ſubſtantiam uini
quomodo uero intelligatur temperatū patet in cō
mento ⁊ notatis ſuper ipſo.

¶ dubitatur circa afforiſmum quinqua
geſimūſeptimū. utꝝ ſit uerus ꝙ non: quia in fractu
ra cranei penetrante uſq; ad panniculos cerebi uim
eſt cōmotum: nō tamen corpus fit ſtatim ſine uoce
ergo ⁊c̄. antecedens eſt notum quo ad utranq; par
tem conſequentia de ſe eſt nota. In oppoſitum
eſt afforiſmus. ¶ Pro dubio dicendum ut notaba
tur in afforiſmo. Notando pro obiecto ypo. intelli
gere cōmotionē agitantem ⁊ conturbantem cerebꝝ
ut ſpiritus in ipſo exiſtentes localiter moueantur et
humores nec dirigantur ad poroſitates neruorum
per quos tranſire ſoliti ſunt tunc patet ꝙ nō in qua
cūq; fractura cranei fit cōmotio talis licet in aliqua
contingere poſſit. Quid autem intelligat per fieri ſi
ne uoce patet in commento.

¶ Soli laus deo